UNIVERSAL
LIBRARY

OU_220766

UNIVERSAL
LIBRARY

ARABUM PROVERBIA

SENTENTIAEQUE PROVERBIALES

QUAE VOCALIBUS INSTRUXIT, LATINE VERTIT,

ET SUMTIBUS SUIS EDIDIT

G. W. Freytag.

TOM. III

pars prior.

Insunt

1) **proverbia sententiaeque proverbiales**
2) **dies inter Arabes pugnis celebres**
3) **facete ingenioseque dicta.**

Bonnae ad Rhenum,

MDCCCXLIII.

Venditur apud **A. Marcum** bibliop Bonnens.

Bonnae, typis Fr. P. Lechneri.

Lectoribus libri benevolis

S. P. D.

Auctor.

Quod tertia proverbiorum Arabicorum pars serius, quam in votis erat, in lucem prolata est, id neque studio meo fatigato neque diligentiae diminutae, sed impedimentis tum e magnis impensis, quae mihi soli facienda erant, tum e difficultate atque mole laboris ortis tribuendum putetis. Quam moram quamquam aegre ferebam, magnum tamen solatium in eo videbam, quod sperabam fore, ut iterum iterumque perlectis proverbiis in locos incurrerem, qui a me aut non bene intellecti (id quod in nova atque re tam difficili non poterat non accidere) aut non satis accurate ac dilucide explicati emendatione egerent et novis libris pertractatis in multas res inciderem, quae proverbiis novam lucem adferrent. In illa autem priore re non parvo mihi adjumento erat amicus, clarissimus Fleischerus, professor Lipsiensis doctissimus, qui plurium codicum usu obversationibusque 2 Kunkelio doct. de proverbiis et codice Parisiensi factis adjutus, pro singulari erga me amicitia multa de proverbiorum Arabicorum priore parte doctissime observata, est

enim proverbiorum studio vehementer deditus, ad me transmisit, quas, si vellem, in meum usum converterem, ita enim factum est, ut de pluribus, quae in retractando opere, habet enim operis longi retractatio multum taedii, quamvis diligentissime quaerentem fugerent, monerer. Quam autem rem quominus prolixius tractarem, in dies crescens libri moles impedivit. Spei autem posterior pars etsi non tota impleta est, tamen non omnino me fefellit, ut si istam mihi, nec non fortasse aliis, ingratam moram commodi quid libro adtulisse dicam, a veritate non prorsus aberrasse mihi videar.

Tomus hic tertius pluribus partibus continetur, quas singulas si paucis describam, a re alienum non erit.

Prima pars ex proverbiis, quae in Meidanii opere aut omnino non, aut mutata forma reperiuntur et sententiis in modum proverbiorum prolatis constat. Fonte enim illo proverbiorum apud Arabes, quae gens proverbiis ita dedita esset, ut veteribus nova semper adderet, usque ad recentissima tempora semper manante, non est quod miremur, cur praeter illa a Meidanio collecta proverbia tanta copia alibi reperiatur. Serius autem aevum et antiquum tempus eo vehementer distant, quod illud proverbialibus locutionibus atque sententiis abundans raro proverbia, quibus momentum historicum est, protulit, hoc proverbia proprie dicta et quibus momentum historicum est, potissimum invenit. Duae autem potissimum causae obstabant, quominus in hoc tomo, rejectis proverbialibus locutionibus, nonnisi proverbia stricte sic dicta admitterem, una in eo posita, quod una pars ab altera a nemine nisi Arabibus, quibus sermonis usus patet,

recte distinguatur, (unum enim alterumque eodem ab Arabibus nomine مثل appellatur) altera in utilitate, quam ex proverbialibus locutionibus, quippe cogitandi rationem moresque depingant, legentibus prodituram esse cognoveram. Multum autem aberat, ut quascunque in Arabum operibus occurrentes ejusmodi locutiones, sunt enim innumerae, operi meo insererem, ut eas tantum admitterem, quibus, quum sint neque a forma neque a sensu neque ab usu proverbiorum alienae, proverbii (مثل) nomen ab Arabibus ipsis inditum esset. Proverbia autem illa, quae forma magis verbisque quam sensu ab illis discrepant, quae apud Meidanium sunt, eam ob causam non omisi, ut inde, quam temporis decursu mutationem proverbia, et forma et verbis mutatis, admiserint, cognoscatur [1]). Proverbia a Burckhardto collecta et a viro celeberrimo Ouseley sub titulo „Arabic proverbs or the manners and customs of the modern Egyptians [2])“ Londini 1830. edita, nec non prover-

---

1) Quod si factum est, ut Meidanii proverbium unum vel alterum in hoc tomo repetitum sit, tali errori lectores in tanta argumenti copia benevole veniam dent.

2) In isto opere novorum Aegyptiorum proverbia contineri libri titulus indicare videtur. Quae res ne legentes in errorem inducat, observandum est, plura ex eorum numero vetera proverbia esse, ut in ipso Meidanii opere centum et triginta proverbia, quae eadem in Burckhardti libro sint, reperiantur. conf. num. 664. et Meid. C. 23. 533. Inde sequitur, ista a Burckhardto explicata proverbia, nemini nisi Aegyptiis propria non esse, sed in aliis quoque terris usitata. Dubitandum igitur est, num Aegyptiorum et agendi et cogitandi ratio istis accurate depingatur. Ne autem quis de magno illius operis merito me detracturum esse suspicetur, titulum libri a potiore parte desumtum mihi videri addo.

bia a Damasceno quodam dictata et a Rostgaardo explicata, quae Kallius sub titulo Arabum philosophia popularis [3]) Hafniae 1764. edidit, quae cum nostris conjungendi consilium ceperam, libri mole nimium crescente et sumtibus nimium auctis omittere coactus sum. Quorum autem si singula quaedam in hocce libro invenitis, eam certam ob causam adlata esse putetis.

Majorem proverbiorum partem e manuscriptis desumsi, minorem e librorum, qui e codicibus manuscriptis editi sunt, fonte hausi. Quorum potissimam partem, paucis observationibus adjectis, breviter recensere in animo est.

1) Opus inscriptum المستقصى فى الامثال. „Liber brevis de proverbiis“ auctorem Samachscharium habet. De opere plura adnotata occurrent in dissertationis parte, in qua de iis sermo erit, qui proverbia collegerunt Nr. 24. Codex, cujus usum amicitiae benignitatique clar. Weyersi debeo, in bibliotheca Lugdunensi asservatur. Qui quum a viro quodam Mohammede ben-Djemal-Aldin Alanzari negligenter exaratus sit (finitus est octavo mensis Schawwali anni 1034), multis vitiis scatet.

---

3) Proverbia a Damasceno dictata maximam partem in Syria esse usitata, non est cur non putemus. Eadem proverbia in codice Paris. (fond St. Germain Nr. 674.) nec non in codice musei Britannici Nr. 3035. leguntur. Prior codex, cujus apographum amicitiae Schmöldersi nostri debeo, in disponendis proverbiis cum libro Rostgaardi valde consentit; codex autem alter, cujus apographum singulari erga nos benignitate clar. Sprengerus mihi transmittendum curavit, ordine proverbiorum mirum in modum discrepat.

Proverbia ex isto opere translata litteris Sam. designata sunt.

2) Opus inscriptum غاية الكمال في سوابر الامثال „Extremum perfectionis in proverbiis vulgatis“ auctore Scharaf-Aldino Ismaile Almaahrri. Quod quum sit maximi pretii opus, in quo proverbia stricte sic dicta collecta sint, valde dolebam, quum codicem e bibliotheca Lugdun. a clar. Weyerso benigne mihi communicatum nonnisi totius operis priorem partem, litteram ا, amplecti viderem. De ipso opere in parte, ubi de operibus, in quibus proverbia collecta sunt, agitur, nonnulla inveniuntur

3) Duo codices in bibliotheca Guelpherbytana Nr. 60 et 61 insigniti et summa cum benevolentia in usum mihi concessi, quorum forma secunda (quart.) est. Prior 240 folia, posterior 125 continet. Uterque codex in charta Europaea calami Arabici ope exaratus est; quo autem tempore finitus sit, definire non ausus sim. Scriptura non pulchra quidem, sed bona est; at vero tam magna, ut in qualibet pagina decem tantum lineae, saepissime ad finem spatii non perductae, reperiantur. Cujus rei quum probabilis causa desit, scriptor lucri causa opus fecisse videtur. Eandem quoque ob causam negligentiam in scribendo non omnino a se removit. Christianum eum fuisse, ex verbis, quae lectionibus finitis subscripta sunt ex. gr. بلغت القراءة والحمد لله امين امين „Ad finem pervenit lectio et laus sit Deo Amen, Amen“ conjicere licet. Totum opus, in quo nonnisi vetera proverbia reperiuntur, in lectiones (قراءة) divisum est. Singulae lectionum partes capitum (باب) nomen acceperunt. E specimine, quod doctissimus Bertheau,

suadente clarissimo Ewaldo, edidit, videre licet, auctorem in disponendis libri partibus argumenti rationem habuisse, ut lectionum inscriptio generale argumentum indicet. Lectio sexta ex. gr. inscripta est: في ذكر الامثال في مكارم الاخلاق „Proverbiorum memoratus, quibus virtutes in hominum natura describuntur.“ Habet autem sex capita, quorum primum est: في ذكر المثل في الحلم والصبر على كظم الغيظ „De proverbiis, quibus mansuetudo et patientia in ira reprimenda describitur,“ In hoc capite nonnisi Meidanii proverbia C. 1, 171; 6, 112; 23, 412; 24, 28; 1, 109 sunt: secundum caput: في الاغطاء على المكروه واحتمال الاذى „De occultandis rebus ingratis et noxa ferenda.“ Proverbia Meidanii C. 16, 1. 23, 18. 28, 121. 13, 40. continet; tertium caput في رتق الفتوق واطفاء النايرة „De calamitatibus reparandis et inimicitia removenda; in quo Meidanii proverbia C. 1, 9. 24, 106. 14, 22 sunt; quartum denique caput agit في العفو عند المقدرة „De venia concedenda in potestate vindicandi data“ et Meidanii proverbia C. 24, 132. C. 1, 27 complectitur. Ex hisce quum qualis et lectionum et capitum ambitus sit et quale argumentum, cognoscatur, caeteris abstinemus. Quaelibet autem lectio pro argumenti ratione aut majorem aut minorem capitum numerum continet. Quae argumenti ratio in disponendis proverbiis etsi pluribus grata est, tamen incommodo non caret. Videre enim licet parvum tantum proverbiorum numemerum in singulis capitibus explicatum esse, ut repetitis inscriptionibus multum spatii occupatum sit. Nec vero evitari potest, quin tum ob dubium eorum sensum tum ob varium adhibendi modum eadem proverbia variis lo-

cis occurrant. Postrema posterioris voluminis est lectio vicesima, quae non dubito, quin toti operi finem imponat. Sic enim statuo tum argumenti, quod vicesimae lectioni est, ratione habita tum verborum causa, quae in fine capitis undecimi eadem manu subscripta leguntur: „Absolutus est proverbiorum liber ab Abu-Ohbaido Alkasim ben-Salam compositus et laus sit Deo! كمل كتاب الامثال ابى عبيد القاسم بن سلام والحمد لله „Quod si verum est, quinque priores operis lectiones desunt, ut opus, id quod initio tomi posterioris adscriptum legitur, multorum voluminum non fuerit. Quae autem in fine operis adscripta verba in causa fuisse videntur, cur operis auctor iste Abu-Ohbaid haberetur. Ex libri initio nil concludi potest, incipit enim versus finem lectionis quintae verbis: „dixit قال الاصمعى وابو عبيدة وابن الكلبى Alazmäih et Abu-Ohbaidah et Ebn-Alcalbi.“ Doctissimus Bertheau in libello suo dixit: Num Abu-Obaid hujus collectionis auctor fuerit, dubium esse potest;“ sed libri subscriptionem falsam esse et Abu-Ohbaidum hujus collectionis auctorem non fuisse, dubio non caret; id quod paucis ostendere in animo mihi est:

Tribus potissimum argumentis haec mea sententia nititur; quorum primum est, quod Abu-Ohbaidi nomen nullibi tanquam auctoris nomen legatur, sed fontis nomen sit, e quo libri auctor hauserit. Sic ad proverbium, quod in Meidanii opere. C. 1, 32. legitur, sequentia adnotata sunt: قال الاصمعى ومنه قولهم العصا من العصية قال ابو عبيد هذا قال وانا احسبه العصية من العصا الا ان يراد ان الشى الجليل انما يكون فى بدئه صغيرا كما قال (قيل) القرم من الافيل فيجوز حينئذ على هذا المعنى ان يقال العصا من العصية قال ابو عبيد العصية اسم فرس والعصا ايضا اسم فرس من نتاجها وهى

„Dixit Alazmäihus: hujusce generis proverbium est: فرس قصير بن سعد اللخمى العصا من العصية. Dixit Abu-Ohbaidus; sed ego puto proverbium esse العصا من العصية, nisi significare voluerunt, rem magnam initio suo parvam esse, quemadmodum dicitur: القرم من الافيل. „Camelus admissarius ex anniculo“. Tum, si talis sensus est, dicere licet: العصا من العصية. Dixit Abu-Ohbaidus: العصية equae nomen est et العصا etiam equi nomen est ex illa orti. Ille equus Kaziri ben-Sahd Lachmitae erat.“ Ad proverbium, quod in Meidanii opere C, 14, 22. invenitur, haec verba leguntur: اول من قاله اسن بن ابى الحجير الادى للحرث بن ابى شمر الملك وقد ذكر ابو عبيد خبره معه ولم يذكر هذا المثل له „Primus verborum auctor اسن بن ابى الحجير الادى est, quae Haritso ben-Abi-Schamir regi dixit. Abu-Ohbaidus res, quae uni viro cum altero contigerint, narrans proverbium viro non vendicavit“. Hisce igitur in locis Abu-Ohbaidi tanquam totius operis auctoris mentio facta non est.

Tum libri auctor in verbis, quae in majore volumine fol. 114. v. ad proverbium Meidanii C. 25, 16. leguntur, a caeteris se distinguit verbis: قال المصنف الفرار جمع فرير „Dixit libri auctor: forma فرار pluralis formae فرير est.“

Denique in ipso opere plures auctores post Abu-Ohbaidi tempus viventes citati sunt, e quorum numero Ebu-Alsiccitum (mort. 244.), Abu-Hatimum (mort. 250.), Ebn-Kotaibahum (mort. 270.), Thsahlebahum (mort. 291.). Ebn-Sarradjum (mort. 316.), Ebn-Doraidum (mort. 317.), Ebn-Aldjinnium (mort. 392.) appellare liceat, nam Abu-Ohbaidus aut anno 222 aut 223 aut 224 diem supremum obiit.

Attamen vero in libro componendo, qui ex variis operibus exscriptus est, raro aliquid novi ex suo ingenio addentem auctorem, Abu-Ohbaidi opere potissimum usum esse apparet. Ex inscriptione, quae capiti quarto lectionis decimae nonae praemissa est, capitum inscriptiones ab auctore non inventas, sed ex aliis operibus derivatas esse, concludi potest; talis enim est: فى فساد ذات البين وتاريث الشر فى القوم ويروى تاريب الشر فى القوم „De corruptione concordiae et accenso malo (bello) in gente et refertur: تاريب الشر فى القوم", ut inde, illam inscriptionem in alio quodam opere existere et duplicem legendi modum admittere appareat. Proverbia ex hoc opere in nostrum translata, quae pauca sunt, litteris Abu-Ohb. postscriptis designavi.

4) Sequitur codex inscriptus: كتاب الامثال السايرة بين الناس قاطبة „Liber proverbiorum quae sunt omnia vulgata inter homines" a beato Diezio bibliothecae Berolin. dono datus. Idem in bibliotheca regia Paris. (ancien fond Nr. 1624.) exsistit, cujus apographum amicitiae doct. Schmöldersi debeo. Ordo proverbiorum alphabeticus, sed minus accuratus est. Primae tantum litterae in disponendo rationem habuit auctor non curans, num prima proverbii vox verbum an nomen aut particula sit. Inde factum est, ut in singulis capitibus omnia sine ordine mixta sint et idem proverbium variis interdum locis recurrat. Littera ء litteram و praecedit et inter litteras و et ى proverbia voce لا incipientia locum tenent. Ordo utriusque codicis aliis in locis idem observatur, in aliis multum diversus, ut magnus proverbiorum numerus non eodem loco in utroque codice inveniatur. Fit interdum,

ut in uno vel altero codice suo loco omissa proverbia in fine capitis suppleantur, nihilominus vero nonnulla proverbia tum in uno tum in altero desiderantur. Nonnulla autem ibi adnotata proverbia in Meidanii opere reperiuntur. Sermo modo in uno modo in altero codice vulgarem usum magis sequitur. Quae ex uno vel altero codice in meum librum recepi, ea aut littera D. aut littera P. insignita sunt.

5) Codex Berolinensis Nr. 70. formae secundae minoris in charta xyloni non sine diligentia scriptus duos libellos complectitur. Prior تعليم المتعلم „Instructio discentis“ inscriptus est, posterior duodecim capita continet, in quibus singulis in usum linguam Arabicam discentium, voces Arabicas additis Persicis, significatione quodammodo cognatas voces in eodem capite conjungens, auctor explicavit. In priore autem libello in decem capita diviso plura praecepta adhortationesque novem capitibus deposita sunt, dum decimum caput proverbiis aut, ut rectius dicam, sententiis proverbialibus, ordine alphabetico descriptis dicatum est. Proverbiis ex isto libello desumtis litteram B. subscripsi. In additionibus codicem Berol. recentiorem appellavi.

6) Codex Paris. Nr. 1170. (fond Asselin) inscriptus est: كتاب امثال من مصنفات الشيخ اصلين الفرنساوى „Liber proverbiorum, quem doctus Asselinus Franco-Gallus composuit.“ Libri aprographum mihi roganti doctissimus Schmölderus confecit. Multae autem in isto libello sententiae congestae sunt, quarum, quum proverbiis Hebraicis similes essent, admisi partem, plures quum nimis longae proverbiorum indole modoque destitutae viderentur, omisi. Sententiae vulgari sermone con-

scriptae admissae non sunt. Nullus vero in proverbiis disponendis ordo observatus est, qua in re causam video, cur eaedem sententiae diversis locis saepius occurrant. Proverbiis et sententiis excerptis litteram A. subscripsi.

7) Codicem Arabicum Göttingensem clar. Wüstenfeldius benigne mihi indicavit. Niebuhrii ex Aegypto redeuntis donum est I. D. Michaeli oblatum et anno 1791 in bibliothecam universitatis translatum. Christianus quidam in usum discipuli, ut linguam Arabicam disceret, librum composuit. Niebuhrium illum discipulum fuisse, ex verbis Michaelis, quas initio libri sua manu adscripsit „donum Niebuhrii, liber ex quo in Aegypto Arabica didicit facilitatemque Arabice loquendi sibi comparavit“ cognoscere licet. Liber initio haec verba: بسم الله الحى الازلى السرمدى وبه ثقتى وعليه اعتمادى „Nomine Dei vivi, aeterni et sempiterni, in quo fiduciam pono et quo nitor“ literis invicem perplexis habet, tum sequitur: نبتدى بعون العناية الالهية بكتابة بعض الاشياء متخذة من اللغة العربية مجتمعة من احد الاخوة المسيحيين „Incipimus cum auxilio divino scribere quasdam res desumtas ex lingua Arabica, collectas ab uno fratrum Christianorum,“ Totus liber in quatuor majores partes divisus est, quarum singulae pluribus minoribus constant. Majores voce مقالة sectio, minores voce فصل caput inscriptae sunt. Prima libri sectio litteras Arabicas et voces continet, secunda sermones inter diversas personas habitos, tertia fabulas, quarta denique inscripta est: تتضمن احاديث وامثال مستعملة بين العرب لتعليم اللغة العربية „Continet effata (sententias) et proverbia usitata

inter Arabes ad discendam linguam Arabicam.“ Haec autem sectio in octo capita divisa est, quorum singula inscriptionibus secundum argumenti rationem; sed, ut mihi videtur, non bene inventis distincta sunt. Exempli gratia quintum caput في احاديث وامثال منظومة „de sententiis et proverbiis metricis modis compositis“ inscriptum est. Pluribus in isto capite proverbiis homoioteleuton est; sed ne omnibus quidam accuratum, ut in secundo observare licet: العالم عرف الجاهل لانه et tertio من كتم سره بلغ مراده صار جاهلا والجاهل لم يعرف العالم لانه صار عالما. „In hoc quoque videre licet auctorem linguae non rectam habuisse rationem, quippe qui uno loco verbum صار loco verbi كان posuerit. Octavum, quod est postremum libri caput, Salomonis proverbia continere inscriptio declarat. Haec numero, quem auctor adscripsit, quinquaginta sunt; sed re vera nonnisi quadraginta octo, quippe quum duo separata inter se conjungenda sint. Quae quamquam origine non sunt Arabica, ea tamen, quum ostendere videantur, nonnulla Hebraica Arabes Christianos in usum suum vertisse et interdum mutasse, inter caetera fontem Hebraicum indicans recepi. Nonnullis hujus libri proverbiis sermo vulgaris est. Eadem quoque proverbia interdum duobus locis occurrunt. Num ex memoriae fonte auctor an ex libris proverbia hauserit, non liquet. Multa proverbia recentiora sunt, pauca inter proverbia a Meidanio collecta reperiuntur ex. gr. Meid. C. 24, 367. Scriptura libri recentior; sed bona est.

Praeter hosce codices manuscriptos plura opera, ex. gr. Hamasae carmina, liber Fakihat-Alcholafa a me editus, Firuzabadii Djeuhariique lexica,

Calilah wa Dimnah opus inscriptum aliaque erant, e quibus proverbia in hunc librum transferrem. In tanta autem librorum varietate, e quibus proverbia sententiasque proverbiales hausi, non fieri potuit, quin vetera et recentiora miscerentur, quae vero maximam partem tum fontibus, e quibus profluxerunt, tum varia sua indole discerni posse puto. Tres enim priores libri, quos modo descripi, maxime veteribus proverbiis colligendis dicati erant, caeteri quatuor recentioribus. Recentiora autem proverbia tum forma, quod saepissime homoioteleuto et verborum quodam lusu ornata sunt, tum sensu, quod potissimum sententias exponunt, a veteribus discrepant. Quas illustrandis proverbiis inservientes adnotationes invenirem, eas paucioribus verbis utens apposui, raro de meo quid addidi; siquidem alia proverbia explicatione non egent, alia, quorum sensus latius patet, facile in errorem inducere possunt. Omnibus enim ab Arabibus inventis et adhibitis proverbiis nonnisi historica quaedam intelligendi ratio, quam usus docet, esse potest, ut neminem nisi Arabes tanquam auctores nostros sequamur, necesse sit.

Quas autem a me de vulgaris sermonis usu in proverbiis recentioribus factas observationes si non suo semper loco adnotavi, eas ea de causa omissas esse sciatis, ne eaedem res pluribus locis repetendae essent; rei enim convenientius atque legentibus utilius videbatur, si, quae variis locis dispersae legerentur, sub uno adspectu conjunctas et in ordinem quendam redactas in praefatione legentibus brevius ante oculos ponerem, ut quisque suo loco in proverbiis legendis observationes factas adhiberet.

Quae igitur, ut ad rem ipsam veniam, ab usu librorum et grammatices in proverbiis recentioribus vulgaris sermonis usui tribuenda recedunt, ea duplicis generis aut ad vocum usum enunciandique modum aut ad grammaticam pertinent. Illa tum in litteris mutatis ut littera د pro ذ (prov. 899.) littera س pro ص (prov. 1221.) littera ط pro ت (prov. 1716.) littera ط pro ض (prov. 2254.) ponatur, tum in vocibus contractis, ut بلاش pro بلا شى (prov. 1582.) ايش pro اى شى (prov. 1994.) لاش pro لا شى (prov. 2938.) dicatur, tum in contracta voce et abjecta Hamza, ut اعداء pro اعداءء, غداء pro غداءء et عشاء pro عشاءء (prov. 2340.) dicatur, tum in formarum usu, ut ex. gr. الحمقا tanquam pluralis (prov. 2018.) et اصرف pro صرّف (prov. 1668.) adhibeatur, videre licet.

Quae grammaticen spectant, ea aut verbis aut nominibus propria sunt. In verbis, quorum media radicalis و aut ى est, ista littera tum in futuro apocopato, tum in imperativo non abjicitur; dicitur enim تعنى pro تعط (prov. 25.), تبكي pro تبك (prov. 238.), احكى pro احك (prov. 29.); تخونه pro تخنه (prov. 110.); قوم pro قم (prov. 215.), طير pro طر (prov. 2875.), بيعها pro بعها (prov. 64.), يصطاد pro يصطد (prov. 540.). Forma quoque futuri apocopati pro plena invenitur. Sic تطلبوا pro تطلبون legimus (prov. 1374.). Rarius fieri solet, ut littera talis abiiciatur ex gr. تورث pro تورث (prov. 2610. 2615.). Interdum littera ب futuro anteponitur ex. gr. بيرقص (prov. 436.). بيصبح et 1001. Interdum genus negligitur; sic enim تهمه المطر pro يهمه المطر (prov. 2255.) dictum est. In nominibus adjectivis, participiis littera ى in fine vocis non abjicitur. Sic dicitur مربّى

pro مرب prov. 1118, غالى pro غال prov. 1119, راضى pro راض prov. 2464. Rarius littera abjicitur, ut الحيط pro الحايط prov. 2760, الملل pro الملال prov. 2615, جوارها pro جواريها prov. 1974 sit. Additur quoque littera حياتا pro حيات et عقاربا pro عقارب prov. 2797. Si substantivum et cum eo conjunctum adjectivum articulis definienda sunt, substantivum articulo saepius caret. Sic dicitur الصديق الالوف pro صديف الالوف; الثايب pro شاب الثايب conf. prov. 1956. 1974. Casus frequentissime negliguntur, dum forma nominativi loco accusativi ponitur. Sic تمر pro تمرا, مطروح pro مطروحا prov. 169. صبى pro صبيا prov. 206 et ابوه pro اباه prov. 504 invenitur. Casum accusativi loco nominativi positum rarius invenimus ex. gr. المثبومين لثبرين pro المثبومون لثبرين prov. 31. et جيدين pro جيدان prov. 511. Conjunctio أن interdum omittitur prov. 1231 sq.

Secunda hujusce tomi sectio duabus partibus constat: una, quae dierum seu pugnarum inter Arabes celebrium (conf. Herbelot. T. 1. p. 132.) brevis enumeratio est; altera, qua Mohammedis aliorumque facete ingenioseque dicta continentur. Utraque autem pars proverbiorum Meidanii appendices, libri caput vicesimum nonum et tricesimum sunt. Meidanius in praefatione proverbiis praemissa de illa priore sic exponit: وجعلت الباب التاسع والعشرين فى اسماء ايام العرب دون التوديع فان فيها كتبا جمعت البدايع وانما عنيت باسمايها لكثرة ما يقع فيها من التصحيف „Caput vicesimum nonum nomina dierum (pugnarum) apud Arabes celebrium exceptis singulis proeliis continet. Hisce de diebus libri compositi sunt, in quibus res admiratione dignae collectae sunt. Ego vero non-

nisi nominibus operam dedi ob multa, quae in illis occurrunt, errata.“ Inde conjicere licet, Meidanium nonnisi pugnas in quarum nominibus erratum sit gravioresque adtulisse; apud scriptores enim multo plurium ex. gr. يوم الاصمعان conf. Ebn-Kotaib. p. 132. يوم الرغام, يوم صبيرة, يوم الجونيين, Abulf. hist. Anteisl. p. 137. etc. يوم عنبرة mentio facta est. Grammaticus Abu-Ohbaidahus librum minorem composuit, in quo 75 dies descripsit, majorem, in quo 2200 dies enarravit. Praeterea in libro dies gentis Banu-Masen ايام بنى مازن, caeteris neglectis, tractavit. Meidanius pugnas illas in duas partes aut ante Islamismum (a numero 1-132) aut post Islamismum (a numero 133-224) commissas dividens interdum erravit, diei enim يوم الحجاف appellato in numero ante Islamismum factarum locum concessit, licet Alhadjdjafus ille, qui isto die gentem Banu-Taghleb invasit, tempore Abbd-Almalici ben-Merwan vixisse certum est. conf. Nr. 20. In enumerandis singulis quum ordo alphabeticus neglectus sit, auctor temporis quandam, sed non accuratam rationem habuisse videtur; diei enim ultimo يوم نهاوند appellato ante praecedentes ex. gr. يوم صفين (diem Ziffin) locus dandus fuisset. Illis Arabum diebus breves adnotationes addidi.

In posteriore autem sectionis hujus parte Mohammedis, tum ejus in imperio successorum, nec non aliorum celebrium virorum quaedam facete ingenioseque dicta collecta sunt. Quae in ista parte Meidanius sibi proposuerit, hisce in praefatione verbis declarat: وجعلت الباب الثلثين فى نبذ من كلام النبى عليه السلام وكلام خلفايه الراشدين رضى الله عنهم اجمعين مما ينخرط فى سلك المواعظ „Caput tricesimum dicavi nonnullis dictis prophetae ejusque suc-

cessorum proborum, quibus Deus omnibus faveat, ex eorum numero, quae seriei fili margaritarum ad adhortationes pertinenti adjunguntur". Vox نبذ, qua Meidanius usus est, quum de partibus rei abjectis neglectisque adhibeatur, auctorem quaedam ab aliis neglecta dicta in libro suo posteritati conservasse, a veritate alienum non videtur.

Tertiae hujusce tomi sectioni de Arabum proverbiis a Meidanio collectis dissertatio inest, cujus quis sit finis et quam in scribendo viam rationemque ingressus sim, paucis ostendere liceat.

Quod in dissertatione, caeteris neglectis. nonnisi a Meidanio collecta proverbia in quaestionem vocaverim, si quis vitio mihi dederit, duas potissimum causas fuisse sciat, quarum una in eo posita est, quod illa a Meidanio collecta proverbia Arabum veterum et cogitandi et agendi rationem accuratius veriusque depingant, ita ut, ne tota Arabum depicta effigies turbaretur, caetera recentiora a quaestione excludenda essent. Quo antiquius est tempus, eo puriores Arabum mores erant, serioribus temporibus ob mutuum cum aliis nationibus commercium et cogitandi et agendi ratio paulatim mutata est. Altera autem causa in eo videre licet, quod hanc dissertationem certis temporis finibus circumscribere cuperem; nam recentiora proverbia etsi non omnino a veteribus discrepant, tamen ob mutatum et temporis et gentis statum diversa sunt.

In dissertatione ipsa primum ostendere mihi in animo erat, qualis sit proverbiorum Arabicorum propria conditio, quonam tempore ortae sint, quibusnam auctoribus singula adscribantur, tum qualis ex iis cognoscatur tam cogitandi quam agendi ratio, demque quonam modo et a quibusnam

inter Arabes proverbia conservata, collecta et explicata sint. In illa prima disquisitione de proverbiorum propria conditione, de personis rebusque, quae iis ansam dederint, de mutatione singulorum proverbiorum et multiplicatis eo, quod mutata erant, proverbiis, de proverbiorum momento historico et tempore, de proverbiorum forma egi. Illa autem de primis proverbiorum auctoribus et de tempore quo orta sint, quaestio perdifficilis est, qua in re si non claram lucem semper adtulerim; sed nonnisi tenebras paulatum disperserim, ob rei difficultatem viri docti veniam dent.

Absolutis illis externam proverbiorum onditionem magis spectantibus rebus, ad proverbiorum sensum et modos, quibus in usum hominibus venerint, accedendum erat. Qua in parte ut qui esset sensus ususque tam modus quam ambitus appareret legentibus, operam dedi. Quae vero res quum ob immensam rerum molem difficile disponantur, tum ob verborum difficultatem atque ambiguitatem magnam scribenti parant molestiam. Variae quoque et in intelligendis proverbis et in disponenda materie nobis sese viae ostendebant, quibus fere aequali jure incedi posset.

In tertia denique dissertationis parte praemissis generalibus observationibus de conservatis, collectis et explicatis proverbiis, opera, in quibus ab Arabibus doctis collecta atque explicata sint, recensui. Hisce absolutis primum de tempore et vita Meidanii, tum de opere, in quo proverbia collegit et explicavit et denique de operis codicibus disserui.

Quarta denique hujusce tomi sectio e pluribus indicibus constat.

a) Index personarum et locorum. Personarum nominibus quasdam breves de tempore, quo vixerint, adnotationes adjunxi. Quae si quibusdam fortasse aut breviores aut non satis accuratae videntur, id codicum manuscriptorum penuriae reique difficultati potius quam aliis causis tribuendum est. Quum enim difficile est e codicibus quandam de viris antiquo tempore viventibus aut minus notis lucem adferre, tum difficillimum, imo impossibile erit in librorum defectu. Quae adnotationes quamquam breviores sunt et minus accuratae, speramus tamen fore ut legentibus commodo sint.

b) Index latinus de proverbiis in hoc tertio tomo collectis. Quo indice quum proverbiorum usum legentibus faciliorem reddere cuperem, verborum, quibus totius proverbii sensus nititur, in conficiendo potissimam rationem habui.

c) Index Arabicus proverbiorum Meidanii. Proverbia illa quamquam ordine alphabetico disposita erant, tamen, quum re vera in capitibus accuratiore ordine omnino destituta essent, singula quaesituro index necessarius erat. In quo conficiendo partium proverbii omnino necessariarum, ut mutationi minus obnoxiae essent minusque facile abjici possent, maxima ratio habenda erat. Proverbii autem stabiles partes verbum nomenque sunt. Neglectis igitur particulis verbum aut nomen, quod in proverbio primum locum teneret, in indicem recepi et capitis numerum nec non proverbii in ca-

pite numerum apposui. Indicem vero proverbiorum Meidanii latinum eam ob causam haud necessarium putavi, quod quisque in dissertatione nostra, argumenti ratione habita, proverbia singula facile invenire potest.

In quinta denique hujusce tomi sectione addenda quaedam ac corrigenda continentur, quibus tum operis nostri iterata pellectio, in qua Fleischeri mei doctissimis adnotationibus de multis proverbiis adjutus sum, tum quorundam librorum usus ex. gr. codicum duorum Guelpherb. ansam dederunt. Viro autem illi non possum non habere gratiam maximam, semperque habebo. Quod vero a me admissum enunciandi modum, qui saepius codicis auctoritate nitebatur, pluribus locis ex. gr. in formis verborum correxerim, id non eam ob causam me semper fecisse putetis, quod apertum in eo errorem agnoverim; sed quod a lexiographorum modo, qui classicum enunciandi modum adnotarunt, abhorreret. In proverbiis autem haud raro accidisse videtur, ut populus in enunciandis proverbiis a classicorum scriptorum modo recederet.

Praefationi finem impositurо mihi superest, ut omnibus patronis fautoribusque, qui in opere edendo eo, ut id se emturos esse declararent, maximo adjumento mihi erant, sinceras amplissimasque gratias referam, quorum enim si auxilio destitutus fuissem, non erat spes fore, ut inceptum opus ad finem perducerem. Quo autem major in impensis faciendis mihi obstabat difficultas, eo majorum gratiarum officio obstrictum me sentio, quas si singulis persolvere non potero, tamen, quoad vivam, omnibus animo conservaturum me esse promitto. Patronorum fautorumque nomina, terrarum rationem habiturus et or-

dinem alphabeticum sequens, modo quo anno 1838 ad me transmissa sunt, enumero.

America.

Eduard Salisbury Prof. Boston. 1.

Anglia.

Dr. Macbride Prof. ling. Arab. Oxford. 1.

Dr. Pusey Prof. Oxford. 2.

Dr. Reau Bibliothec. Oxford. 1.

Carl. Pav. Reichel Londini. 1.

Societas Asiatica Londini. 1.

Dania.

Bibliotheca Regia Hafniae 1.

Dr. Westergaard Hafniae 1.

Franco-Gallia.

Mac Goc. de Slane liber Baro etc. 1.

Italia.

Abb. Arri Turin. 1.

Germania.

Dr. Achterfeld Prof. Bonnens. 1.

Bibliotheca Universit. Berol. 1.

„ „ Bonn. 1.

„ „ Gripesvold. 1.

„ „ Lipsiae. 1.

„ „ Marpurg. 1.

„ Paul. Monasteri. 1.

Dr. Bopp. Prof. Berol. 1.

Dr. Fleischer Prof. Lips. 2.

Dr. Gildemeister Privat. doc. Bonn. 1.

Dr. Goldstücker Regiomont. 1.

Dr. Habicht Prof. Vratisl. 2

Dr. Hengstenberg Prof. Berol. 1.
Dr. Hitzig Prof. Zurich. 1.
Dr. Kosegarten Prof. Gripesvold. 1.
Dr. Lassen Prof. Bonn. 1.
Dr. Longard Confluent. 1.
Dr. Parthey Berol. 1.
Dr. Reinke Prof. Monaster. 1.
Dr. Rödiger Prof. Halens. 1.
Dr. Schleier Prof. Freiburg. 1.
Dr. Scholz Prof. Bonn. 1.
Dr. Stadler Prof. Monac. 1.
Dr. Stahelin Prof. Basil. 1.
Dr. Welcker Prof. Bonn. 1.

Hollandia.

Illustr. Regis minister rerum internarum. 2.
D. W. Cannemann juris Candid. Lugduni. 1.
P. Cool minist. sacri cultus Harlingae. 1.
Lintelo de Geer Studios. Ultraject. 1.
P. de Goeije minist. sacri cultus Dronrypi. 1.
Dr. E. H. de Hernerden minister. sacri cultus Beetsterzwaagi. 1.
M. I. Hoogvliet Candid. sacri cult. Lugduni. 1.
F. W. I. Juynboll Prof. ling. Or. Franecker. 1.
L. G. C. Ledeboer Candid. sacri cult. Rotterdam. 1.
A. Rutgers Prof. ling. Orient. Lugduni. 1.
E. Stolle minister sacri cultus in oppido Mastricht. 1.
I. I. P. Valeton Candid. theol. Lugduni. 1.
F. I. Veth Candid. theol. Lugduni. 1.
L. I. van der Vlis Candid. theol. Lugduni. 1.
Dr. A. A. G. Vorstmann minist. sacri cultus Goudae. 1.

Goudae.

Dr. Weyers Prof. Lugdunens. 1.

L. Wroom minist. sacri cultus Almeloi. 1.

Russia.

Academia Imper. scientiarum. 2.

Universitas Imper. 2.

de Adelung a consil. de republica. 2.

de Dorn Prof. litteraturae Asiat. 1.

de Frähn a consiliis de republica. 1.

Rud. de Frähn interpres Alexandriae. 1.

de Gregoriew Orient. ling. Candid. 1.

de Kowalinski. Orient. ling. Cand. 1.

de Maison Prof. ling. Persicae. 1.

de Muchlinski ling. Arab. et Pers. docens. 1.

de Saweliew. 1.

de Senkowski a consiliis Prof. ling. Arab. et Turc. 1.

de Tscherniaew ling. Orient. magister. 1.

de Wolkow a consiliis aulae. Arab. ling. adjunctus. 1.

Suecia.

Bibliotheca Reg. Stockholmi. 1.

„ Univers. Lundini. 1.

„ Upsalae. 1.

Dr. Lindgren Ling. Orient. prof. adj. 1.

Dr. Schmidt ling. Orient. Cand. Stockholmi. 1.

Dr. Tornberg ling. Arab. docens Upsalae. 1.

Dr. Tullberg Upsalae. 1.

Proverbia sententiaeque proverbiales ex pluribus scriptoribus collecta et in ordinem alphabeti redacta.

---

١ بينهم ابن

1. Inter eos nodi sunt. I. e. inimicitiae Dj.

٢ يا أبا دغفاء ولدها فقارا

2. O Abu-Daghfa! impera ei, ut vertebras pariat!

Abu-Daghfa cognomen stulti est. Vertebrae in proverbio rem neque caput neque caudam habentem designant i. e. impera ei rem, quae perfici non potest. Proverbio metrum Ramal est. Kam.

٣ أبى ابو عمرة الا ما أتاه

3. Abu-Ahmrah noluit nisi id quod contigit.

Abu-Ahmrah famis cognomen est. Viri quoque cognomen fuisse dicitur, quem, quotiescunque in gente degeret, fames calamitatesque sequerentur. Schar. Sam.

٤ أبى أبى اللبأ

4. Pater meus colostrum noluit.

Verba ista puella dixisse narratur. Frater ejus, qui gentis princeps erat, sorori patris grandaevi curam mandaverat et ut colostrum ei daretur, imperaverat. Puella quum sibi colostrum sumsisset, pater macie adfectus est. Quam ob causam a fratre vituperata, proverbii verba, ut se excusaret, protulit. At vero pater ista audiens verba dixit: انطاه بل لا بنى „Filiole mi! minime, id non dedit.“ Schar.

٥ أَتَى العَبْدُ أَنْ يَنَامَ حَتَّى يَحْلُمَ بِرَبَّتِهِ

5. Servus dormiens semper de domina somniare voluit.

De eo adhibetur, qui rem, qua indignus est, petit. Schar.

٦ أَتَى أَبَدٌ عَلَى لُبَدٍ

6. Tempus vulturem Lobad appellatum superveniens occidit. Sam. Schar. Conf. Meid. C. 7, 47.

٧ إِذَا أَتَى القَدَرُ عَمِيَ البَصَرُ

7, Quum fatum venit, oculus caecus est.

Contra dei decretum prudentia nil valet. Fakih. Alchol. p. 59. edit. meae.

٨ لا آتِيكَ أَلْوَةَ بْنَ هُبَيْرَةَ

Non ad te veniam, donec Alwah ben-Hobairah redit.

I. e. Nunquam, nam illo vir nunquam reversus est. Kam.

٩ يأتيك ما قُدِّر لك

9. Contingent tibi res, quae a Deo tibi destinatae sunt. A. D.

١٠ ما لَهُ أثَر ولا عَنِير

10. Neque vestigium neque terra ei est. Sam.

١١ إيّاك والمأثور من الكَلامِ

11. Cave sermonem, qui continua testium serie traditur!

Legitur quoque: اتق ماثور القول بعد اليوم „Cave sermonem, qui continua testium serie post hodiernum diem traditur.“ Verba haec Hodsaifahus ben-Badr fratri suo Haml ben-Badr die, quo Kaisus cum sociis in balneo versantibus supervenerat, dixit monens, ne Kaisi misericordiam implorans se abjiceret, futurum enim esse, ut posteri verba debilitati tribuerent. Proverbium igitur monet, ne hominum vituperationem agendo mereamur. Schar. Sam.

١٢ لأجل عَيْن تُكْرَم ألْف عَيْن

12. Ob oculum mille oculi honorantur D.

١٣ مَنْ أخَذَ حَقَّهُ لَمْ يَذْكُر فَضْلَه

13. Qui accipit quod ei debetur, merita sua gloriari non potest A.

١٤ أخَذَ الشَّاشَ يَلُفُّه لَفَّهْ

14. Vittam cepit convolvendo eam colvolvens. D.

Verba ista puella dixisse narratur. Frater ejus, qui gentis princeps erat, sorori patris grandaevi curam mandaverat et ut colostrum ei daretur, imperaverat. Puella quum sibi colostrum sumsisset, pater macie adfectus est. Quam ob causam a fratre vituperata, proverbii verba, ut se excusaret, protulit. At vero pater ista audiens verba dixit: انطاء لا بل بني „Filiole mi! minime, id non dedit.“ Schar.

٥ أَتَى العَبْدُ أَنْ يَنَامَ حَتَّى يَحْلُمَ بِرَبَّتِهِ

5. Servus dormiens semper de domina somniare voluit.

De eo adhibetur, qui rem, qua indignus est, petit. Schar.

٦ أَتَى أَبَدٌ عَلَى لُبَدٍ

6. Tempus vulturem Lobad appellatum supervenions occidit. Sam. Schar. Conf. Meid. C. 7, 47.

٧ إِذَا أَتَى القَدَرُ عَمِيَ البَصَرُ

7, Quum fatum venit, oculus caecus est.

Contra dei decretum prudentia nil valet. Fakih. Alchol. p. 59. edit. meae.

٨ لا آتِيكَ أَلْوَةَ بْنَ هُبَيْرَةَ

Non ad te veniam, donec Alwah ben-Hobairah redit.

I. e. Nunquam, nam ille vir nunquam reversus est. Kam.

٩ يأتيك ما قُدِّر لك

9. Contingent tibi res, quae a Deo tibi destinatae sunt. A. D.

١٠ ما لَهُ أثَر ولا عَنبر

10. Neque vestigium neque terra ei est. Sam.

١١ إيّاك والمأثور من الكلام

11. Cave sermonem, qui continua testium serie traditur!

Legitur quoque: اتق ماثور القول بعد اليوم „Cave sermonem, qui continua testium serie post hodiernum diem traditur.“ Verba haec Hodsaifahus ben-Badr fratri suo Haml ben-Badr die, quo Kaisus cum sociis in balneo versantibus supervenerat, dixit monens, ne Kaisi misericordiam implorans se abjiceret, futurum enim esse, ut posteri verba debilitati tribuerent. Proverbium igitur monet, ne hominum vituperationem agendo mereamur. Schar. Sam.

١٢ لأجل عَيْن تُكرَم ألف عَيْن

12. Ob oculum mille oculi honorantur D.

١٣ مَنْ أخذ حقّهُ لَمْ يذكر فضلَه

13. Qui accipit quod ei debetur, merita sua gloriari non potest A.

١٤ أخذ الشاش يلفّه لفّه

14. Vittam cepit convolvendo eam colvolvens. D.

In codice Berol الشاس; sed de voce conferas: De Sacy Chrest. Ar. T. II. 113. 577. et lib. Mille noctes etc. T. II.

١٥ مَنْ أَخَذَ عَهْدًا مِنْ عَدُوِّهِ لا يَلْتَقِي لِنَفْسِهِ نَجَاةً

15. Qui ab inimico securitatis promissum accipit, is e periculo non liberatur. A.

١٦ أَخَذَ فِي ٱلنَّرْهَاتِ ٱلبَسَابِسِ

16. Viis parvis terrarum incultarum incessit.

I. e. Inania et incredibilia verba protulit. Schar.

١٧ أَخَذَ مِنْهُ بِٱلمَخْنَقِ

17. Guttur ejus arripuit.

Summam diligentiam in re adhibuit. Dicitur quoque: قد بلغ منه المخنق Cod. Abu-Ohb.

١٨ أَخَذَهُ مَا قَدُمَ وَمَا حَدُثَ

18. Cepit eum id, quod antiquum et id quod recens erat.

In Samachscharii opere اخذ legitur. Legitur quoque: ما قدم وما حدث وما قرب وما بعد „Quod antiquum et recens et quod propinquum et remotum erat.“ De irato adhibetur, cujus ira mocrorque modum excedit Schar.

١٩ إِذَا أَخَذْتَ عَمَلًا فَقَعْ فِيهِ فَإِنَّمَا خَيْبَتُهُ تَوَقِّيهِ

18. Quum opus aggrederis, in id incide, nam cautio in eo ejus frustratio est.

Loco verborum فقع فيه legitur quoquo: فجد فيه „in eo diligentia utere“. Sam. Schar.

٢٠ أَخَذْنا فى التَّزْكِين

20. Incertam opinionem habere incepimus. Schar.

٢١ أَخَذْنَا فِي ٱلدَّوْس

21. Incepimus polire.

I. e. Exornare et fraudem aequalem reddere. Schar.

٢٢ خُذِ ٱلْفَالَ مِنْ فَمِ ٱلْأَطْفَال

22. Ex ore infantium bonum omen cape! D.

In codice G. فم omissum est.

٢٣ خُذْ مَا رَأَيْتَ وَدَعْ شَيْا سَمِعْتَ به

23. Cape id, quod vidisti, et sine id, quod audivisti! D.

٢٤ خُذْ مَا صَفَا وَدَعْ ما كَدُر

24. Cape id quod purum est, et quod impurum est, omitte! Sam. et in Merzukii commentario ad Hamas.

٢٥ خُذْ مِنْ جَمَاعَة ولا تُعْطِى جَماعَة

25. Ab agmine sume et ne agmini da! D.

٢٦ خُذْ مِنَ الحِمَامِ قَبْلَ أَنْ يَأْخُذَ مِنك

26. A morte cape, antequam a te capit! B.

٢٧ خُذْ مِنَ الدَّهْرِ ما صَفَا ومِنَ العَيْشِ ما كَفَا

27. A tempore id cape, quod purum est et a vita id, quod sufficit! D.

٢٨ خُذْ مِنْ نَفْسِكَ لِنَفْسِكَ وَقُسْ من يَوْمِكَ بِأَمْسِكَ قَبْلَ أَنْ يَأْتِيَ الأَجَلُ وتَعْجِزَ عنِ العَمَلِ

28. A te ipso tibi ipsi sume et per hesternum diem hodiernum defini, priusquam vitae finis advenit et tu infirmior es, quam ut opus facere possis! A.

٢٩ خُذْ مِنِّي وَٱحْكِ عَنِّي

29. A me cape et de me narra! D.

٣٠. خُذُوا الْعِظَةَ عَنِّي وَإِنْ لَمْ أَعْمَلْ بِهَا خُذُوا الذَّهَبَ من الحَجَرِ وَاللُّؤْلُؤَ من الصَّدَفِ والكَلِمَةَ الطَّيِّبَةَ مِمَّنْ قَالَهَا وَإِنْ لَمْ يَكُنْ مِنْ أَهْلِهَا

30. Admonitionem a me admittite et si eam in agendo non sequor; aurum e lapide, et unionem e concha sumite et verbum bonum a quolibet dicente, etsi ejus auctor non est. A.

٣١ الآخِذُ واحِدٌ والمَذْمُومِينَ كَثِيرُونَ

31. Capiens unus est, suspecti multi sunt. G.

٣٢ اتَّخَذْتُ عِنْدَهُ يَدًا خَضْرَا فَمَا نِلْتُ منه عَرَقًا

32. Viridem manum apud eum paravi; sed remunerationem ab eo non accepi. Schar.

Viridis manus beneficium designat.

٣٣ اتَّخَذْتُ عِنْدَهُ يَدًا بَيْضَاءَ وَيَدًا غَرَّاءَ

33. Paravi apud eum manum albam et manum candidam.

Duae mihi videntur hisce verbis inesse proverbiali modo loquendi rationes, quibus beneficia manifesta in alterum collata significantur. Schar.

٣٤ آخِرُ الْفَرَحِ أَوَّلُ الْغَمِّ

34, Postrema gaudii pars initium tristitiae est. D.

٣٥ مَنْ أَخَّرَ غَدَاهُ الى عَشَاهُ ما شَتَمَتْ بِهِ أَعْدَاهُ

35. Qui cibum matutinum suum usque ad tempus cibi vespertini sui differt, de eo inimici non lactabuntur. G.

٣٦ أَخُوكَ مَنْ وَاسَاكَ فِي شِدَّةٍ

36. Frater tuus is est, qui in calamitate solatium tibi adfert. B. A. conf. Meid. 1, 362.

٣٧ لِأَخِيكَ عَلَيْكَ مِثْلَ الَّذِي لَكَ عَلَيْهِ

37. Fratri tuo idem praestare debes, quod tibi praestare debet. A.

٣٨ اِنَّ أَخَاكَ فِي ٱلْأَشَاوِي ضِرْعُكَ

38. Frater tuus in rebus tibi similis est. Schar.

٣٩ إِخْوَانُ هٰذَا ٱلزَّمَانِ خُوَّانٌ

39. Fratres hujusce temporis perfidi sunt. B.

٤٠ أَدَبُ ٱلْمَرْءِ خَيْرٌ مِنْ ذَهَبِهِ

40. Cultura in viro melior est, quam aurum, quod possidet. B.

٤١ أَدَبُ ٱلنَّفْسِ خَيْرٌ مِنْ أَدَبِ ٱلدَّرْسِ

41. Cultura in animo insita melior est, quam cultura libris legendis parata. D.

٤٢ ٱلْأَدَبُ خَيْرُ مِيرَاثٍ

42. Cultura optima haereditas est.

Verba haecce Actsamo b. Zaifi tribuuntur. Sam. Schar. In codice A. additur: وحسن الخلق خير قرين „et corporis pulchritudo optima socia est.“

٤٣ ٱلْأَدَبُ رِفْقٌ

43. Cultura res est, quae nobis in rebus necessariis acquirendis auxilium praestat.

Verba Actsamus b. Zaifi dixisse narratur. Schar.

٤٤ اَلْأَدَبُ يَزِيْنُ غَنَى الْغَنِيّ وَيَسْتُرُ فَقْرَ الْفَقِيْرِ

44. Cultura animi divitias divitis ornat et pauperis paupertatem occultat. A.

٤٥ اَلْأَدَبُ مَالٌ وَاسْتِعْمَالُهُ كَمَالٌ

45. Animi cultura opes sunt et eam adhibere perfectio est. A.

٤٦ مَنْ أَدَّبَ وَلَدَهُ صَغِيْرًا قَرَّتْ بِهِ عَيْنُهُ كَبِيْرًا

46. Qui filium suum, dum parvus est, excolit, is per eum, dum magnus est, gaudio adficitur A.

٤٧ أَدِّبِ ٱبْنَكَ فَيَسُرُّكَ وَيُمْخِ نَفْسَكَ تَنَعُّمًا

47. Si filium tuum instruis, te gaudio adficiet et animum tuum laetitia implebit. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 29, 17.

٤٨ أَدِّبْ عِيَالَكَ تَنْتَفِعْهُمْ

48. Si familiam tuam excolis, ei proderis. A.

٤٩ اَلتَّأْدِيْبُ فِى الصِّغَرِ كَالنَّقْشِ فِي الْحَجَرِ

49. Eruditio aetate puerili sculpturae in lapide similis est.

I. c. Non deletur. Schar.

٥٠ التأديب يكون أكثر منفعة للحكيم من مائة مقرعة للجاهل

50. Eruditio sapienti utilior est, quam centum flagelli ictus insipido. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 17, 10.

٥١ أدّى قدرا مستعيرها

51. Ollam qui mutuo accepit, eam reddat!

Officio nobis imposito satisfaciendum est. Sam. Schar.

٥٢ إذا أذن قم صلّى

52. Quum ad preces publicas vocatur, surge, preces fac! D.

٥٣ الآذان التى تسمع التوبيخات تمكث بين الحكما

53. Aures, quae reprehensiones audiunt, inter sapientes manent. G.

Salomoni tribuitur. Prov. Salom. 15, 31.

٥٤ لا تأذى ما تؤذى

54. Si noxam non infers, noxam non patieris. D.

٥٥ الأرض واسعة والرزق مبسوط

55. Terra lata est et victus quotidianus expansus. G.

٥٦ الأَرْضُ الوَاطِيَةُ تَشْرَب ماءها وَمَاء غَيْرِها

56. Terra mollis aquam suam et alius quoque aquam imbibit. G.

Vocabulum الواطية mihi pro الواطيئة esse videtur.

٥٧ أَسَدٌ حَطُوم خَيْرٌ مِنْ وَالٍ ظَلُوم

57. Leo ossa frangens melior est, quam praefectus injustus. Schar.

In Merzukii commentario ad Hamas. legitur من سلطان غشوم. In libro Fakih. Alchol. p. 220. l. 4. infr. legimus: امام عادل خير من مطر وابل واسد حطوم خير من سلطان ظلوم „Praefectus justus melior est, quam pluvia larga et leo ossa frangens melior est, quam rex injustus“, quae verba imperatori Ahlio adscribuntur.

٥٨ الأَسَدُ ما يَأْكُل إِلَّا مِن الفَرِيسَة

58. Leo nil nisi praedae captae partem edit. G.

٥٩ الأَسَى ما يُنْتَسَا

59. Tristitiam non obliviscuntur. G.

٦٠ أَصْلُ المَحَبَّة الهَدِيَّة وأَصْلُ البِغْضَة الأَسِيَّة

60. Radix amoris donum est et radix odii tristitia. G.

٦١ مَنْ لا لَه أَصْل لَا يُعَاب عَلَيْه

61. Cui radix (origo nobilis) non est, ob eam non vituperatur. D.

In codice Par. يعب legitur.

٣٦ الأَصِيل يَجُود

62. Nobili loco natus generose agit. D.

٣٦ الأَصِيلُ يَعْمَل بِأَصْلِه والرَّدِيّ يَنْضَح بِما فِيه

63. Loco nobili natus origini suae convenienter agit; vilis vero id, quod in eo est, transmittit. G.

Homo cum utre comparatus est.

٦٤ اسْتَأْصَلَ ٱللّٰهُ شَأْفَتَه

64. Deus eum omnino deleat!

In hac proverbiali locutione voci شأفة aut ulceris aut radicis significationem tribuerunt. Kam. Dj. conf. Fakih. Alcbol. p. 12.

٦٥ أُفٍّ وَتُفٍّ

65. Oh vilem rem!

Verbis hisce proverbiali modo ad despectum significandum utuntur; اف enim auris sordes et تف unguis sordes designat. Harir. p. 124.

٦٦ تَأْكِيدُ المَحَبَّة فِي الحُرْمَة

66. Confirmatio amoris in reverentia est. B.

٦٧ أَكَلَ مَالَه بِأَبْدَحَ دُبَيْدَحَ

67, Vano modo opes suas consumsit. Schar. Kam.

٢٨ أنتم أكلتم الفستق ونحن ننتقل بقشوره

68. Vos pistacium edistis et nos ejus corticem auferimus. Sam.

٢٩ فلان يأكل التمر وأنا أرجم بالنوا

69. Quidam dactylos edit; ego vero dactylorum ossibus petor. D.

٧٠ يأكل الشص فى بيت اللص

70. Fur in domo latronis edit. D.

٧١ يأكل الفيل ويغتص من بقة

71. Elephantem edit et per culicem in faucibus haerentem angitur. D.

٧٢ يأكلنى سبع ولا يأكلنى كلب

72. Vorat me leo et canis me non vorat. D.

٧٣ كل من أكل اليهودى وبات عند النصرانى

73. Cibum Judaei ede et apud Christianum pernocta! G.

٧٤ أكل القليل مما يضر انفع من أكل الكثير مما ينفع

74. Parum cibi, qui nocet, edere, utilius est, quam multum ejus, qui prodest. B.

٧٥ اَلْأَكْلُ قَصٌّ وَالشُّرْبُ مَصٌّ

75, Esus est resectio et potatio est suctus. D.

٧٦ اَلْأَكْلُ وَالْهَزِيمَةُ مَا عَلَيْهِمَا عَزِيمَةٌ

76, Esus et fuga certo animi proposito non fiunt. D.

٧٧ مَا لَهُ أَكْلٌ

77. Ei prudentia non est. Sam.

٧٨ أَكْلَةٌ فِي الصَّعِيدِ مَا هِيَ بَعِيدٌ

78. Comestio una in terrae superficie longe remota non est. D.

٧٩ آكَلُ الدَّوَابِّ بِرَذَوْنَةٍ رَغُوثٍ

79. Voracissimum jumentum equa lactans est. Sam. Schar.

٨٠ آكَلُ مِنْ رَدَامَةَ

80. Voracior quam Radamah.

Viri nomen est ad gentem Banu-Asad pertinentis, qui triginta ovium lac bibisse dicitur Sam. Schar.

٨١ آكَلُ مِنَ الْفَارِ

81. Voracior quam glis. Schar.

٨٢ أَلْفُ دِرْهَمٍ بِرَطِيلٍ مَا يُوفِي دِرْهَمَ دِينٍ

82. Mille drachmae, quae jussu sunt datae, unam drachmam religionis causa datam non aequant. D.

٨٣ أَلْفُ ذَقَنٍ وَلَا ذَقَنِي

83. Mille menta et non mentum meum. D.

Simile est proverbium secundum apud Burckhardtium الف قفا ولا قفای „Mille cervices (percutiant); sed non meam cervicem.“

٨٤ لَا أَلْفٌ لَهُ وَلَا أَلْفٌ عَلَيْهِ

84. Non mille pro eo et non mille contra eum. D.

De debito et credito verba intelligenda videntur.

٨٥ إِلَى أُلَّافِهَا تَقَعُ الطَّيْرُ

85. Ad socios suos aves decidunt.

Alazmäihus dixit, se proverbium non intellexisse, donec corvos ita in terram decidentes vidisset, ut species variae non miscerentur. Schar.

٨٦ إِذَا أَلِمَّ بِالْأَلَمِ فَالْمُعَالَجَةُ بِالْمُعَالَجَةِ

86. Quum dolore dolet (dolor percipitur), tum medicatio per medicationem est. D.

٨٧ اللَّهُ مَعَ الضَّعِيفِ حَتَّى يُعْجَبَ الْقَوِيُّ

87. Deus cum debili est, donec robustus admiratione adficiatur. G.

٨٨ اللّٰهُ يُذِلُّ الزَّمَانَ الذى أَعَاذَنَا إِلَيْكَ

88. Deus tempus humiliet, quod, ut ad te confugeremus, nos coegit!

٨٩ اذا اللّٰهُ سَلَّمَكَ ما يَقْدِرُ أَحَدٌ ان يُكَلِّمَكَ

89. Si Deus te incolumem servat, nemo te vulnerare potest. G.

٩٠ وَاللّٰهِ إِنْ فعلتَ كَذا وكَذا لَتَكُونَنَّ بُلْدَةٌ ما بَيْنِى وبَيْنَكَ

90. Quod si tu hoc vel illo modo agis, per Deum! separatio inter me et te erit!

In posteriore parte est proverbialis ratio. Vocabulum بلدة proprie de superciliorum intervallo usurpatur. Alomawi in codice Abu-Ohb.

٩١ اللّٰهُمَّ ضَبُعًا وَذِيبًا

91. O Deus! hyaenam et lupum!

Alii hisce verbis male precari, pecori alii bene precari dixerunt. Sam. Schar.

٩٢ أُمُّ الأَخْرَسِ تَعْرِفُ بِلُغَاتِ الخُرْسَانِ

92. Mater muti voces mutorum noscit. D.

٩٣ لِأُمِّكَ الحَلْقُ ولِعَيْنِكَ العَبَرُ

Matri tuae rasio crinium et oculo tuo lacrymarum fervor sit!

Hisce verbis male precantur. Sam.

٩٤ أُمْتٌ فِي حَجَرٍ لَا فِيكَ

94. Curvitas in lapide, non in te (sit)!

Hisce verbis bene precantur. Sam. Schar.

٩٥ أَمْرُ ٱللَّهِ بَطْرُقُ كُلَّ لَيْلَةٍ

95. Dei mandatum qualibet nocte advenit.

De rerum vicissitudinibus adhibetur. Schar.

٩٦ أَمْرُ مَغْوِيَتِهِنَّ يَتَّبِعْنَ

96. Mandatum ejus, quae ipsas in errorem inducit, sequuntur.

De eo adhibetur, qui amici fidum consilium non sequitur. Schar.

٩٧ الْأَمْرُ قَدْ يَعْزَى بِهِ الْأَمْرُ

97, Res jam per rem, ad quam refertur, cognoscitur.

Verbis hisce utuntur, dum res apparet, cujus adventum ex signis quibusdam cognoverant. Schar.

٩٨ الْأَمْرُ يَأْتِيكَ لَمْ يَخْطُرْ عَلَى بَالٍ

98. Res ad te pervenit, quae in mentem non inciderat.

Verbis hisce utuntur, dum res, sive bona sive mala sit, eis supervenit, quibus haud exspectata erat. Schar.

٩٩ الْأَمْرُ يَبْدُو لَكَ فِي التَّدَبُّرِ

99. In meditando res tibi apparebit.

In re, quae dubia ac difficilis cuidam videbatur, verba adhibent. Schar.

١٠٠ ما لَكَ فِي هٰذَا الأَمْرِ أَسْتٌ مَعَ أَسْتِكَ

100. Hac in re podex cum podice tuo tibi non est. De eo adhibetur, cui adjutor in re non est. Sam.

١٠١ والأَمْرُ مَبْنِيٌّ عَلَى السُّكُون

101. Res super quiete aedificata est. D. (Versus pars.)

١٠٢ ما لَهُ إِمَّرٌ وَلَا إِمَّرَةٌ

102. Neque agnus neque agna ei est. I. e. nil possidet. Sam.

١٠٣ أَمِيرٌ بِلَا عَدْلٍ كَغَيْمٍ بِلَا مَطَرٍ

103. Princeps sine justitia sicut nubes sine pluvia est. Fakih. Alchol. p. 224. 1. 2.

١٠٤ الأَمِيرُ مَنْ لَا يَعْرِفُ الأَمِيرَ

104. Princeps is est, qui principem non novit. B.

١٠٥ نِعْمَ الأَمِيرُ إِذَا كَانَ عَلَى بَابِهِ فَقِيرٌ

105. Bonus est princeps, quum ad ejus portam pauper est! D.

١٠٦ أَمَرَتْهُمْ أَمْرًا بِمُنْقَطِعِ اللِّوَى وَهَلْ يَسْتَبِينُ الرُّشْدُ

إِلَّا ضُحَى الغَدِ

106. Rem eos jussi in abrupto arenarum loco et rectum consilium non cognoscitur nisi meridie crastini diei.

Versus hic Doraidi b. Alzimmah, cui metrum Thawil est, ex Abu-Ohbaidi sententia proverbiali loquendi modo, bonum consilium non admissum esse, significat.

١٠٧ الأَمَلُ الطَّوِيلُ يُسْقِمُ القَلْبَ وَيَضُرُّ الفِكْرَ

107. Longa spes animum aegrotum reddit et cogitationi nocet. A.

١٠٨ مَنْ أَمِنَ الزَّمانَ خَانَهُ وَمَنْ تَعَاظَمَ عَلَيْهِ أَهَانَهُ

108. Qui tempori fidem habet, eum decipit et qui erga id superbum se gerit, eum deprimit. A.

١٠٩ مَنْ أَمِنَ عَدُوَّهُ عَلَى نَفْسِهِ كَمِثْلِ مَنْ أَدْخَلَ يَدَهُ فِي فَمِ الأَفَاعِي

109. Qui securum se esse putat ab inimico suo, is cum eo comparandus est, qui in viperae os manum immittit, A.

١١٠ مَنْ أَمِنَكَ لا تَخُنْهُ

110. Qui tibi fidem habet, in eum ne perfide agas! D.

Codex Gott. addit: ولو كنت خائنا „et si deceptor fuisses.“

١١١ يَأْمَنُ الخَائِفُ إِذَا وَصَلَ مَا خَافَهُ ·

111. Timens securus est, quando id, quod metuit, advenit. A. B.

١١٢ لا تَأْمَنْ عَدُوًّا وَإِنْ كان حَقِيرًا

112. Ne ab inimico, etsi despectus est, securus sis! B.

In codice loco vocis تامن legitur من, id quod vitiosum est.

١١٣ لا تَأْمَنْ قَارِئًا على صَحِيفَة ولا امْرَأَة على عِطْر

113. Ne legentis fidei folium aut mulieris fidei aroma committe! D.

١١٤ لا تَأْمَنْ مَنْ كَذَبَ لك أَنْ يَكْذِبَ عَلَيْك

114. Qui, ut tibi prosit, mentitur, fieri potest, ut contra te mentiatur. A. D.

١١٥ الأَمْنُ مَعَ الْفَقْرِ خَيْرٌ مِنَ الغِنَى مَعَ الْخَوْف

115. Securitas cum paupertate melior est quam opulentia cum timore. B.

١١٦ لا إِيمَانَ لِمَنْ لا أَمَانَةَ له

116. Cui sinceritas non est, ei religio non est. D.

١١٧ مَنْ أَنِسَ لا يَسْتَوْحِشْ

117. Qui familiari consuetudine utitur, is se solitarium non putabit. D.

١١٨ الأُنْس يُذْهِب المَهَابَة

118. Familiaris consuetudo verecundiam amovet.

Proverbii auctor Actsam b. Zaifi fuisse dicitur. Sam Schar.

١١٩ الإنسانُ ابنُ يومِه فليَنتبِهْ من نومِه

119. Homo est filius diei sui; expergiscatur e somno suo! A.

I. e. Vita hominis diu non durat; ne igitur incurius sit.

١٢٠ الانسانُ بالتَّفكير واللهُ بالتَّدبير

120. Homo cogitat et Deus res disponit. G.

١٢١ الانسانُ عَبْدُ الزَّمان والزَّمانُ عَدُوُّ الإنسان

121. Homo temporis servus est et tempus inimicus hominis est. A.

١٢٢ الانسانُ عَبيدُ الإحْسان

122. Homines servi benefactorum sunt. B.

Vox الانسان aut plures homines designat aut عبد legendum est.

١٢٣ الانسانُ الغَضُوب يُنْشِي الخُصُومَات والطويلُ الأَنَاة يُلاشِيهَا

123. Homo iracundus rixas excitat et qui multa patientia utitur, eas delet. G.

Salomoni tribuitur. conf. Prov. Salom. C. 15, 18.

١٢٤ الانسان ما يَعرِف أَيّ شَيْ مُقَدَّر عَلَيه

124. Homo nescit, quaenam res ei a Deo destinata sit. G.

١٢٥ الانسانُ مُرَكَّبٌ مِنْ ماءٍ وطِينٍ ساعَةً يَتَعَكَّرُ وساعَةً يَرُوقُ

125. Homo aqua lutoque compositus est, modo turbidus modo clarus est.

١٢٦ الانسانُ مِنْ حَيْثُ يَنْبُتُ لا مِنْ حَيْثُ يَنْبُتُ وَمِنْ حَيْثُ يُوجَدُ لا من حَيْثُ يُولَدُ

126. Homo ex eo loco cognoscendus est, quo firmiter stat, non quo tanquam planta germinat et e loco, quo invenitur, non quo nascitur. A.

١٢٧ الانسانُ يَأْمَنُ لقَبْرِهِ ولا يَأْمَنُ لِدَهْرِهِ

127. Homo sepulchri sui tutelae tradere se potest; sed non se tradere temporis sui tutelae. G.

١٢٨ مَنْ أَنِفَ مِنْ عَمَلِ نَفْسِهِ ٱضْطُرَّ الى عَمَلِ غَيْرِهِ ومَن استأْنَفَ من أَبَوَيْهِ فَقَدْ ٱنْتَفى مِنَ الرُّشْدِ ومَنْ يَتَواضَعْ لِنَفْسِهِ يَرْتَفِعْ عِنْدَ غَيْرِهِ

128. Qui suum opus facere fastidit, is ut aliorum opus faciat, cogetur, qui a suis parentibus abhorret, is a recta via recedit; qui se sibi ipsi humiliat, apud alios honoratus erit. A.

Plures in hisce verbis proverbiales loquendi modi conjuncti esse videntur.

١٢٩ بَالتَّأَنِّي تُدْرِكُ الفَرْضَ والغَرَضَ

129. Cunctando stipendium et propositum assequeris. D.

Fortasse loco vocis الفرض legendum est الغرض „occasiones.“

١٣٠. أَهْلُ طُوسَ بَقَرٌ

130. Incolae Thusi boves sunt.

Proverbium ex Ebn-Challikani opere Fasc. VII. 108. a clar. Wüstenfeldio mihi indicatum est.

١٣١ أَهْلُ القُرَى مِنْ أَهْلِ البَلَا

131. Pagorum gens ad infortunii gentem pertinet. D.

١٣٢ أَهْلُ مَكَّةَ أَخْبَرُ بِشِعَابِهَا

132. Gens Meccae ejus vias optime noscit. Fakih. Alchol. p. 238. l. 4. infr.

١٣٣ لِأَهْلِ الاعْتِبَارِ يُضْرَبُ الأَمْثَالُ

133. Iis, qui admonitionem admittunt, proverbia proferuntur. B.

١٣٤ آفَةُ الحَدِيثِ الكَذِبُ وآفَةُ العِلْمِ النِّسْيَانُ
وآفَةُ الشَّجَاعَةِ البَغْيُ وآفَةُ الجَمَالِ الخُيَلَاءُ
وآفَةُ الظَّرْفِ الصَّلَفُ وآفَةُ الجُودِ السَّرَفُ
وآفَةُ الحِلْمِ السَّخْفُ

134. Corruptela narrationis mendacium est; corruptela scientiae oblivio; corruptela fortitudinis insolentia; corruptela pulchritudinis vana arrogantia; corruptela liberalitatis prodigentia; corruptela mansuetudinis exiguitas intelligentiae est. A

Plures proverbiales locutiones in hisce verbis conjunctae sunt.

١٣٥ آفَةُ المُلُوكِ سُوءُ السِّيرَةِ وآفَةُ الوُزَرَاءِ خُبْثُ
السَّرِيرَةِ وآفَةُ الجُنْدِ مُخَالَفَةُ القَبَاعَةِ وآفَةُ
الرَّعِيَّةِ مُفَارَقَةُ الطَّاعَةِ وآفَةُ الزُّعَمَاءِ ضُعْفُ
السِّيَاسَةِ وآفَةُ العُلَمَاءِ حُبُّ الرِّيَاسَةِ وآفَةُ
القُضَاةِ شِدَّةُ الطَّمَعِ وآفَةُ المُذْنِبِ حُسْنُ الظَّنِّ

135. Corruptela regum est prava agendi ratio; corruptela Vezirorum turpitudo cogitationum; corruptela exercitus repugnantia in sequendo; corruptela ducum debilitas in regendo; corrupte-

la judicum vehementia cupiditatis et corruptela peccatoris bona opinio est. A.

Plures proverbiales sententiae conjunctae sunt.

١٣٦ أَوَّلُ صَوْكٍ وَنُوكٍ

136. Prima omnium rerum.

Dicitur: ما به صوك ولا نوك „Non est in eo motus“ et افعله اول صوك ونوك „Fac id, priusquam alius se movet ad istam rem peragendam. Schar.

١٣٧ أَوَّلُ العِلْمِ الصَّمْتُ ثُمَّ الاِسْتِماعُ ثم الخَطّ ثم العَمَلُ ثُمَّ نَشْرُهُ

137. Prima doctrinae pars silentium est, tum sequitur auditio, tum scriptio, tum opus, et denique eam vulgare A.

١٣٨ أَوَّلُ الغَضَبِ جُنُونٌ وآخِرُهُ نَدَمٌ

138. Irae initium insania est, finis poenitentia. G.

١٣٩ أَوَّلُ الفَرَحِ آخِرُ الضِّيقِ وأَشَدُّ الأَعْدَاءِ اقرب صَدِيقٍ

139. Initium laetitiae finis angustiae est et inimicus vehementissimus est amicus propinquissimus. A.

١٤٠ أَوَّلُ قُرَّحِ الخَيْلِ المِهارُ

140. Pulli fiunt quinquennes equi.

Primo aetatis anno equus مهر, secundo جذع, tertio ثنى, quarto رباع, quinto قارح appellatur. Schar.

١٤١ مِن أَوَّلِ غَزَاتِهِ كَسْرُ عَصَاتِهِ

141. Statim ab initio incursionis suae baculus ejus fractus est. D.

١٤٢ أَوَّلُ الفِكْرِ آخِرُ العَمَلِ

142. Primum cogita, post age! Fakih. Alchol. p. 119. l. 17.

١٤٣ الآنَ حَمِيَ الوَطِيسُ

143. Nunc fornax fervida est.

Die Honain, quo bellum grave esse videret, ista verba Mohammedem dixisse, narrant. Malum grave esse significaturi istis utuntur. Schar.

١٤٤ إِذَا أَيِسَ الإِنْسَانُ طَالَ لِسَانُهُ كَسِنَّوْرٍ مَجْلُوبٍ يَصُولُ عَلَى كَلْبٍ

144. Quum homo desperat, ejus lingua longa est, sicut felis concitata contra canem insilit. D.

Conf. Saahdi Gulistan p. 1. ubi مغلوب victa legitur.

١٤٥ البِئْرُ أَبْقَى مِنَ الرِّشَاءِ

145. Puteus diutius durat, quam funis. Schar.

١٤٦ بَحْثُ العِلْمِ وَتَحْرِيرُ غَوَامِضِهِ كَالْجِهَادِ

146. Indagatio scientiae et accurata rerum obscurarum in ea descriptio bello sacro pares habendae sunt. B.

١٤٧ كَالْبَاحِثِ عَنْ حَتْفِهِ بِظُلْفِهِ

147. Sicut is, qui ungula sua mortem suam quaerit.

Hoc proverbium ab Haririo p. 1. loco ejus, quod Meid. C. 22, 132, legimus, adhibitum est.

١٤٨ مَنْ بَخُلَ بِمَالِهِ عَلَى نَفْسِهِ جَادَ بِهِ عَلَى زَوْجِ عِرْسِهِ

148. Qui in opibus suis erga se avarus est, is erga conjugem suam iis liberalis erit. A.

١٤٩ اَلْبُخْلُ وَالْجَهْلُ مَعَ التَّوَاضُعِ خَيْرٌ مِنَ الْعِلْمِ وَالسَّخَاءِ مَعَ الْكِبْرِ

149. Avaritia et ignorantia cum submissione meliores sunt, quam doctrina et liberalitas cum superbia. A.

١٥٠ اَلْبَخِيلُ خَازِنُ نِعْمَتِهِ وَخَازِنُ وَرَثَتِهِ

150. Avarus opulentiae suae custos et haeredum suorum thesaurarius est. A.

١٥١ اَلْبَخِيلُ الَّذِي يَسْتَعْجِلُ الْفَقْرَ يَعِيشُ فِي الدُّنْيَا عَيْشَ الْفُقَرَاءِ وَيُحَاسَبُ فِي الْآخِرَةِ حِسَابَ الْأَغْنِيَاءِ

151. Avarus qui paupertatem celeriter advenire putat, in hoc mundo pauperum modo vitam degit et in altero mundo ob divitum bona opera computus cum eo initur. B.

١٥٢ أَبْخَلُ مِنْ أَبِي حُبَاحِب

152. Avarior quam Abu-Hobahib.

Dicitur quoque ابخل من حباحب „Avarior quam Hobahib.“ Narrant, Hobahibum inter Arabes avaritia notum fuisse. Tanta eius avaritia erat, ut ignem accensum, si clarius lucceret, exstingueret, ne quis hospes sibi inde ignem accenderet. Alii dicunt vocem حباحب scintillas significare, quae equorum ungulis e lapidibus elicerentur. Alii denique dicunt, vocabulo حباحب papilionem designari, qui noctu volans scintillae similis sit. Sam. Schar

١٥٣ لَا بُدَّ لِلْبَطْنَةِ مِنْ خَمْصَةٍ

153. Ventris impletionem vacuitas ventris necessario sequitur.

Legitur quoque: ليس للبطنة خير من خمصة تتبعها „Non est ventris impletioni melior res, quam ventris vacuitas, quae eam sequitur“ et ليس لشبعة خير من صفرة „Non est satietati melior res, quam vacuitas ventris.“ Quem fastidium rei abundantis capit, is proverbio monetur, ut, donec desiderium redeat, re abstineat Sam.

١٥٤ لَا بُدَّ لِلْحَزِينَةِ مِنْ تَرْغِيطٍ

154. Tristis sine dubio laetitia exultabit. D.

In codice Par. ترلغط legitur.

١٥٥ لا بُدَّ لِلزَّرْعِ من حِصَاد

155. Seges sine dubio demetitur. D.

١٥٦ لا بُدَّ لِلصَّيَّادِ مِنْ صُحْبَةِ الكَلْب

156. Venatori canis societas necessaria est. D

١٥٧ لا بُدَّ لِلْفَقِيهِ مِنْ سَفِيهٍ

157. Jurisconsulto stultus necessarius est. D.

١٥٨ لا بُدَّ ما يَغْلَطُ ٱلسَّاقِي وَيَجِيئُنَا ٱلدُّور

158. Necessario pocillator errabit et periodus ad nos veniet. D.

١٥٩ لا بُدَّ مِنْ شِدَّةٍ ولا بُدَّ مِنْ رَخَاء

159. Et adversitas et commoda vita non effugitur. D.

١٦٠ بَدْءُ الحِكْمَةِ خَوْفُ الرَّبِّ

160. Timor domini (Dei) initium sapientiae est. G. Salomoni tribuitur. conf. Prov. Sal. I, 7.

١٦١ أَبْدَحَ وَدَبْدَحَ

161. Vanum.

Dicitur جاء بابدح ودبيدح „Vanum adtulit.“ Unde voces ortae sint, ignorant. Schar. Kam. Conf. pro. 67.

١٦٢ البَدْرُ أَحْسَنُ اشْرَافًا مِنَ الظُّلْم

162. Luna plena pulchrior est, quum oritur, quam tenebrae. G.

١٦٣ بادِرِ الفُرْصَةَ قَبْلَ أَنْ تَعُودَ غُصَّة

163. Occasionem arripe, priusquam angor redit!
Proverbium monet, ne occasionem praetermittamus S.

١٦٤ بادِرْ بِزَنْدِكَ أُخْذَةَ ٱلنَّارِ

164. Festina ignitabulo tuo ignem capere! Kam.

١٦٥ بادِرُوا بِتَعْلِيمِ الأَطْفَالِ قَبْلَ تَرَاكُمِ الأَشْغَال

165. Festinate instruere infantes, priusquam occupationes nimis multae fiunt! A.

١٦٦ بَدَنٌ لا يَشْتَكِي مِثْلَ مَالٍ لا يَتَزَكَّى

156. Corpus non dolens opibus similis est, quarum tributum non solvitur. D.

١٦٧ كَمَا أَنَّ البَدَنَ اذا كان سَقِيمًا لا يَنْفَعُ
الطَّعَامُ كَذٰلِكَ العَقْلُ اذَا أَعْلَقَهُ حُبُّ الدُّنْيَا
لا تَنْفَعُهُ ٱلْمَوَاعِظ

167. Ut corpori, si aegrotus est, cibus inutilis est, sic animo nostro, quem amor mundi clausit, admonitiones inutiles sunt. D.

Textum codicis Par. recepi. In codice Diez. loco vocis الطعام „cibus“ legitur الدواء „medicamentum“ loco

vocis اغلقه „legitur اقلقه „turbavit;“ loco vocis تفعه legitur يفعه.

١٦٨ بَدَتِ السَّمَاءُ نَقِيَّةً

168. Coelum purum apparuit.

Dubium remotum fuit. Harir. p. 260.

١٦٩ بَدَوِيٌّ مَشْلُوحٌ رَأَى تَمْرًا مَطْرُوحًا

169. Arabs campester nudatus dactylum projectum vidit. D.

١٧٠ مَنْ بَذَرَ حَبًّا فِي أَرْضٍ فَبِقَدْرِ بَذْرِهِ يَكُونُ الثَّمَرُ

170. Qui grana in terram spargit, ei fructus e ratione ejus, quod spargit, futurus est. A.

١٧١ أَبْذَى مِنْ مُطَلَّقَةٍ

171. Obscoenius loquens quam mulier repudio dimissa.

Ira commota in maritum obscoena proferre solet. Sam. Schar.

١٧٢ لَا بِرَّ مَعَ شُحٍّ

172. Non est pietas (beneficentia) cum avaritia. D.

١٧٣ بِالْبِرِّ يُسْتَعْبَدُ الْحُرُّ

173. Beneficentia liber in servitutem redigitur. D.

١٧٤ أَبَرُّ مِنَ الذِّئْبَةِ

174. Magis pia quam lupa.

Lupa a pullis se non separat, donec omnino adulti sunt. Schar.

١٧٥ بَرْدُ الرَّبِيعِ يَزِيدُ فِي وَرْدِهِ

175. Frigus veris rosas auget. D.

١٧٦ بَرِّدُوا أَبْدَانَكُمْ بِبَرْدِ الرَّبِيعِ

176. Frigore veris corpora vestra refrigerate! D.

١٧٧ أَبْرَدُ مِنَ الثَّلْجِ

177. Frigidior quam nix. Sam. Schar.

١٧٨ البُخْلُ أَعْمَى قَلْبَ يُوذَاسَ

178. Donum cor Judae occoecavit. G.

١٧٩ بَرَكَةُ الرَّأْسِ عَلَى الرَّأْسِ ذَوِي العَدْلِ

179. Benedictio capitis super capite eorum, qui justitiam exercent. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Sal. 10, 6. عـلى الرأس videtur pro راس على.

١٨٠ بَرَكَةُ العُمْرِ فِي حُسْنِ العَمَلِ

180. Felicitas vitae pulchra agendi ratione nititur. A.

١٨١ تبارك فِي آخِرِ العُمْرِ مَا فَاتَكَ فِي أَوَّلِهِ

181. In posteriore vitae parte in iis rebus felix eris, quae in priore ejus parte te fefellerunt. A.

١٨٢ اذا أُبْرِمَ القَدَرُ حَسُنَ الظَّفَرُ

182. Quum decretum divinum stabilitum est, victoria pulchra est.

Quod si fatum contra inimicos nos adjuvat, victoria potimur. Schar.

١٨٣ لا تُبرِمْ أمرًا حتّى تفكّر فيه

183. Ne rem apud animum constituas, priusquam de ea cogitas. D.

١٨٤ بَرِنيّة الوَجْه لا رأس ولا قفا .

184. Vas fictile quoad faciem, ut neque caput neque occiput sit. D.

١٨٥ أبْزِقْ له بَزْقة حتّى يَعُوم فيها

185. Salivam ei ejice, ut in ea natet! D.

١٨٦ بَسْط ما لا يَجِبُ أقبَحُ مِن مَنْعِ ما يَجِب

186. Porrigere id, quod necessarium non est, turpius est, quam recusare id, quod necessarium est B.

١٨٧ التَّبَسُّم مِفْتاح الأمَن ومِصْباح الإحْسان

187. Risus gratus clavis securitatis et beneficii lucerna est. B.

١٨٨ بَشَاشَة الوَجْه عَطِيّة ثانِيَة

188. Laetitia vultus alterum donum est. A.

١٨٩ بَشِّر القَاتِلَ بقَتْله والزّانِيَ بفَقْره

189. Occisori caedem annuntia, et scortatori paupertatem! G.

١٩٠ بَشِّرْ نَفْسَكَ بِالظَّفَرِ بَعْدَ الصَّبْرِ

190. Post patientiam animae tuae gratum victoriae nuntium fer! A. B.

١٩١ أَبْشِرْ بِغَزْوٍ كَوَلْغِ ٱلذِّئْبِ

191. Laetus sis ob incursionem in hostium ditionem factam ut lupus bibit!

Lupus modo canis inserta in vas lingua repetitis vicibus bibit. Proverbium igitur in laeto nuntio de bono continuo adhibetur. Schar.

١٩٢ أَبْشِرْ بِمَا سَرَّكَ عَيْنِي تَخْتَلِجُ

192. Laetus sis ob rem, quae te gaudio adficit; oculus meus commovetur.

Verba عيني تختلج sunt pro فان عيني تختلج. Verbis hisce bonum annunciatur, quum ejus prima indicia adpareant. Schar.

١٩٣ من أَبْصَرَ عَيْبَ نَفْسِهِ شُغِلَ عَنْ عَيْبِ غَيْرِهِ

193. Qui vitia sua videt, is nimis occupatus est, quam ut aliorum vitiorum rationem habeat. A.

١٩٤ أَبْصِرْ وَسْمَ قِدْحِكَ

194. Vide signum sagittae tuae!

Sagitta significatur, qua in sortis ludo utuntur. Signum considerandum est, ut cognoscatur, qua portione quis

in ludo potiatur. Tum in rem translatum proverbium significat, rem considerandam esse. Sam. Schar.

١٩٥ الذى ما يبصر من الغربال يكون أعمى

195. Qui per cribrum non cernit, is caecus est. G.

١٩٦ أبصر من باز

196. Acutiore visu praeditus quam falco. Schar.

١٩٧ أبصر من حية

197. Acutiore visu praeditus, quam serpens. Sch.

١٩٨ أبصر من عقاب

198. Acutiore visu praeditus, quam aquila. Sch. Conf. Meid. C. 2, 147. adnott.

١٩٩ أبصر من نسر

199. Acutiore visu praeditus, quam vultur. Sch.

٢٠٠ أبطأ من حلمة

200. Cunctantior quam ricinus parvus
Lentissime repit. Sam. Schar.

٢٠١ أبطأ من غراب

201. Cunctantior quam corvus. Schar. Conf. Meid 2, 168.

٢٠٢ البطر عند الرخاء حمق

202. Protervia in bono vitae statu stultitia est. Sch.

٢٠٣ البَطَلُ بالقَلْب لا بالأَلْقاب

203. Strenuus animo est; non cognominibus. B.

٢٠٤ بَطَالَة الطَّاحُون ولا بَطَالَتك

204. Molae strenuitas et non tua strenuitas. D.

٢٠٥ لا تُبْطِلْ فى قَلِيب شَرِبْتَ منه

205. Ne contra puteum mendacia profer, e quo bibisti!

Ne ingratus sis contra benefactorem! Sam. Proverbium e proverbio, quod apud Meidanium C. 23, 270 legimus, ortum est. Conf. Burckh. prov. 151.

٢٠٦ إذَا بَعَثْتَ صَبِى فى حَاجَة فَرُحْ وَرَاءَه

206. Quum puerum ob rem necessariam mittis, post eum i! D.

٢٠٧ مَنْ بَعُدَ خَيْرُه يَخْدِم غَيْرَه

207. Cujus bonum remotum est, is alii ministrat. D.

٢٠٨ اُبْعَدْ عَنِ الجاهِل إنْ طَلَبْتَ الرَّاحَةَ فَانَّ حَمْلَ الرَّمْل والمِلْح والحَدِيد أَسْهَلُ مِنَ الثَّوى مَعَ الرَّجُل الجاهِل

208. Si quietem petis, ab ignorante remotus sis; nam arenam, sal ferrumque portare facilius est, quam cum viro ignorante habitare. A.

٢٠٩ أَبْعَدَ اللهُ الأَخِرَ

209. Deus postremum removeat!

I. e. Deus inimicum perdat! Hisce verbis male precantur. Sam. Schar.

٢١٠ اَلبُعْدُ جَفَاء

210. Longinquitas molestia est.

Hisce verbis amici in defectu epistolarum utuntur.

٢١١ بُعْدِى عن حُبِّى أَجْمَلُ لى وأَحْسَنُ

211. Remotio ab amore meo (amato) pulchrior mihi est. D.

٢١٢ بَعِيدٌ مِمَّنْ أَسْقَطَ حَقَّ نَفْسِهِ أَنْ يَقُومَ بِحَقِّ غَيْرِهِ

212. Qui jus suum abjicit, cum alius jus observaturum esse, sperare non licet. A.

٢١٣ رُبَّ بَعِيدٍ أَنْفَعُ مِنْ قَرِيبٍ

213. Interdum longe remotus utilior est, quam propinquus. D.

٢١٤ أَبْعَدُ خَيْرًا مِنْ قَتَادَةَ

214. Remotior a bono quam tragacantha.

Dixit poeta metro Thawil utens:

وَأَبْعَدُ خَيْرًا يُجْتَدَى مِنْ قَتَادَةٍ أَطَافَ بِهَا وَهْنًا مِنَ اللَّيْلِ حَاطِبُ

Remotior a bono quod petitur, quam tragacantha, circum quam ligna colligens media nocte vagatur. Sam. Schar.

٢١٥ أَبْعَدُ مِنْ مَنَاطِ ٱلثُّرَيَّا

215. Remotior, quam distantia Plejadum. Schar. Conf. Meid. 2, 146.

٢١٦ بَعْضُ ٱلْقَوْلِ يَذْهَبُ فِى ٱلرِّيَاحِ

216. Quidam sermo in ventum abit. D.

٢١٧ بَعْضُ ٱلنَّاسِ كَٱلْغِذَاءِ نَافِعٌ وبَعْضُهُم كَالسَّمِّ ٱلنَّاقِعِ

217. Quidam homines ut alimentum utiles sunt et quidam ut venenum in corpus penetrans et occidens. D.

٢١٨ أَبْغَضُ حَقِّ أَخِيكَ

218. Jus fratris tui odio habe!

Ne amor rei, quam tu fratri debes, te impediat, quominus eam ei deneges. Legitur quoque اشنأ cum eadem significatione. conf. Meid. 13, 39. Schar.

٢١٩ أَبْغَضُ ٱلْعُلَمَاءِ ٱلذِى يُحِبُّ ٱلذِّكْرَ وَأَنْ يُوَسَّعَ لَهُ فِى ٱلْمَجَالِسِ وَأَنْ يُدْعَى اِلَى طَعَامِ ٱلْأَغْنِيَاءِ

219. Odiosissimus doctorum is est, qui gloriam amat, et ut multum loci in consessibus ipsi concedatur et ut ad cibum divitum invitetur, cupit. A.

٢٢٠ أَبْغَضُ مِنَ ٱلْجَرَبَا ذَاتِ ٱلْهِنَاءِ

220. Ingratior quam scabiosi cameli, quibus pix oblita est.

Schar. Sam. conf. Meid. 2, 154.

٢٢١ أَبْغَضُ مِنَ القَدَحِ الأَوَّلِ

221. Ingratior, quam sagitta prima (in ludo alearum).

Proverbium seriore aetate e versu poetae ortum est:

وَأَثْقَلُ مِنْ حَضِرٍ بَادِيًا وَأَبْغَضُ مِنْ قَدَحٍ أَوَّلِ

Molestior quam oppidanus incolae deserti et ingratior, quam sagitta prima". Schar. Metrum Motakarib est.

٢٢٢ بَغْلٌ مُدَارٌ تَعْبَانُ القَلْبِ مُغْبَرُ الخُصَى

222. Mulus circumactus, animo fatigatus, in testiculis pulvere inquinatus. D.

٢٢٣ البَغْلُ لا تُفْزِعُهُ الجَلاَجِلُ

223. Mulum tintinnabula non terrent.

Ea scilicet, quae collo appensa sunt, quippe quibus adsuefactus est. Schar. Verbis metrum Redjes est. In Meidanii opere C. 2, 209 proverbium paulo aliter legitur.

٢٢٤ وَسَوْفَ على الباغِي تَدُورُ الدَّوَائِرُ

224. Et contra injustum vicissitudines sunt. D. G.

Versus hemistichium metri Thawil est.

٢٢٥ يَنْبَغِي لِلْعَاقِلِ أَنْ يُدَارِيَ الزَّمَانَ مُدَارَاةَ السَّابِحِ

لِلْمَاءِ الجَارِي

225. Prudentem decet tempori blandiri sicut natans aquae fluenti blanditur. A.

٢٢٦ يَنْبَغِي لِلْعَاقِلِ أَنْ يَكُونَ فِي الدُّنْيَا كَالْمَرِيضِ

لا بُدَّ لَهُ مِن قُوتٍ ولا يُوَافِقُهُ كُلُّ طَعَامٍ

226. Prudens in hoc mundo aegroto similis esse oportet, cui alimenta necessaria sunt; sed cui non omnes cibi apti sunt. A.

٢٢٧ يَنْبَغِي لِلْعَاقِلِ أَنْ لا يَرْفَعَ نَفْسَهُ فَوْقَ قَدْرِهِ

ولا يَضَعَهَا عَنْ دَرَجَتِهِ

227. Prudentem non decet se ipsum supra dignitatem suam extollere aut sub dignitatem suam se demittere A.

٢٢٨ لا يَنْبَغِي لِلْحَاكِمِ أَنْ يَسْمَعَ شَكْوَةَ أَحَدٍ الاَّ

وخَصْمُهُ مَعَهُ

228. Judicem non decet audire quaerimoniam ullius viri, nisi quum ejus adversarius adest. D. G.

Eundem sensum codex A. verbis mutatis expressit.

٢٢٩ لا يَبْقَى شَيْءٌ على حَالِهِ كَمْ خَطْبٍ طَالَ ثُمَّ زَالَ

229. Nulla res statu suo perseverat; quot negotia longa erant, tum cessarunt. A.

٢٣٠ أَبْقَى عَدُوًّا مِنَ الذِّئْبِ

230. Minus cursu fatigatus quam lupus.

Dixit poeta:

واللهِ لو لا وَجَعٌ فى العُرقُوب لَكُنتُ أَبقَى عَسَلًا مِنَ الذِّئب

Per Deum! Si dolor in magno nervo non fuisset, profecto! cursu celeri minus fatigatus quam lupus fuissem. Sam. Schar. Metrum Sarih est. conf. lib. m. p. 246.

٢٣١ أَبقَى من حَجَرٍ

231. Durabilior quam lapis. Schar. Conf. Meid. C. 2, 169.

٢٣٢ أَبقَى مِنَ الذَّهَب

232. Durabilior quam aurum. Sam. Schar.

٢٣٣ بِكرٌ تَسعَد

233. Si mane surgis, felix eris! A.

٢٣٤ أَبكَرُ مِنَ الخَنزِير

234. Ante porcum matutino tempore surgens. Sch.

٢٣٥ هذا بَكلٌ مِنَ البَكل

235. Haec confusio ex numero confusionum est.

De re ingrata adhibetur.

٢٣٦ أَبكَمُ ما انا أَبكَمُ لكن الحَيَا اغلَبُ

236. Mutus, non ego mutus sum; sed pudor omnino me vincit. D.

٢٣٧ لَا يَبْكِى لك الَّا شُفْرُك ولا يَحُكّ لك الَّا ظُفْرُك

237. Ne ploret pro te nisi crepido palpebrae tuae et ne fricet pro te nisi unguis tuus! D.
Tibi ipsi auxilium fer!

٢٣٨ لا تَبْكى على من مات

238. Ne eum, qui mortuus est, deplora!

٢٣٩ بَلَدٌ ما تُعْرَفُ فيه اكْشِفْ حِجْرَك واركُدْ فيه

239. In terra, in qua non nosceris, gremium tuum detege et in ea quiesce! D.

In codice Paris. كشف in D. حجرك legitur. conf. Burkh. 149. et Rostgard. prov. 85. Sensus est, in terra, ubi aliis ignotus es, liber es, ut, quid velis, agere possis

٢٤٠ قد بَلَغَ السَّيْلُ الرَّوابى

240. Fluctus ad colles jam pervenerunt.
Simillimum est proverbium, quod Meid. 2, 9. legitur.

٢٤١ قد بَلَغَ فلانٌ السِّماكَ

241. Quidam ad coelum septimum jam pervenit.
Potentia ejus magna evasit. Sam.

٢٤٢ مَنْ بَلَغَ غايَةَ ما يُحِبُّ وَقَعَ فى غايَةِ ما يَكْرَهُ

242. Qui ad extremum ejus, quod cupit, pervenit, in extremum ejus, a quo abhorret, incidit. A.

٢٤٣ يَبْلُغُ الإنْسانُ بالصِّدْقِ مَنازِلَ الكِبار

243. Per veritatem homo ad dignitatem magnorum pervenit. A.

٢٤٤ وَلَمْ تُبْلَغِ ٱلْعُلْيَا بِغَيْرِ ٱلدَّرَاهِمِ

244. Sine drachmis ad summum non pervenimus. D.
Hemistichium metri Thawil est.

٢٤٥ اَلْبَلَاغَةُ ما فَهِمَتْهُ ٱلْعَامَّةُ وَرَضِيَتْ بِهِ ٱلْخَاصَّةُ

245. Eloquentia eo consistit, quod vulgus sermonem intelligit et proceres eum gratum habent. D.

٢٤٦ أَبْلَغُ ٱلْعِظَاتِ ٱلنَّظَرُ الى ٱلْأَمْوَاتِ

246. Efficacissima admonitio adspectus mortuorum est. B.

٢٤٧ أَبْلَغُ ٱلْكَلَامِ ما يَدُلُّ أَوَّلُهُ عَلَى آخِرِهِ وَبَاطِنُهُ عَلَى ظَاهِرِهِ

247. Dissertissimus sermo est, cujus prior pars, qualis posterior sit, indicat et cujus interior sensus ex exteriore cognoscitur. A.

٢٤٨ اَبْلَغُ مِنْ سَحْبَانَ وَايِلٍ

248. Facundior quam Sahban-Wajel.
Sam. Schar. conf. Meid. C. 7, 34.

٢٤٩ أَبْلَغُ مِنْ قُدَامَةَ

249. Facundior quam Kodamah.

Vir, cui nomen Abu-lfaradj Kodamah b. Djahfar b. Kodahmah b. Sijad, scriba Bagdadensis, facundia clarus erat. Tempus chalifae Almohtadir-billah ejusque filii Alradhi-billah attigit. Multos libros composuit. Harir. p. 9.

٢٥٠ بَلَاءُ الْإِنْسَانِ مِنَ اللِّسَانِ

250. Hominis aerumna e lingua oritur. A. B. D.

٢٥١ اَلَّذِي بُلِيَ يُدَبِّرُ وَالَّذِي كُسِرَ يُجَبِّرُ

251. Qui calamitate adfligitur, consilio suo in rebus disponendis utitur, et qui frangitur, ossa sanare studet. G.

٢٥٢ اِذَا بُلِيتَ بِالشَّحَاذَةِ دُقَّ أَبْوَابَ الْكِبَارِ

252. Quum importune rogare cogeris, divitum portas pulsa! D.

Paulo aliter in Buckhardtii libro prov 19.

٢٥٣ اِذَا ابْتُلَيْتَ أَوْ تَكَاثَرَتْ عَلَيْكَ الْبَنَاتُ فَعَلَيْكَ بِالثَّبَاتِ

253. Quum infortunio adflictus es aut multae filiae tibi natae sunt, forti animo resiste! D.

٢٥٤ مَنْ يُبَنْدِقُ الْبَعْرَ فِي اسْتِ الْجَمَلِ

254. Quis globulorum formam stercori in podice cameli dat? D.

Praetuli legendi modum in codice Par.; in codice Diez. loco vocis الجمل legitur البقر boum.

٢٥٥ اِبْنُ آدَمَ مَا تُشْبِعُ عَيْنَهُ سِوَى لَمْشَةِ تُرَابٍ

255. Hominis oculum nil satiat nisi tantum terrae, quantum manu capi potest. C.

٢٥٦ هُوَ ٱبْنُ إِنْسه

256. Is ejus intimus est. Sam.

٢٥٧ الٱبْنُ الحَكِيم يَسُرّ أَبَاهُ وٱبْنُ الجَاهِلِ يَحْزن أُمّه

257. Filius sapiens patri suo gaudium parat et filius insipidus matrem suam contristat. G.

Salomoni tribuitur. conf. Prov. Salom. 10, 1.

٢٥٨ بُسِ الكَلْبَ فى فَمِهِ حَتَّى تَقْضِى حَاجَتَك مِنْه

258. Oscula canis ori infige, donec rem tibi necessariam ab eo assequaris. D.

٢٥٩ بَلَ بَيْنَهُمُ الثَّعَالِب

259. Vulpes inter eos minxerunt.

Inimicitia inter eos orta est. Schar.

٢٦٠ بُلْ بَعْدَ ٱلْجِمَاع وَلَوْ بِقَطْرَة

260. Minge post coitum et si una gutta esset. B.

٢٦١ باتَ بِلَيْلَة بْنِ مُنْذِر

261. Pernoctavit nocte gravi (calamitosa). Kam.

٢٦٢ رُبَّمَا بَاتَ الإِنْسانُ مَسْرُورا ضَاحِكا والمَوْتُ وَاقِفٌ عَلَى بَابِ دارِه

262. Interdum homo laetus ridensque pernoctat, dum mors ad ejus portam stat. A.

٢٦٣ باتَ بلا عَشَاء وَأَصْبَحَ بلا دَيْن

263. Pernoctavit sine cibo vespertino, et mane sine debito erat.

Fortasse voci بات modo vulgari imperativi significatio tribuenda est; sed tanquam praeterita enunciavi et verti verba.

٢٦٤ مَنْ لا يَبِيت لا يَصْطاد

264. Qui noctu non obit, praeda non potitur. D.

٢٦٥ بَيْتُ الظَّالم خَرَاب

265. Domus injusti vastabitur. D.

In codice Gott. additum est: ولو كان بعد حين „et si post tempus esset.“

٢٦٦ بَيْضَةُ اليَوم خَيْر مِنْ دَجَاجَةِ غَدا

266. Ovum hodierni diei melius est, quam gallina crastini. D.

In codice Gott. loco vocis دجاجة legitur فرخة „pullus“.

٢٦٧ البَيْضَةُ مِنْ يَدِ الفَلَّاح حُلْوَة

267. Ovum e manu rustici dulce est. G.

٢٦٨ أَبْيَضُ مِنْ دَجَاجَة

268. Plura ova excernens quam gallina. S. Sch.

٢٦٩ باعَ فُلان على بَيْعِ فُلان

269. Quidam emit majus pretium offerens quam alter.

Proverbium in Samachscharii opere sic explicatum est: اى اشتراه على شراه هو ان يشترى صاحبك سلعة فتجىء فتزيد على ثمنها فتاخذها „Idem est quam اشترى على شراه, quod significat, unum mercem emisse, tum alterum aucto pretio eam sibi sumsisse,“ Proverbium significat, quendam adversarium vicisse, tum quoque significat, unum alteri parem esse, ut ejus locum tenere possit. Arabes dicere solent: ما باع على بيعك احد „Nemo tibi par est“,

٦٧٠ الذى بَاعَ صَاحِبَه بِأَرْبَعِين وَقَدْ بَاعَهُ رَخِيص

270. Qui socium suum pro quadraginta vendidit, is vili pretio eum vendidit. D.

٢٧١ لا تَبِيع رَخِيص ولا تُوصى حرِيص

271. Ne vendas rem vilis pretii et ne avido testamento rem manda! G.

٢٧٢ لا تَبِع يَوْم صَالِح بِيَوْم طَالِح

272. Ne diem bonum pro die malo vendas! D.

٢٧٣ لا يُبَاع صَدِيق الأُلُوف بِالأُلُوف

273. Non venditur amicus valde familiaris pro millibus. D.

In hoc lusus verborum est et صديق loco الصديق est.

٢٧٤ كالبابع الكُبَّة بالهُبَّة

274. Ut is, qui magnum camelorum gregem pro vento vendit.

De eo, qui in mercatura jacturam facit, adhibetur. S.

٢٧٥ اتبع الحق ولا تبالي

275. Veritatem (jus) sequere, et ne cura! G.

٢٧٦ اتبع الكذاب حتى لباب الدار

276. Sequere mendacem usque ad portam domus. D.

٢٧٧ من اتبع اغراضه مُنِقت اعراضه

277. Qui intentiones suas sequitur, ejus honor laeditur. D.

Lusus verborum inest.

٢٧٨ أتبع من الظل

278. Sequacior quam umbra. Sam. Schar.

٢٧٩ تاجر الارواح لا يكون نواح

279. Mercator animarum plangens non est. D.

٢٨٠ تاجر ومنجم ما بيكون

280. Mercator et astrologus quidam est. D.

In Syria Egyptoque usu vulgari interdum litteram ب futuro praefigi, vir il. Caussin de Perceval in grammatica vulg. p. 27. adnotavit.

٢٨١ التاجر مجده في كيسه والعالم مجده في كراريسه

281. Mercatoris gloria in crumena sua et docti gloria in libris suis est. B.

٢٨٢ اَلتَّجْرُ يَقْطَعُ سَلاسِلَ ٱلْفَقْرِ

282. Mercatura catenam paupertatis rumpit. D.

٢٨٣ مَنْ تَرَكَ الفَرْضَ ظَلَمَ نَفْسَهُ وَمَنْ خَرَّبَ الأَرْضَ ظَلَمَ غَيْرَهُ

283. Qui id intermittit, quod a Deo imperatum est, in se injustus est et qui terram vastat, in alios injustus est. A.

٢٨٤ مَنْ تَرَكَ نَفْسَهُ بِمَنْزِلَةِ ٱلْعَاقِلِ تَرَكَهُ اللهُ وَالنَّاسُ بِمَنْزِلَةِ الجاهِلِ

284. Qui se ipsum in gradu prudentis relinquit, eum Deus hominesque in gradu ignorantis relinquunt. D. e codicis Par. lectione.

In codice Gott. والناس omissum est.

٢٨٥ تَرَكْتُهُ قَدْ شَحَرَ بَصَرُهُ

285. Reliqui eum tempore, quo oculus jam obrigueraat. Sam.

I. e. tempore, quo mortem obiit.

٢٨٦ تَرَكْنَاهُمْ فِي ٱلْعُمَّى

286. Morti propinquos eos reliquimus. Kam. Dj.

٢٨٧ لا تَتْرُكْ قَلِيلَ ما تَقْوَى عَلَيْهِ لِكَثِيرِ ما لا تَقْوَى عليه

287. Ne paucum relinquas, quod potes, ob multum, quod non potes. A.

٢٨٨ تَرْكُ ٱلْجَوَابِ لِلْجَاهِلِ جَوَاب

288. Quod responsum ignoranti dare omittis, responsum est. D.

٢٨٩ تَرْكُ ٱلْحَرَامِ خَيْرٌ مِنْ طَلَبِ الْحَلَالِ

289. Intermittere illicitum melius est, quam petere licitum. B.

٢٩٠ تَرْكُ الْحَسَدِ حِفْظُ الْجَسَدِ

290. Omittere invidiam custodia corporis est. D.

٢٩١ تَرْكُ مَا لَا يَصْلَحُ أَصْلَحُ

291. Omittere id, quod non convenit, convenientius est. D.

٢٩٢ اَلتَّرْكُ حَدُّ الْاِهَانَةِ

292. Relictio terminus despectionis est. D.

٢٩٣ مَنْ أَتْعَبَ جَسَدَهُ أَرَاحَ قَلْبَهُ

293. Qui corpus suum fatigat, cordi suo tranquillitatem comparat. G.

٢٩٤ أَتْعَبُ مِنْ تَوْلَبٍ

294. Magis fatigans quam asinae pullus. Schar. Conf. Meid. 3, 154, quod mihi rectius videtur.

٢٩٥ تَلَفُ الْاِنْسَانِ مِنْ طَرَفِ اللِّسَانِ

295. Interitus hominis ex extremitate linguae provenit. B.

٢٩٦ أَتْلَفُ مِنْ سَلَف

296. Magis periens quam majores. Sam. Schar.

٢٩٧ إِذَا تَمَّ ٱلْعَقْلُ نَقَصَ ٱلْكَلَام

297. Quando prudentia perfecta est, sermo paucus est. A. D.

٢٩٨ لا يَتِمُّ أَمْرُ ٱلْمَلِكِ إِلَّا بِأَرْبَعَةِ ٱلرَّاى وَٱلْمُلْك
وَٱلْأَعْوَان وَكِتْمَان ٱلسِّرِّ كما لا يَتِمّ أَمْرُ ٱلزَّرْع
إِلَّا بِأَرْبَعَة ٱلْأَرْض وَٱلْبَذْر وَٱلْمَاء وَٱلشَّمْس

298. Res regis nonnisi per quatuor res perfecta est: per prudentiam, imperium, auxiliatores et per id, quod secreta celantur; sicut res satorum non succedit nisi per quatuor res: per terram, semen, aquam, solem. A.

٢٩٩ لا يَتِمُّ ٱلْمَعْرُوف إِلَّا بِثَلَاثَة تَعْجِيله وَتَصْغِيره
وَسَتْره لِأَنَّك اذا عَجَّلْتَه هَنَّأْتَه وَاذا صَغَّرْتَه
كَبَّرْتَه وَاذا سَتَرْتَه أَظْهَرْتَه

299. Nonnisi tribus rebus beneficium completum fit: accelerando, levifaciendo et occultando, nam si id acceleras, efficis, ut bene proficiat et si

parvum id habes, magnum id reddes et si id occultas, manifestum id reddes. A.

٣٠٠ تَمَامُ الرَّبِيعِ بِالصَّيْفِ

300. Perfectio veris aestate est.

Vocabulum الربيع de pluvia veris tempore et الصيف de pluvia aestatis tempore intelligendae sunt. Proverbium hortatur, ut rem necessariam perficiamus Cod. Abu-Ohbaid. Paulo aliter proverbium a Samachschario explicatum est. Meid. 3, 6.

٣٠١ تَمَامُ العَفْوِ أَنْ لا يُذْكَرَ الذَّنْبُ

301. Perfecta venia est, peccatum non recordari. D.

٣٠٢ مِنْ تَمَامِ النِّعْمَةِ طُولُ الحَيَاةِ فِي الصِّحَّةِ

302. Ad omnino commodam vitam pertinet diu in sanitate vivere. D.

٣٠٣ أَتَمُّ مِنْ قَمَرٍ تَمِّ

303. Perfectior quam luna perfecta (plena). S. Sch.

٣٠٤ أَتَمِيمِيًّا مَرَّةً وَتَيْسِيًّا أُخْرَى

304. Num te geris tanquam Tamimitam una vice et altera vice tanquam Kaisitam.

I. e. num diverso modo agis, ut modo gentis Tamim laudabilem agendi rationem sequaris, modo gentis Kais vituperio dignam imiteris. conf. Harir. 415.

٣٠٥ التَّمْرُ عُجَالَةُ الرَّاكِبِ وَالسَّوِيقُ عُجَالَةُ الرَّاكِبِ

305. Dactyli sunt commeatus itineris equiti et polenta est commeatus itineris equiti.

Proverbium contentum animum in paucis, si multa nobis desunt, commendat. Harir. 494.

٣٠٦ تَمْرَةٌ وزُنْبُور

306. Dactylus et vespa. Sam.

٣٠٧ التائِبُ مِنَ الذَّنْبِ كَمَنْ لا ذَنْبَ لَه

307. Poenitens peccati ei similis est, qui peccatum non commisit.

Verba Mohammedes dixisse fertur. Illis autem proverbii verbis addiderat: والمستغفر من الذنب وهو مقيم عليه كالمستهزى بربه „Et qui peccati veniam rogat, dum in eo perseverat, ei similis est, qui dominum suum (Deum) ludibrio habet. Schar. conf. Meid. 23, 632.

٣٠٨ اسْتَنْبَسَتِ الْعَنْزُ

308. Caprae hircis similes factae sunt.

De debili, qui robustus fit, adhibetur. Sam. Schar.

٣٠٩ مَنْ تَاهَ فِى وِلَايَتِه ذَلَّ فِى عَزْلِه

309. Qui tempore praefecturae suae superbus est, is tempore, quo removetur, despectus est. D.

٣١٠ تِهْ عَلَى التَّاهِى حَتَّى يَتْرُكَ تِيهَه

310. Erga superbum superbus sis, ut superbiam suam relinquat! B.

التاهى est pro التايه

٣١١ مَنْ نَبَتَ نَبَتَ

311. Qui firmus est, crescit. D.

٣١٢ ثَبَاتُ الإِيمَانِ الوَرَعُ وَزَوَالُهُ الطَّمَعُ

312. Firmitas fidei (religionis) timor Dei est et ejus finis cupiditas. D. G.

٣١٣ ثَبَاتُ المُلُوكِ بِقَدْرِ هَيْبَةِ وُزَرَآئِهِم

313. Regum firmitas reverentia consiliariorum nititur. A.

٣١٤ أَثْبَتُ جَنَانًا مِن ابْنِ اللَّبُونِ الصَّفَّارِ

314. Firmiore animo praeditus quam Ebn-Allaits Alzaffar. Fakih. Alchol. p. 122. l. 4. c. Abulf. Ann. T. II, 256.

٣١٥ ثُبُورُ الإِنْسَانِ فِى فُجُورِهِمْ

315. Interitus hominis in improbitate est. B.

٣١٦ ثَرِيدٌ كَأَنَّهُ رِبْضَةُ أَرْنَبٍ

316. Pulmentum ac si leporis corpus sit. Kam.

٣١٧ أَبْعَدُ الثُّرَيَّا مِنَ الثَّرَى

317. Quam remotae sunt Plejades a terra!

Fakih. Alchol. p. 193. l. 22.

٣١٨ مَا بَيْنِى وَبَيْنَكَ مَثْوَى

318. Conditio mutua nostra terra humida est.

I. e. amici sumus. Dj. conf. Meid.

٣١٩ الثَّعْلَبُ فى إقْبَالِ جَدِّهِ يَغْلِبُ الأَسَدَ فى إقْبالِ جَدِّهِ

319. Vulpes favente fortuna vincit leonem favente fortitudine sua. D.

٣٢٠ أَثْقَلُ من حَضَن

320. Gravior quam mons Hadhan. Schar. Conf. Meid. 4, 34.

٣٢١ أَثْقَلُ مِنْ لَيْل على نَهَار

321. Gravior (molestior) quam nox diei. Schar.

٣٢٢ أَثْقَلُ مِنْ مِجْذَى ٱبْن رُكَانه

322. Gravior quam lapis, quem Ebn-Rocanah sustulit.

Vocabulo مجذى lapis designatur, quem, ut vires experiantur, robusti tollunt. Ebn-Rocanah nomen viri robusti fuisse dicitur. Sam. Schar.

٣٢٣ ثَكِلَتْك الرَّعْبَل

323. Te orbata sit stupida (mater)! Sam.

In male precando adhibetur. Kam. conf. Meid. 4, 20.

٣٢٤ ثَلَاث تُنْضِى رَسُول يُبْطِئُ وَسَرَاجٌ لا يُضِئُ والإنْتِظَارُ على المَائِدَةِ لِمَنْ يَجِئُ

324. Tres emaciant: Legatus cunctans, lucerna non lucens et exspectatio ad mensam ei, qui venturus est. B.

٣٢٥ ثَلَاث مُهْلِكات بُخْل وشُحّ وعُجْب

325. Tres res ad interitum ducunt: avaritia, aviditas et amor sui. A.

٣٢٦ ثَلاثٌ لا يُسُوَنَف مِنْ خِدْمَتِهم الضَّيْف والسُّلْطَان والعَالِم

326. Tribus ministrare haud aegre fertur: hospiti, regi, docto. B.

٣٢٧ فلان ثَالِثَةُ الأَثَافِي

327. Quidam tertia pars tripodis est.

In desertis tertia pars tripodis petrae pars est, ad quam duos lapides ponunt, ut tripodis loco inserviant. Tertia illa pars hominem gravem designat, ut non facile moveri possit. Harīr. p. 73.

٣٢٨ ثَلَاثَةٌ إذا كانوا مَعَ القَاضِى فَلَيْسَ بِقَاضٍ اذا كَرِه اللَّوَائِم وأَحَبَّ المَحَامِد وخَاف العَزْل

328. Tres res si in judice sunt, revera judex non est: quod reprehensiones ei ingratae sunt, quod laudes amat, quod metuit, ne munere removeatur. A.

٣٢٩ ثَلَاثَةُ أَشْيَاء تُسِرّ العَيْن الامرأة المُوافِقَة والوَلَدُ الأَدِيبُ والأَخ الوَدُود

329. Trium rerum adspectus oculos exhilarat: uxor consentiens, filius bene instructus et frater amans. A.

٣٣٠ ثَلَاثَة أَشْيَاء مِنْ طِبَاع الجُهَّال الغَضَب من غَيْر شَيْء والإعْطاء من غَيْر حَقّ وتَرْك التَّمْيِيز بَين الصَّدِيق والعَدُوّ

330. Tres res naturae ignorantium propriae sunt: ira sine causa, dona dare sine meritis et non distinguere inter amicum et inimicum. A.

٣٣١ ثَلَاثَةٌ تُخْلِف العَقْلَ سُرْعَة الجَوَاب وطُول التَّمَنّي والاسْتِغْرَاق فِي الضَّحِك

331. Tres res prudentiae repugnant: celeriter respondere, multum optare et vehementer ridere. A.

٣٣٢ ثَلَاثَة تَدُلّ على العُقُول الرَّسول والكِتَاب والهَدِيَّة

332. Tria ingenium probant: legatus, epistola, recta rei ratio. D.

In codice Par. legitur: والهدية لها امانة

٣٣٣ ثلاثة تُذْهِب عنّا الحَزَن المالُ والخُضْرَةُ والوَجْهُ الحَسَن

333. Tria tristitiam a nobis depellunt: opes, color viridis et facies pulchra. D.

٣٣٤ ثلاثة تُطَيّب العَيْش وُسْعَة المَنْزِل وكَثْرة الخَدَم ومُوافَقَةُ الأَهْل

334. Tria suavem reddunt vitam: habitaculi amplitudo, ministrorum multitudo et gentis consensus. D.

In lexicis وسعة non legitur; sed سعة.

٣٣٥ ثَلاثَة تُكَدّر العَيْش الجارُ السُّوء والوَلَد العَاقّ والمَرْأَة السَّيِّئَة الخُلُق

335. Tria vitam tristem reddunt: pravus vicinus, filius immorrigerus et uxor pravae indolis. D.

In codice Par. والامراة الخايبة legitur.

٣٣٦ ثلاثة تُكْسِب المَقْت الكِبْر والظُّلْم والبُخْل

336. Tres res odium gignunt: superbia, injustitia, avaritia A.

٣٣٧ ثلاثة تُورث المَحَبّة الأَدَبُ والتّواضُع والحِلْم

337. Tres res amorem producunt: cultura animi, modestia et mansuetudo. A.

٣٣٨ ثلاثة جمعت الرُّشْدَ كُلَّه مُشاوَرَة النَّصيح

ومُدارَاةُ الحاسِد والتَّحَبُّبُ الى النَّاسِ

338. Tres res rectam agendi rationem complectuntur: consilium rogare sincerum amicum, adulari invido et amorem hominum sibi comparare. A.

٣٣٩ ثلاثةٌ عُنَّ الانسانُ عَنْ طَلَب المَعَالِي قِصَرُ

الهِمَّة وقِلَّةُ الحِيلة وضَعْف الرَّأْى

339. Tres res hominem impediunt, quominus altos dignitatis gradus petat: propositum breve, parum prudentiae et consilium infirmum. A.

٣٤٠ ثلاثة لا تُؤمَن على ثلاثة شابّ على امْرَأة

وامْرَأةٌ على سِرّ وفَقيرٌ على مال

340. Tres res fidei trium non committuntur: mulier juveni, secretum mulieri, opes pauperi. A.

٣٤١ ثلاثة لا تُدْرَكُ بثلاثة الشَّبَابُ بالخِضَاب

والصِّحة بالأَدْوِيَة والمالُ بالكِيمِيَا

341. Tres res ope trium rerum attingi non possunt: juventus tinctura, sanitas medicamentis et opes arte alchymiae. A.

٣٤٢ ثلاثة لا تُعاند أبدًا السُّلطانُ والوَلَد والغَريم

342. Tribus nunquam repugnatur: regi, filio, creditori. D.

٣٤٣ ثَلاثةٌ لا تُمَلّ الحَياة والعافِيَة والمال

343. Trium rerum fastidio non capimur: vitae, incolumitatis, opum. A.

٣٤٤ ثَلاثة لا يُعرَف مِنْ أَيْنَ هِيَ ٱلرِّيح وَالضَّباب والهَباء

344. Tres sunt res, quae unde veniant, nemo scit: ventus et atomi in domo volitantes et nebula terram operiens. A.

٣٤٥ ثلاثة لا يُعرَفون الّا فى ثَلاثَةِ مَواضِعَ لا يُعرَف الشَّجيع الّا عِنْدَ الحَرْب والحَكيمُ الّا عندَ الغَضَب والصَّديقُ الا عندَ الحاجة

345. Tres nonnisi in tribus locis cognoscuntur: fortis in bello, sapiens in ira et amicus tempore necessitatis. D.

In codice A. idem sed verbis mutatis. Loco vocis الحكيم legitur الحليم mansuetus, quod praeferendum est.

٣٤٦ ثلاثة لا يَنفَعون مِنْ ثلاثة شَريف مِنْ دَنِيّ وبارٌ من فاجِر وحَكيم من جاهِل

346. Tres e tribus commodum non percipiunt: nobilis e vili, probus ex improbo et sapiens ex ignorante. D.

٣٤٧ ثلاثة لا يُشْبَعُونَ مِنْ ثلاثة فَرْجٌ مِنْ ذَكَر

وحَطَب من نار وأرضٌ من مَطَر

347. Tria tribus non satiantur: vulva pene, lignum igne, terra pluvia. D.

Verba ارض من مطر ex conjectura addidi. In codice Par. proverbium non legitur.

٣٤٨ ثلاثة لَيْسَ تَخْفَى أَبَدًا العُشْق والجَبَل

وركوبُ الجَمَل

348. Tria nunquam occulta sunt: amor, mons et camelo vehens. D.

٣٤٩ ثلاثة ليس لها أَمَانَة العِلْق والقَحْبَة والحَمَامَة

349. Tribus fides non est: sanguisugae, meretrici, columbae. D.

٣٥٠ ثلاثة لَيْسَ لَها حِيلة فَقْر بِمَازِجُه كَسَل وعَدَاوة

يُداخِلُها حَسَدٌ ومَرَض يُقَارِنُه هَرَّة

350. Tribus rebus remedium non invenitur: paupertati cum segnitie consociatae, inimicitiae cum invidia mixtae, et morbo quocum alvi profluvium conjunctum est. A.

In altero codicis loco sic legitur: ثلاثة ليس فيها حيلة فقر يخالطه كسل ومرض يخالطه هرم وخصومة يداخلها حسد "Tribus rebus remedium non invenitur: paupertati cum segnitie consociatae, morbo cum decrepita aetate conjuncto et rixae invidiâ mixtae. A.

٣٥١ ثلاثة ليس لها وَفَاء الفَرَس والسُّلْطَان والنِّساء

351. In tribus fides non est: in equo, in rege et in mulieribus. D.

٣٥٢ ثلاثة ليس لهم أَمان البَحْر والسُّلطان والزَّمَان

352. Tria sunt, quae securitatem nobis non concedunt: mare, rex et tempus. D.

Paulo aliter in codice G. legitur.

٣٥٣ ثلاثة لَيْس لِلعِبارة المُشْط والمِسْواك والجارِيَة

353. Tria mutuo non dantur: pecten, dentifricium et puella.

٣٥٤ ثَلاثة يُسْتَأْنَس بها الزَّمان المُقْبِل والسُّلطان العادِل والصَّديق الصَّادِق

354. Ad tres res nos adsuescimus: ad tempus fortunatum, ad imperatorem justum et amicum veracem. A.

٣٥٥ لولا ثلاثة أَشْيَاء ما وضَع ابْن آدَم رَأْسَه لِشَيْئَيْ الخوف والمَوْت والفَقْر

355. Nisi tres res fuissent, timor, mors et pauper-tas, homo nulli rei se ipsum submisisset. A.

٣٥٦ ثُلْمَةُ ٱلْحِرْص لا يَسُدُّهَا إِلَّا ٱلتُّرَاب

356. Rupturam aviditatis nonnisi terra (sepulchrum) sanat. B.

٣٥٧ ثُلْمَةُ ٱلدِّين مَوْتُ العُلَمَاء

357. Doctorum mors est ruptura religionis. B.

٣٥٨ ثَمَرَةُ الإِحْسَان كَثْرَةُ الإِخْوان

358. Amicorum multitudo beneficiorum fructus est. D.

٣٥٩ ثمرة التَّوَاضُع المَحَبَّة

359. Amor est fructus modestiae. D.

٣٦٠ ثمرة الحِكْمَة ٱلرَّاحة وثَمرة المَال التَّعَب

360. Fructus sapientiae quies et fructus divitiarum fatigatio est. A.

٣٦١ ثَمَرَةُ الحِلْم السَّلَامة

361. Fructus mansuetudinis integritas est. B.

٣٦٢ ثمرة العِلْم العَمَل

362. Opus est scientiae fructus. D.

٣٦٣ ثمرة العَمَل الأَجْر

363. Merces est fructus operis. D.

٣٦٤ ثَمَرَةُ الفُجُورِ ٱلنَّدَامَة

364. Improbitatis fructus poenitentia est. B.

٣٦٥ ثَمَانِيَة لا تُشْبَع مِنْ ثَمَانِيَة العَالم من العِلْم
والغَنِيّ من المَالِ والمَوْت من الخَلْق والإِنْسَان
من التَّمَنِّي والفِكْر من الرُّوِيَّة والفَلَك من
الدُّوران والسِّرَاج من الدُّهْن والنَّارُ من
الحَطَب

365. Octo res octo rebus non satiantur: doctus scientiis, dives opibus, mors creaturis, homo desideriis, cogitatio consideratione, orbis coelestis circumvertendo, lucerna oleo, ignis ligno. A.

Singula in aliis locis repetuntur. conf. p. 347.

٣٦٦ ثمانية من خِلال الجُهَّال الغَضَب لغَيْر مَعْنًى
والإِعْطاء فى غَيْر حَقٍّ وَٱنْتِعَاب البَدَن فى البَاطِل
وقِلَّة مَعْرِفَة الصَّدِيق من العَدُوّ ووَضْع الشَّرِّ
فى غَيْر مَوْضِعه والثِّقَة بِمَنْ لا تُجَرِّبه وحُسْن

الظَّنِّ بمَنْ لا وَفاءَ لهُ وكَثْرَةُ الكلام من غَيْرِ نَفْع

366. Octo res insipidis propriae sunt: ira sine causa, dona dare sine meritis, corpus fatigare in re futili, haud bene distinguere amicum ab inimico, malum haud suo loco ponere, fiduciam ponere in eo, quem non expertus es, bonam opinionem de eo habere, cui fides non est, multa verba facere sine utilitate. A.

٣٦٧ لا ثَنَاءَ مَعَ كِبْر ولا شَرَف مع سُوءِ أَدَب

367. Non est gloria cum superbia aut nobilitas cum pravis moribus. A.

٣٦٨ اثْنَان مَرْحُومَان كَرِيم سُلّطَ عليه لَئِيم وعاقِل سُلّطَ عليه جاهِل

368. Duo misericordia digni sunt: generosus, qui in vilis potestatem venit et prudens, qui in insipidi potestatem venit. A.

٣٦٩ اثْنَان ما يُشْبَعان طَالِبُ العِلْم وطَالِب المال

369. Duo non satiantur: scientiam quaerens et opes quaerens. G.

٣٧٠ اثْنَيْن على قَلْب واحِد يَأْخُذُوا بَلَد

370. Duo ejusdem animi oppidum capiunt.

Sic in utroque codice P. et D. contra regulas grammatices ex vulgari idiomate legitur.

٣٧١ اِثْنَيْن فى قَبْر ولا اِثْنَيْن فى بيت

371. Duo in sepulcro uno et non duo in domo una D.

٣٧٢ تَهْلان ذُو الْهَضَبَات ما يَتَحَلَّل

372. Mons Tsahlan colles habens non dissolvitur.

De gravi, qui auctoritate pollet, adhibetur. Sam. Conf. Meid. 4, 24.

٣٧٣ ثَوْبُ السَّلَامَة لَا يَبْلَى

373. Vestis integritatis non atteritur. B.

٣٧٤ ثَوَابُ الآخِرَة خَيْرٌ مِنْ نَعِيم الدُّنْيَا

374. Praemium alterius vitae commodis hujus vitae praeferendum est. B.

٣٧٥ رُبَّ ثواب بَسْتَغِيث مِنْ صَاحِبه

375. Interdum remuneratio a parte auctoris sui opem petit. D.

٣٧٦ جُبَّة مَصْقُولة والجَيْبُ ما فِيه فُولة

376. Tunica polita (elegans), dum faba una in gremio non est. D.

In codice G. قشرة فولة „fabae cortex“ legitur.

٣٧٧ جَبَّار واحْمَق عَثَر وتَرْحَلَق

377. Superbus (gigas) et stultus caespitavit et volutus fuit. D.

٣٧٨ جُبِلَتِ القُلُوب على حُبِّ مَنْ أَحْسَنَ إِلَيْها
وبُغْضِ مَنْ اسَاءَ عَلَيْها

378. Animi a natura ita constituti sunt, ut, qui ipsis malefaciant, eos odio habeant. A.

٣٧٩ أنّ الجَبَانَ حَتْفُهُ مِنْ فَوْقِهِ

379. Pavido mors imminet. Ham. 93. l. 6.

٣٨٠ أَجْبَنُ مِنْ أُمِّ العُوَيْفِ

380. Pavidior quam locusta.

Mater Alohwaifi cognomen locustae est. Schar. In Samachscharii opere ام عويف legitur.

٣٨١ أَجْبَنُ مِنْ وَطْوَاطٍ

381. Pavidior quam vespertilio. Schar.

٣٨٢ مَنْ جَدَّ وَجَدَ

382. Qui diligentia utitur, invenit. D.

Inest verborum lusus.

٣٨٣ الجَدُّ عَزُوفٌ

383. Fortuna taedio capitur.

At vero in scholiis vox عزوف voce صبور patiens, constans explicata est. Fortasse غير صبور „inconstans“ legendum est. Sam.

٣٨٤ نِعْمَ الْجُدُود ولٰكِنْ بِئْسَ ما خَلَّفُوا

384. Boni sunt avi; sed malum est, quod post se reliquerunt. D.

٣٨٥ الجادَّةُ كَثِيرَةٌ والطَّرِيقُ واحِدَةٌ

385. Via major multiplex est; sed via, qua incedendum est, una B.

٣٨٦ كَالْجَادِعِ مَارِنَ أَنْفِهِ بِكَفِّهِ

386. Sicut is, qui mollem nasi sui partem manu sua amputat.

Verba a nonnullis proverbii loco habentur, ita ut in eum adhibeantur, qui incuriâ noxam sibi intulerit. Alii proverbium esse negant. Harir. p. 10.

٣٨٧ جُرُّوا لَهُ الْخَطِيرَ ما أَمَرَّ لَكُمْ

387. Trahite ei capistrum, quamdiu vobis trahi potest.

I. e. Sequamini eum, ubi locus sequendi est et cavete, ubi locus non est. In cautione et petenda salute adhibetur. Cod. Abu-Ohb.

٣٨٨ أَجْرَا مِنَ السَّيْل

388. Audacius irruens, quam torrens.

Dicitur quoque اجرى من السيل „Magis currens quam torrens.“ Schar.

٣٨٩ أَجْرَا مِنَ اللَّيْل

389. Audacius irruens, quam nox.

Nocti tribuitur, id quod hominibus noctu audacius irruentibus tribuendum est. Dicitur quoque اجرى من الليل „Magis currens, quam nox“ Schar. Sam.

٣٩٠ مَنْ يُجَرِّب زَادَ عِلْمُه ومَنْ يُومِن يَزْدَاد غَلَطًا

390. Qui experientia res probat, ejus scientia augetur et qui credit, ejus error augetur. D.

Repetitur postea proverbium verbis paulum mutatis.

٣٩١ جَرْبَةٌ مِصْرِيَّةٌ لا تَنْقَلِع ولا تَنْغَسِل

391. Scabies Aegyptiaca, non evellitur et non abluitur. D.

٣٩٢ تَجْرِيب المُجَرَّب تَضْيِيع

392. Experiri cum, qui experientia edoctus est, inutile habendum est. D.

Fortasse autem voci تجريب significatio experientia docendi tribuenda est.

٣٩٣ التَّجْرِبَة مِرْآة العَقْل

393. Experientia speculum ingenii est. Fakih. Alchol. p. 84. l. 8.

٣٩٤ مَا عَلَيْها جَرْبَصِيصَة

394. Panniculus super ea non est. Sam.

De voce جربصيصة, quae in lexico meo حربصيصة et خربصيصة scripta est, non consentiunt. Alii dicunt inaurem, alii rem esse parvam, splendidam in arena locustae oculi magnitudine.

٣٩٥ اجْرَحْ وكَبِّرِ الجُرْحَ ما بَعْدَ القِتالةِ إلاَّ الصُّلْح

395. Vulnera et magnum fac vulnus! Post pugnam nil nisi pax est. D.

٣٩٦ جُرْحُ الكَلامِ أَشَدُّ مِنْ جُرْحِ الحُسام

396. Vulnus sermone inflictum vehementius est, quam gladii vulnus. A.

٣٩٧ جُرْحُ اللِّسانِ كَجُرْحِ اليَدِ

397. Vulnus lingua inflictum simile vulneri manu factum est.

Hoc ex Amru-l'Kaisi verbis desumtum proverbium calumniarum dolorem ita magnum, ut cum vulnere comparetur, esse ostendit. Sam.

٣٩٨ جَراحاتُ السِّنانِ لَها الْتِئامُ وما جَرَحَ اللِّسانُ لا يَلْتَئِمُ

398. Vulnera cuspide facta sanantur; sed vulnus lingua inflictum non sanatur. D.

٣٩٩ جِراحاتُ الصَّدِيقِ أَفْضَلُ من قُبُلاتِ العَدُوِّ بالمَكْرِ.

399. Vulnera ab inimico inflicta praeferenda sunt osculis ab inimico dolose datis. G. Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 27, 6.

٤٠٠ يا جَرادُ جاءَكُمُ السمرمر

400. O locustae! gryllivora avis ad vos venit. D.

In cod. Par. non legitur.

٤٠١ لا جَرَمَ بَعْدَ ٱلنَّدَامَة

401. Non est crimen post poenitentiam. D.

٤٠٢ جَرَى ما جَرَى

402. Accidit id, quod accidit. D.

٤٠٣ جَرَى وَرَاءَهَا مَا لَحِقَهَا قَالَ مَتْرُوكَة فِى سَبِيلِ ٱللَّهِ

403. Cucurrit post eam; eam non assecutus est; dixit: relicta in via Dei. D.

٤٠٤ مَنْ جَرَى فِى عِنَانِ أَمَلِهِ قَدْ عَثَرَ فِى أَجَلِهِ

404. Qui in habenis spei suae currit, is in termino vitae suae pedem jam offendit. D.

Proverbium, quod in codice Par. non est, paulo aliter in codice Ber. legitur.

٤٠٥ أَجْرَى مِن ٱلسَّيْلِ تَحْتَ ٱللَّيْلِ

405. Magis currens quam torrens sub nocte.

Sic dicitur, quod noctis tempore ejus cursus sensibus non percipitur. Sam. Schar.

٤٠٦ أَجْرَى مِنْ فَرَس

406. Magis currens quam equus. Sam. Schar.

٤٠٧ أَجْرَى مِنَ ٱلْمَاء

407. Magis currens (fluens) quam aqua. Sam. Sch.

٤٠٨ فِى ٱلْجَزِيرَة تَشْتَرِكُ ٱلْعَشِيرَة

408. In insula gens consortium habet. D.

٤٠٩ الجَزَعُ أَتْعَبُ مِنَ الصَّبْر

409. Impatientia (moeror) magis fatigat quam patientia. A. D.

٤١٠ الجَزَع عِنْدَ البَلَاء تَمَامُ المِحْنَة

410. Impatientia (tristitia) in infortunio calamitatis perfectio est. D.

٤١١ الجَزَعُ عِنْدَ المُصِيبَة مُصِيبَةٌ أُخْرَى

411. Impatientia (tristitia) in calamitate altera calamitas est. A.

٤١٢ مَنْ جَسَرَ كَسَرَ أَيْسَر

412. Qui strenue audet, frangit, prospere perficit. D.

٤١٣ أَجْشَعُ مِنْ كَلْب

413. Avidior quam canis. Schar.

٤١٤ لا تَجْعَلْ حَاجَتِي مِنْكَ بِظَهْر

414. Rem mihi necessariam in dorso tuo ne ponas! (ne negligas!) Sam.

٤١٥ لا تَجْلِسْ فِي مَكَان يَقُولُوا لَكَ قُمْ منه

415. Ne in loco sede, e quo te surgere jubent! G.

٤١٦ من جَالَسَ المُلوكَ بِغَيْرِ أَدَبٍ جِلْسَةٍ فانه خاطَرَ بِرُوحِه وعَرَّضَ للبَلاءِ نَفْسَه

416. Qui sine eruditione in regum consortio est, is periculo se exponit et in interitum se conjicit. Fakih. Alchol. p. 87, l. S. inf.

٤١٧ جليس الخَيْرِ غَنِيمَة

417. Conviva bonus praeda est. A.

٤١٨ مَجْلِسُ العِلْمِ رَوْضَةُ الجَنَّة

418. Consessus doctrinae hortus paradisi est. A.

٤١٩ مَجْلِس الكِرام حُصونُ الكَلَام

419. Consessus nobilium arx sermonis est. A.

٤٢٠ إذا انْجَلَى الغُبَار تَنْتَظِرُ انَحْتَك فَرَس أَمْ حِمار

420. Quum pulvis removetur, videbis, num sub te equus an asinus sit. D.

In codice تنتظر legitur, quae vox si recta est, in proverbio videndi significationem habere debet.

٤٢١ جَمْرَةُ اللَّيْلِ أَصْبَحَتْ رَمَاد

421. Pruna noctis mane cinis est. G. D.

٤٢٢ اجمَعْ جَرَامِيزَك

422. Membra tua collige!

I. o. rem tuam dispersam collige! Sam. Schar.

٤٢٣ حَتَّى يَجْتَمِعَ مِعْزَى ٱلْفِزْر

423. Donec caprae Alfisri congregantur. Sam. Conf. Meid. 23, 274.

٤٢٤ جَمِيعُ أَمْرِ ٱلدُّنْيَا فِي أَرْبَعِ خِصَال ٱلعِلْم والحِلْم والعَفَاف والعَدَالَة

424. Tota res hujus mundi quatuor proprietatibus nititur, doctrina, mansuetudine, morum castitate et justitia. A.

٤٢٥ جَمَلٌ تُرْكُمَانِيٌّ هَاجَ ووَقَفَ

425. Camelus Turcomanicus, impetum fecit et stetit. D.

٤٢٦ الجَمَلُ لو تَطَلَّعَ الى حَدَبَتِه كان وَقَعَ ٱنْقَصَفَتْ رَقَبَتُه

426. Camelus si gibbum suum respexisset, procidens collum suum fregisset. D.

٤٢٧ جَمَالُ الإِنْسَان فى الحِلْم

427. Hominis pulchritudo in mansuetudine cernitur. A.

٤٢٨ جَمَالُ الخُلْق أَبْهَى مِنْ جَمَالِ الخَلْق

428. Pulchritudo indolis praestantior est quam formae pulchritudo. B.

٤٢٩ جَمَال الرَّجُل فَصَاحَةُ لِسَانِه

429. Viri pulchritudo est linguae suae facundia. B.

٤٣٠ اجْمَلُ مِنَ البَدْر

430. Pulchrior quam plena luna. Sam. Schar.

٤٣١ مَنْ أَجْمَلَ قِيلًا سَمِعَ جَمِيلًا

431. Qui pulchra verba profert, pulchra verba audit. A.

٤٣٢ جَنَّةٌ حُفَّتْ بِالْمَكَارِم

432. Paradisus factis generosis circumdatus est. D.

٤٣٣ الجَنَّةُ دَارُ الأَسْخِيَاء

433. Paradisus generosorum domus est. B.

٤٣٤ الجُنُونُ فُنُون

434. Insania varia est. D. Conf. Meid. 6, 29. vers.

٤٣٥ المَجْنُونُ أَعْرَفُ بِشَانِ نَفْسِه مِنَ العَاقِلِ بِشُؤُونِ النَّاسِ

435. Insanus suam conditionem melius novit, quam prudens hominum conditionem. Schar.

٤٣٦ المَجْنُون بلا دُفٍّ يَرْقُص

436. Insanus sine tympano saltat. G.

٤٣٧ تَجَنَّبْ ثَلَاثَةً لِتُخَلَّصَ مِنْ ثَلَاثَةٍ تَجَنَّبِ الْحَسَدَ لِتُخَلَّصَ مِنَ الْحُزْنِ وَلَا تُجَالِسْ خَسِيسًا لِتَسْلَمَ مِنَ الْمَلَامَةِ وَلَا تَهْتَمَّ بِجَمْعِ الْمَالِ لِتَسْلَمَ مِنْ مُعَادَاةِ النَّاسِ

437. Tres res evita, ut a tribus liber sis: Evita invidiam, ut a tristitia liber sis; ne cum ignobili sede, ut a vituperio liber sis; ne in colligendis opibus sollicitus esto, ut ab inimicitia hominum liber sis. A.

٤٣٨ جِنَازَةُ يَهُودِيٍّ سُكُوتٌ وَهَرْوَلَةٌ

438. Funus Judaei; silentium et celer incessus est. D.

٤٣٩ الْجِنَازَةُ حَافِلَةٌ وَالْمَيِّتُ كَلْبٌ

439. Exequiae funeris agmen sunt et mortuus canis est. D.

Vox حافلة idem quod حفيلة designare videtur. In Burckhardtii libro prov. 46. loco hujusce vocis حامية legitur.

٤٤٠ الْجِنْسُ اِلَى الْجِنْسِ يَمِيلُ

440. Genus ad genus se inclinat. A.

٤٤١ الْجِنْسُ مَعَ الْجِنْسِ

441. Genus cum genere. D.

٤٤٢ لا تَجْنى يَمينُك على شَمالِك

442. Ne dextera tua contra sinistram tuam injustitia utatur! D.

Verti quoque potest: non utitur. تجنى pro تجن est vulgaris scribendi modus.

٤٤٣ هذا جَهْدى يا عَبْدى

443. Hoc est studium meum, o serve mi! D.

٤٤٤ اِجْهَدْ جَهْدَك

444. Diligentiâ utere! Schar.

٤٤٥ أُجْهِدَ الأَمْرُ

445. Res in terra elata fuit. Schar.

٤٤٦ الاِجْتِهادُ أَرْبَحُ بِضاعَة

446. Diligentia est merx, quae maximum lucrum nobis adfert.

Hortatur proverbium, ut in agendo diligentiam adhibeamus. Sam. Schar.

٤٤٧ جَوْهَرَةٌ فى مَزْبَلَة

447. Unio in fimeto. D.

٤٤٨ مَنْ جَهِلَ شَيْئًا فَقَدْ عَادَاه

448. Qui rem ignorat, ei adversatur. D.

٤٤٩ مَنْ جَهِلَ قَدْرَ نَفْسِه كَانَ بِقَدْرِ غَيْرِه أَجْهَلُ

449. Qui valorem suum ignorat, aliorum valorem magis ignorat. D.

٤٥٠ جَهْلُ ٱلشَّبَاب مَعْذُور وعِلْمُهُمْ مَحْقُور

450. Ignorantia adolescentum excusata et eorum doctrina despecta est. D.

٤٥١ لولا جَهلُ الجاهل لم يُعْرَف اللَّبيبُ العاقِل

451. Si ignorantia ignorantis non esset, cordatus, prudens notus non esset. D.

In codice G. voces جهل et اللبيب omissae sunt.

٤٥٢ الجَهْلُ شَرُّ الأَصْحَاب

452. Ignorantia pessima socia est. A.

٤٥٣ لجَهْلُ مَطِيَّة مَنْ رَكِبَهَا ذَلَّ ومَنْ صَحِبَهَا ضَلّ

453. Ignorantia jumentum est, quo qui vehitur, vilis est; qua qui tanquam socia utitur, errat. A.

٤٥٤ لجَاهِلُ لا يُبْصِر مِنْ أَيْنَ تَأْتِيه سِهَامُ القَدَر

454. Insipidus non videt, unde ad eum sagittae decretorum divinorum veniant. A.

٤٥٥ لجَاهل يُبْغِض مَنْ يُوَبِّخُه ولا يَذْهَب الى الحُكَمَاء

455. Insipidus reprehensorem odit et ad sapientes non accedit G.

Salomoni tribuitur. Conf. Salom. Prov. 15, 12.

٤٥٦ لجَاهِلُ يَطْلُب المَالَ والعاقِلُ يَطْلُب الكَمَال

456. Insipidus opes petit et prudens perfectionem G.

٤٥٧ الجاهل يعجل بكلامه والحكيم يتمهل ويتأخر

457. Insipidus in sermone suo festinat; sed sapiens cunctatur et retardat G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 29, 11.

٤٥٨ حبذ الأقرع بوانسني كشف قرعته وفزعني

458. Transii ad calvum, ut mecum consuetudinem iniret. Calvitiem suam retexit et timore me implevit D.

٤٥٩ من يجاوب كلاما قبل ان يسمع فذاك احمق ومستوجب الخزي

459. Qui responsum dat, antequam audit, is stultus est et ludibrium meretur. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 18, 13.

٤٦٠ الأجوبة اللينة تكسر الغضب

460. Responsa lenia iram frangunt G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 15, 1. Sic in codice Gott. sed cum sequentibus verbis والكلمة القاسية تهيج الرجز „et verbum durum poenam (s. iram) excitat“, in unum proverbium conjungendum est.

٤٦١ من جاد بماله فقد جاد بنفسه

461. Qui opibus suis liberalis est, is anima sua liberalis est D.

٤٦٢ مَنْ لا يَجُود لَكَ مَا يَجُود لِغَيْرِك

462. Qui liberalis in te non est, is in alios liberalis non est. D.

٤٦٣ جُدْ بِالكَثِيرِ وَٱقْنَعْ بِالقَلِيل

463. Liberalis sis multo et contentus sis pauco! D.

٤٦٤ جُدْ بِمَا تَجِد

464. Liberalis esto in iis rebus, quas invenis! A.

٤٦٥ أَنْتَ أَجَدْتَ طَبْخَهُ فَٱحْسُ وذُقْ

465. Tu id bene coxisti; sorbe igitur et gusta!

Verbis hisce is utitur, qui ob alterius calamitatem, quam ille sibi paravit, laetatur. Sch. Conf. Meid. 6, 82.

٤٦٦ لا جُود إِلَّا مَوْجُود

466. Non est liberalitas nisi in eo, quod exsistit. D.

٤٦٧ الجَوَادُ بِعَرَقِهِ يَجْرِي

467. Equus generosus, non obstante sudore, currit. G.

٤٦٨ الجَوَادُ يَأْكُلُ مَالَهُ والبَخِيل يُوكَل مَالُه

468. Generosus opes suas edit et avari opes eduntur. D.

٤٦٩ جُودَةُ ٱلكَلَامِ فِي الإِخْتِصَار

469. Praestantia sermonis in brevitate est. A. B. D.

٤٧٠ . جَارُ البَخِيلِ فِي المَفَازَةِ هَالِك

470. Vicinus avari in deserto perit. D.

٤٧١ جَارُك الفَقِير يُفْقِرُك وما يَسْتَغْنِي

471. Vicinus tuus pauper pauperem te reddet et dives non fiet. D.

٤٧٢ يا جَارِى أَنْتَ فِي دَارِك وانَا فِي دارى

472. O vicine mi! tu in domo tua es et ego in domo mea sum. D.

In codice G. فى حالك „in statu tuo“ et فى حالى „in statu meo“ legitur.

٤٧٣ يا جَارَنَا اخْرَى عَلَيْنَا نُرِيد أَنْ نَغْتَسِل

473. O vicine mi! Caca super nos, nos lavare volumus. D.

٤٧٤ جَوْز مَعْدُود فى جِرَاب مَرْبُوط

474. Nuces numeratae in sacco ligato. D.

٤٧٥ كَمُجِيز المِلْح الى بَارَق

475. Sicut is, qui ad montem Barak sal mittit.

Barak nomen montis in Arabia felici, sale abundandantis est. Remis inutilem agit. Conf. Meid. 22, 100. Sch.

٤٧٦ لِلْجُوع يُرْضى الأَسَد بالجِيَف

476. Fames efficit, ut leo cadaveribus contentus sit. B.

٤٧٧ لا يَجُوع الذِّئْب ولا يُفْنى الغَنَم

477. Lupus non esurit et oves non perdit.

I. e. Dum lupus non esurit, oves non perdit. D.

أَجِعْ كَلْبَك يَتْبَعْك ٤٧٨

478. Si canem tuum fame adfligis, te sequitur.

De vili adhibetur, qui oppressus obsequium praestat. Sam. Schar. conf. Meid. 6, 44. 12, 25.

جَوْلَةُ الْبَاطِلِ ساعَة ٤٧٩

479. Impetus strenui momentum est. D.

جَاء بالحَظِّ الرَّطْب ٤٨٠

480. Multa pecora (vel) multos homines adduxit vel mendacium aliis ingratum et non probatum protulit D.

جَاء بالدَّرْدَبِيس ٤٨١

481. Infortunium adduxit. Sam.

جَاء بالدَّهَارِيس ٤٨٢

482. Infortunium adduxit. Sam.

جَاء بِالدَّرْبِيَّا ٤٨٣

483. Infortunium adduxit. Sam.

جَاء بِالسِّلْتِم ٤٨٤

484. Infortunium adduxit. Sam.

جاء بالطُّلَاطِل ٤٨٥

485. Morbum incurabilem (infortunium) adduxit. S.
Dicitur quoque بالطلاطلة.

٤٨٦ جاء بالعَنْقَفِير

486. Infortunium adduxit. Sam.

٤٨٧ جاء بِٱلْفَلْق

487. Infortunium adduxit Sam.

٤٨٨ جاء بالفَلِيقَة

488. Infortunium adduxit. Sam.

٤٨٩ جاء بالقَنْطَر

489. Infortunium adduxit. Sam.

٤٩٠ جَاء بالنَّبْطَل

490 Infortunium adduxit. Sam.

٤٩١ جاء بأُمّ حَبُوكَرَى

491. Infortunium magnum adduxit. Sam.

٤٩٢ جَاء برَغِيف صَارَ حَرِيف

492. Adtulit libum, socius factus est. D.

٤٩٣ جاء بَعْدَ الهِيَاط والمِيَاط

493. Venit post tumultum et increpationem.
Dicitur quoque بعد الهيط والميط Sam.

٤٩٤ جاء بعَايِرَة العَيْن

494. Rem oculum laedentem adduxit. Sam. Conf. Meid. 5, 139.

٤٩٥ جاء يَدْخُل خَرَجَ

495. Venit, ut intraret; sed exivit. D.

٤٩٦ جاء يَكْحَله عَمَّاه

496. Venit, ut ejus oculis collyrium illineret; sed eum obcaecavit. D.

٤٩٧ جاءك السَّعْدُ مِثْلَ الرَّعْد

497. Fortuna ad te sicut tonitru venit. D.

٤٩٨ اذَا جَاء مُوسَى بَطَلَ السِّحْر والسَّاحِر

498. Quum Moses venit, incantatio et incantantores irriti sunt. D.

In codice G. post موسى addita sunt verba et والقى العصا „et projecit baculum“.

٤٩٩ جَاءنا يَجُدّ نَخلَنا انما النخلُ لِمن أبَّرَه

499. Venit ad nos amputans (spinas) palmarum nostrarum; palmae non nisi ei sunt, qui eas fecundavit.

Haec verba dixit vir e gente Ahdi b. Alnidjar Medinae, quum virum e gente Tobbah in palmam adscendentem occidisset. Factum est tempore Ohaihahi ante Mohammedem (Cit. Alaghani).

٥٠٠ اذا جَاء النَّصّ بَطَل القِيَاس

500. Quum res omnino evidens est, ratiocinatio irrita est. D.

٥٠١ إِذَا جاء الوَرْد راحَ البَرْد

501. Quum rosa venit, frigus abit. D.

٥٠٢ مَنْ جَاء ما أَبْطَى

502. Qui venit, non cunctatur. D.

٥٠٣ جَاءَتْ جَنَادِعُه

503. Venerunt ejus scarabaei nigri.

Cod. Abu-Ohb. I. e. vicissitudines fortunae et calamitatis initia. In Djeuharii opere رايت جنادع الشر legitur. Conf. lex. m. s. v. جندع.

٥٠٤ مَنْ جَاءَهُ شى فَرَدَّهُ العَنُوا ابوه مع جَدّه

504. Qui rem ad ipsum venientem rejicit, ejus patri simul et avo maledicite! D.

٥٠٥ مَنْ جاءَنَا فَهُوَ حَبِيب لَنا وَمَنْ صَدَّ عَنّا فهو لنا صاحِب

505. Qui ad nos venit, is amatus nobis est et qui a nobis se avertit, is socius nobis est. D.

٥٠٦ لا يَجِي مِنْ خَلّ عَصِيدَة

506. Ex aceto pulmentum non paratur. D.

٥٠٧ ما يَجِي مِنَ المَلِيح إِلّا مَلِيح

507. Ex pulchro nonnisi pulcher provenit. G.

٥٠٨ اَلَّذِى ما يِجِى بِعَصَاةِ مُوسَى يِجِى بعَصَاةِ فِرْعَوْن

508. Qui Mosis baculum non adfert, is Pharaonis baculum adfert. G.

٥٠٩ جِى مِنْ حَيْثُ وَلَيْسَ

509. Adduc id e loco, ubi est et non est. i. e. omnimodo.

Vulgus proverbio utitur. Cod. Abu-Ohb.

٥١٠ جِنَّا نُعَرِّى ٱلْقَوْمَ رَجَعْنَا العَرَايَا

510. Venimus, ut gentem denudaremus; sed nudi rediimus. D.

٥١١ جَيِّدَيْن ما يَخْتَلِفُوا

511. Duo praestantes non dissentiunt. D.

٥١٢ جِيفَةٌ لا تُعَكِّر بَحْر

512. Cadaver mare turbidum non reddit. D.

٥١٣ مَنْ حَبَّ قِرْد عَبَدَه وراح مَعَهُ الى بَلَدِهِ

513. Qui simium amat, ei servit et cum eo in ejus terram abit. D.

In Rostgardii libro Nr. 476 sic legitur: من حب عبدا عبده ولحقه الى بلده „Qui servum amat, adorat eum et sequitur eum in regionem ejus.“ Est formula, qua excusant nimium amorem erga personas minus pulchras.

٥١٤ مَنْ حَبَّ نَفْسَه بَغَضَتْهُ النَّاس

514. Qui se ipsum amat, cum homines odio habent. D.

٥١٥ مَنْ حَبَّكَ سَبَّكَ

515. Qui te amat, te objurgat. D.

٥١٦ حَبَّنِى بالغَضَبِ

516. Amavit me cum ira.

Sic in codice Par. In codice Diez. بالغصب cum violentia" legitur.

٥١٧ مَنْ أَحَبَّ ان يُقَوَّى على الحِكْمَة فلا يُمَلِّك نَفْسَه للنِّسَاء

517. Qui in sapientia confirmari vult, ne mulieribus se ipsum submittat. D.

٥١٨ مَنْ أَحَبَّ شَى فَقَدْ عَمِلَه وأَكْثَر ذِكْرَه

518. Qui rem amat, is eam peragit ejusque multam mentionem facit. D.

Idem proverbium paulo aliter Meid. 24, 52, legitur.

٥١٩ مَنْ أَحَبَّ أَفْخَاذَ الخَيْل أَفْلَحَ ومَنْ احَبَّ أَفْخَاذَ النِّسَاء لَمْ يُفْلِحْ

519. Qui femora equorum amat, prosper est et qui femora mulierum amat, prosper non est. D.

In codice Par. duo proverbia sunt.

٥٢٠ مَنْ أَحَبَّك أَطْعَمَك ومَنْ بَغَضَك أَحْرَمَك

520. Qui te amat, cibum tibi dat et qui te odio habet, tibi eum denegat. D.

٥٢١ مَنْ أَحبَّك نَهَاك ومَنْ بَغَضَك أَغْراك

521. Qui te amat, is tibi interdicit et qui odio te habet, is te instigat. D.

Sic in codice Par., in quo proverbium in duas partes separatum est. In codice Diez. اغواك „in errorem inducit“ legitur.

٥٢٢ كما تُحِبُّ أَنْ يَفْعَل أَخُوك بك فافْعَل بِهِ

522. Quemadmodum cupis, ut frater tuus erga te agat, eodem modo erga eum age! A.

٥٢٣ كَمَا تُحِبّ أَنْ يَقْبل النَاسُ أَمْرَك يَنْبَغِي لَك

أَنْ تَقْبل امْرَ النَّاسِ

523. Ut cupis homines rem tuam admittere, sic te decet hominum rem admittere A.

In apographo امر العقل est, pro quo ex conjectura امر الناس scripsi.

٥٢٤ حُبُّ الدُّنْيَا والمَالِ رَأْس كُلِّ خَطِيئَة

524. Amor mundi divitiarumque cujuslibet peccati principium est. D.

٥٢٥ لَوْلَا حُبُّ الوَطَنِ لَكان خَرِب البَلَدُ السُّوء

525. Si amor patriae non esset, terra prava desolata esset. D.

٥٢٦ حُبًّا وَكَرَامَةً

526. Hydriam ejusque operculum (tibi dabo).

I. e. Omnia tibi concedo. Confer. libr. meum Selecta ex historia Halebi p. 82.

٥٢٧ الْحُبُّ أَعْمَى

527. Amor caecus est. Schar.

Conf. Meid. 6, 22.

٥٢٨ لا مَحَبَّةَ بَعْدَ بُوس ولا عَطْرَ بَعْدَ عَرُوس

528. Non est amor post miseriam et non aroma post Ahrusum. D.

De posteriore proverbii parte conf. Meid. 23, 269.

٥٢٩ مَحَبَّةٌ بِلا حَبَّةٍ ما تَسْوى حَبَّة

529. Amor sine re animata granum unum non valet D.

In codice Diez. loco vocis حبة legitur حبة.

٥٣٠ اَلْمَحَبَّةُ مُكِبَّة والعَاشِقُ أَعْمَى

530. Amor in terram prosternit et amans caecus est. D.

٥٣١ ما عِنْدَ الْمَحْبُوبِ إِلَّا الْهَجْر

531. Apud amatum nonnisi praestans res est. D.

٥٣٢ مَنْ حَبَسَ الدَّرَاهِمَ كان لَهَا ومَنْ أَنْفَقَهَا كانَتْ له

532. Qui pecuniam apud se retinet, pecuniae submissus est et qui eum erogat, ei pecunia commodo est. A.

٥٣٣ لا تَحْبِس الطَّاوُوسَ والحَمَامَة جملة

533. Ne pavonem columbamque simul incarcera! D.

٥٣٤ حَبْسُ المَوْجُود سُوءُ الظَّنِّ بالمَعْبُود

534. Retinere rem (ne alii ea utantur), quae reperitur, prava opinio de Deo est. D.

٥٣٥ بَعْدَ ما حَبِلَت سَكَرَت البَابَ

535. Posteaquam praegnans facta erat, portam clausit.

Hoc in proverbio voci سكر significatio hebraici sagar vel sacar tribuenda est.

٥٣٦ حَبْلُ لِيف وجَهَازٌ ضَعِيف

536. Funis e fibris palmae et apparatus infirmus D.

In codice Par. حبال legitur. conf. Meid. 6, 227.

٥٣٦ حَبْلُك على غَارِبِك

537. Funis tuus super dorso tuo.

A camelo desumtum voluntatem esse liberam significat, ut quo velit incedere possit. Kam. Har. p. 33.

٥٣٨ يا حَابِل اذْكُرْ حَلَّا

538. O ligans, solvendi memor sis!

Initio operis de fine cogita! Kam. conf. يا رابط.

٥٣٩ اذَا حَجَّ جارُك غَيْرٌ بَابَ دارِك

539. Quum vicinus tuus Meccam iter facit, portam domus tuae muta! D.

٥٤٠ اذا حَجَّ حَجَّتَيْن بِيعَهَا بالدَّيْن

540. Quum duabus vicibus Meccam iter facit, ob debitum eam (domum) vende!

Vox بيعها loco vocis دهـا esse et proverbium cum praecedente conjugendum videtur. D.

٥٤١ حَتَّى يَحُجَّ البَرغُوث

541. Donec pulex Meccam iter facit. D.

٥٤٢ الحاجّ أَسمعت

542. Meccam proficiscenti rem narrasti.

Qui Meccam proficiscenti rem narravit, eam multis narravit, quippe quum ille in itinere multis occurrat, qui in omnes terrae regiones disperguntur. De secretis vulgatis adhibetur. Sam. Schar.

٥٤٣ والحَاجّ والدَّاجّ

543. Meccam proficiscens et mercaturae faciendae causa exiens.

Dicitur ما حج ولكنه دج „Meccam iter non fecit; sed mercaturae faciendae causa exiit“ Alii dicunt, voce الداج jumentorum locatorem significari Schar. Sed traditionis verba sunt: هولاء الداج وليسوا بالحاج

٥٤٤ حُجَّةُ القَحْبَة خَرَاهَا

544. Argumentum contra feminam corruptum ventrem habentem ejus merda est. D.

٥٤٥ حَدَّادِ حَدِّيه

545. O impediens! eum impedi!

Arabes verbis de eo utuntur, qui cuidam supervenit et quem aegre ferunt. Sam.

٥٤٦ أَحَدُّ مِنْ ضِرْس

546. Acutior quam dens molaris. Sam. Schar.

٥٤٧ يَحْدُثُ مِنْ بَعْدِ الأُمُورِ أُمُور

547. Post res proveniunt res. D.

٥٤٨ الحَدِيثُ مِنْ فِضَّة والسُّكُوت مِنْ ذَهَب

548. Narratio argentea, silentium vero aureum est. D.

٥٤٩ نِعْمَ المُحَدِّثُ الدِفْتَر

549. Optimus narrator codex est. D.

٥٥٠ مُحَادَثَة الإِخْوَانِ أَلَذُّ مِنْ مُغَازَلَة الغِزْلَان وأَبْهَجُ

مِنْ حَرَكَاتِ الرَّاحِ بَيْنَ الرَّيْحَان

550. Colloqui cum fratribus majorem voluptatem parat, quam jocari cum pulchris puellis et pulchrius est, quam motus manuum inter herbas odoratas. A.

٥٥١ إِحْدَى بَنَاتِ طَبَق

551. Una filiorum temporis.

I. e. infortunium. Verba Lokmano Ahditae tribuuntur. Dj. Schar.

٥٥٢ إِحْذَرْ إِذَا احْمَرَّتْ حَمَالِيقُه

552. Cave quum ejus interiores ciliorum partes rubrae sunt!

Cave inimicum, quando iratus est. Sam. Schar.

٥٥٣ اِحْذَرْ تَسْلَمْ

553. Si caves, incolumis eris.

Ut caveamus, proverbium nos hortatur. Schar.

٥٥٤ اِحْذَرُوا مِمَّنْ لَا يُرْجَى خَيْرُهُ وَلَا يُؤْمَنُ شَرُّهُ

554. Cavete eum, cujus bonum non speratur et a cujus noxa nemo securus est. D.

٥٥٥ أَحْذَرُ مِنْ عَقْعَقٍ

555. Cautior quam pica. Sam. Schar.

٥٥٦ أَحْذَرُ مِنْ يَدٍ فِي رَحِمٍ

556. Cautior quam manus in utero. Sam. Schar.

٥٥٧ اَلْحَرُّ يُؤْذِي وَالْبَرْدُ يُؤْذِي

557. Calor nocet et frigus nocet. B.

٥٥٨ اَلْحُرُّ فِي كُلِّ زَمَنٍ حُرٌّ

558. Ingenuus omni tempore ingenuus est.

De viro dicitur, quem calamitates non mutant. Sch. conf. Meid. C, 92.

٥٥٩ أَحَرُّ مِنَ الْمِرْجَلِ

559. Calidior quam olla. Sam. Schar.

٥٦٠ أَحَرُّ مِنَ ٱلنَّار

560. Calidior quam ignis. Schar.

٥٦١ اَلْحَرْبُ عَشْوَة

561. Bellum est agendi ratio prudentia carens.

Honain b. Haschram Sahdita ista verba dixisse fertur. Sam. Schar.

٥٦٢ أَحْرِزْ ذَا وَٱبْتَغِى ٱلنَّوَافِلَا

562. Custodio hoc et dona desidero.

Versus est metrum Redjes habens. Loco vocis احرز legitur واحرزا „Eheu, portio custodita!“ et يا حرزتى „O, optima pars mea!“ Sensus est: rebus, quas volui, potitus sum et plura peto. Proverbium in augendis opibus et quaestu adhibetur. Sam. Schar.

٥٦٣ أَحْرَسُ مِنْ خِنْزِير

563. Magis custodiens quam porcus. Sam. Schar.

٥٦٤ اُحْتَرِسْ مِنْ تَدْبِيرِكَ عَلَى عَدُوِّكَ كَٱحْتِرَاسِكَ مِنْ تَدْبِيرِهِ عَلَيْكَ

564. Cave prudentiam, qua contra inimicum uteris, sicut ei prudentia cavenda est, qua in rebus contra te utitur. A.

٥٦٥ اُحْتَرِسْ مِنْ عَدُوِّكَ مَرَّةً وَمِنْ صَدِيقِكَ أَلْفَ مَرَّةٍ لِأَنَّ رُبَّمَا قُلِبَ ٱلصَّدِيقُ وَصَارَ أَوْلَى بِالْمَضَرَّةِ

565. Ab inimico tuo semel cave; sed ab amico tuo millies, fieri enim potest, ut amicus tuus convertatur et ad noxam inferendam magis aptus fiat. G.

٥٦٦ الحِرْصُ مِفْتَاحُ التَّعَبِ ومَطِيَّةُ النَّصَبِ

566. Aviditas clavis fatigationis et jumentum molestiae est.

In codice Ber. post النصب vox مشقة legitur, quae superflua ex proverbio omisso originem duxisse videtur.

٥٦٧ الحِرْصُ مِفْتَاحُ الذُّلِّ والحِقْدُ مِفْتَاحُ العَدَاوَةِ واتِّبَاعُ الشَّهْوَةِ مِفْتَاحُ النَّدَامَةِ والقَنَاعَةُ مِفْتَاحُ الرَّاحَةِ

567. Aviditas clavis vilitatis, odium clavis inimicitiae, sequi cupiditatem clavis poenitentiae, paucis contentum esse, clavis tranquillitatis est. A.

٥٦٨ أَحْرَصُ مِنْ خِنْزِيرٍ

568. Avidior quam porcus. Schar.

٥٦٩ أَحْرَصُ مِنْ ذِئْبٍ

569. Avidior quam lupus. Sam. Schar.

٥٧٠ حِرْفَةُ المَرْءِ كَنْزُهُ

570. Ars viri thesaurus est. B.

٥٧١ مَنْ لم يَحْتَرِفْ لم يَعْتَلِفْ

571. Qui artem non exercet, is cibum non invenit. D.

٥٧٢ بَيْنَمَا تَتَحَرَّكُ فَطِيمَةُ يَفُوتُهَا سُوقُ الغَزْل

572. Intereadum Fathimah se movet, forum filorum gossopinorum eam fugit. D.

٥٧٣ حَرَكَةُ الإِدْبَارِ سَرِيعَةٌ

573. Motus infortunii (recessus) celer est. D.

٥٧٤ حَرَكَةُ الإِقْبَالِ بَطِئَةٌ

574. Motus fortunae (praecessus) tardus est. D.

Fortasse hoc cum praecedente conjungendum est.

٥٧٥ حَرَدَتْ العُيُون تَدُلّ على ما فى القُلُوب

575. Motus oculorum id, quod in animis est, ostendit. D.

٥٧٦ حَرِّك الأَرْطَال ولا تَقْعَدْ بَطَّال

576. Move libras et ne sede otiosus! D.

٥٧٧ حَرِّكْ لَحَيْيك تَطْرَبْ مَعِدَتك

577. Move maxillas tuas, ut stomachus tuus laetus sit!

Idem significat, quod Meid. 3, 45. Sam.

٥٧٨ لا تُحَرِّك النَّارَ بالسِّكِّين

578. Ne ignem cultro moveas! D.

٥٧٩ مَنْ حَرَمَ العَدْلَ فلا خَيْرَ له

579. Qui justitiam prohibet, ei bonum non est. A.

Enunciari quoque potest in passivo „Qui a justitia prohibetur.“

٥٨٠ حُرِّمَ الوَفَاءُ على مَنْ لا أَصْلَ له

580. Fides ei non est, cui nobilitas generis non est. A.

٥٨١ حَرَامٌ عَلَيْنَا وَإِنْ حَظِينَا بِمُقْبِل

581. Illicitum nobis est et si fortuna favente potimur. D.

حظينا a radice حظ derivo.

٥٨٢ حِرْمَانُ الصَّبْرِ فى المُصِيبَة أَشَدُّ مِنَ المُصِيبَة

582. Patientia carere in calamitate gravius est malum, quam calamitas. B.

٥٨٣ الحَرَامِيَّة يَصِيحُوا على أَصْحَابِ البُيُوت

583. Impii (latrones) contra domorum possessores clamant. D.

٥٨٤ حَرَقُ عَيْر

584. Peditus asini.

De re nihili adhibetur. Sam.

٥٨٥ الحازِمُ مَنْ حَفَظَ ما فى يَدِهِ ولَمْ يُؤَخِّرْ شُغْلَ يَوْمِهِ لِغَدِهِ

585. Providus is est, qui id, quod possidet, servat

et rem hodie peragendam in crastinum diem non differt. A.

٥٨٦ أَحْزَمُ الفَرِيقَيْنِ ٱلزَّكِين

586. Cautissimus utriusque agminis certo sciens est. Sch. De voce الزكين dubito.

٥٨٧ أَحْزَمُ مِنْ سِنَان

587. Cautior quam Sinanus. Sam. Schar. conf. Meid. 6, 165.

٥٨٨ أَحْزَمُ مِنْ فَرْخِ ٱلطَّايِر

588. Cautior quam pullus avis. Sam. Schar. conf. Meid. 6, 165.

٥٨٩ أَحْزَمُ من قِرِلّى

589. Cautior quam avis Kirilla. Sam. Schar. conf. Meid. 6, 203.

٥٩٠ اِنْ حَزِنْتَ عَلَى ما فاتَ فَاحْزَنْ على ما لَمْ يَأْتِ

590. Si tristis es ob res, quae effugit, tum tristis esto ob rem, quae non accidit! Schar.

٥٩١ حُزْنُ ٱمْرِءٍ على ما فاتَ جَهْل

591. Tristitia viri ob id, quod effugit, ignorantia est. B.

٥٩٢ حَزِينَة وَوَاعِيَة

592. Tristitia adfecta et memoria tenens. D.

٥٩٣ حَسْبُك أَنْ تُعَامِل فَقِيه الذى له يَكْتُبُه والذى عَلَيْه يُمَحِّيه

593. Tibi sufficit commercium habere cum jurisconsulto. Quod pro ipso est, scribit, quod contra ipsum est, delet. D.

٥٩٤ مَنْ لم يَحْسِب العَوَاقِب مَا الدَّهْرُ له بِصَاحِب

494. Qui de rerum fine non cogitat, ei tempus (fortuna) socius non est. D.

In codice Par. legitur: ما له فى الدهر بصاحب „ei in tempore socius non est.“

٥٩٥ يِبَحْسِب الفِرَاء نَسِيج

595. Vestes pelliceas textas esse putat. D.

٥٩٦ يِبَحْسِب مِنَ الأَقْرَع شَعْر ومِنَ الحافِى نَعْل

596. Putat in calvo crines et in nudipede calceum esse. D.

٥٩٧ ما حَسَدْنَاكُمْ عَلَى الشِّوِىّ وَالرِّقَاق تَحْسِدُونا أَنْتُمْ عَلَى النَّوْم فى الزِّقَاق

597. Vobis carnes tostas et placentas non invidimus, vos autem nobis somnum in plateis invidetis. D.

In codice G. legimus لم احسدك على السمان والرقاق تحسدنى على النومات بالصقاق

٥٩٨ لَا تَحْسِدْنِي على رِزْقِي لِئَلَّا يَضِيع رِزْقُك وَرِزْقِي

598. Ne mihi victum quotidianum invide, ne et tuus et meus victus quotidianus pereat. G.

٥٩٩ الحَسَدُ حَسَكٌ مَنْ تَعَلَّق به هَلَك

599. Invidia planta Hasac (tribulus) est, cui adhaeret, is perit. D.

٦٠٠ الحَسَدُ كَصُدَاعِ الحَدِيد لا يَزَال بِهِ حَتَّى يَأْكُلَه

600. Invidia ferrugini ferri similis est, quae id perdere nunquam cessat. A.

٦٠١ الحَسَدُ والنِّفَاق والكَذِبُ أَنَافِي الذُّلِّ

601. Invidia, hypocrisis et mendacium tripodes vilitatis sunt. B.

٦٠٢ الحاسِدُ مُغْتَاظٌ على مَنْ لا ذَنْبَ له

602. Invidus ei iratus est, cui crimen non est. B.

٦٠٣ الحاسِدُ يَفْرَحُ بزَلَّتِك ويُعَيِّب صَوابَك

603. Invidus ob lapsum tuum laetatur et rectum tuum vituperat. B.

٦٠٤ لَحَسُنَ مَا أَرْضَعْتِ إِنْ لم تَرْشُفِي

604. Profecto! pulchrum esset id, quod lactandum dedisti, si duobus labiis non sugeres.

De eo dicitur, quem beneficia in alios conferentem metuunt, ne malefaciendo beneficium corrumpat. Sam.

٦٠٥ مَنْ حَسُنَ خُلْقُهُ راح وَٱسْتَراح

605. Cujus natura pulchra est, is quietem dat et quietem percipit. D.

٦٠٦ مَنْ حَسُنَتْ سِيَاسَتُهُ دامَتْ رِياسَتُهُ

606. Cujus regendi modus pulcher est, ejus imperium durabit. A.

٦٠٧ ما أَحْسَنَ العِلْم لَوْلا أَنَّهُ غالِي ولَيْسَ يُوجَد العِلْم ان يُبْتاعَ بِٱلْمالِ

607. Quam pulchra esset scientia, nisi cari pretii esset et scientia non invenitur, quae opibus vendatur. D.

٦٠٨ أَحْسِنْ إِذا أَرَدْتَ أَنْ يُحْسَنَ إِلَيْكَ

608. Benefac si optas, ut alii tibi benefaciant! G.

٦٠٩ أَحْسِنْ الى من تَمْلِكُهُ يُحْسِنْ اليك من يَمْلِكك

609. Si erga eum, qui in tua potestate est, pulchre agis, erga te is, in cujus postate tu es, pulchre aget. A.

٦١٠ أَحْسِنْ لِمَنْ شِئْتَ كُنْتَ أَمِيرَهُ وَٱسْتَغْنِ عَنْ مَنْ شِئْتَ تَكُنْ نَظِيرَهُ وسَلْ مَنْ شِئْتَ تَكُنْ أَسِيرَهُ

610. Cui benefecisti, ejus princeps tu es; quo ca-

rere potes, ejus aequalis tu es; quem rogas, ejus captivus tu es. A.

٦١١ يُحْسِنُ بِيَدٍ وَيَاسِي بِأُخْرَى

611. Una manu benefacit et altera manu malefacit. D.

ياسي mihi loco vocis يُسِيُّ esse videtur.

٦١٢ مَنْ اسْتَحْسَنَ قَبِيحًا فَقَدْ عَمِلَهُ

612. Qui turpe pulchrum esse putat, id jam peregit. D.

٦١٣ حُسْنُ الْأَدَبِ يَسْتُرُ قُبْحَ النَّسَبِ

613. Morum pulchritudo generis turpitudinem tegit. B.

٦١٤ حُسْنُ الثَّنَاءِ عَلَى الْمَيِّتِ خَيْرٌ مِنْ سُوءِ الثَّنَاءِ عَلَى الْحَيِّ

614 Pulchra laus mortuo tributa melior est, quam prava laus vivo. Fakih. Alchol. p. 159. l. 12.

٦١٥ حُسْنُ الْخَلْقِ غَنِيمَةٌ

615. Pulchritudo formae praeda est. B.

٦١٦ حُسْنُ السُّؤَالِ نِصْفُ الْعِلْمِ وَحُسْنُ التَّدْبِيرِ نِصْفُ الْعَيْشِ وَحُسْنُ الْمُدَارَاةِ نِصْفُ الْعَقْلِ

616. Pulchritudo interrogandi dimidium doctrinae, pulchra dispositio dimidium vitae et pulchre modo lene tractare dimidium prudentiae est. A.

٦١٧ حُسْنُ الصُّورَةِ أَوَّلُ السَّعَادَةِ

617. Pulchritudo formae initium felicitatis est. D.

٦١٨ حُسْنُ الْمَرْءِ غَنِيمَةٌ

618. Pulchritudo viri praeda est. B.

٦١٩ اَحْسَنُ ٱلْعِلْمِ ما كان مع العَمَل

619. Optima scientia ea est, quae cum opere conjuncta est. A.

٦٢٠ أَحْسَنُ ٱلْكَلَامِ ما صَدَقَ بِهِ قَايِلُه وٱنْتَفَعَ بِهِ سَامِعُه

620. Sermo pulcherrimus est, quo loquens verax est et ex quo audiens commodum capit. D.

٦٢١ الإِحْسَانُ يَقْطَعُ اللِّسَان

621. Beneficium linguam amputat. A.

٦٢٢ لَا إِحْسَانَ إِلَّا بِالتَّمَام

622. Non est beneficium, nisi quum perfectum est. D.

٦٢٣ اَلْمُحْسِنُ مُعَان

623. Benignus adjuvatur (a Deo) Meid. praef. conf. Meid. C. 6, 141.

٦٢٤ كَحَسْوِ الدِّيك

624. Ut sorbitio galli.

De re pauca adhibetur Sam. In Meidanii opere de celeritate. Meid. 24, 238.

٦٢٥ حَصَلَ لَهَا زَوْج قَالَتْ أَعْوَر

625. Conjugem obtigit, dixit ea: Monoculus. D.

٦٢٦ لا يَحْصُل العِلْم إلَّا بِخَمْس خِصَال غَرِيزَة صَالِحَة وَعِنَايَة تَامَّة وكِفَايَة قَايِمَة وقَرِيحَة لَطِيفَة ومُعَلِّم مُرْشِد

626. Doctrina nonnisi per quinque res acquiritur: Naturam bonam, studium perfectum, laborem constantem et praeceptorem bene ducentem. A.

٦٢٧ حُصُون الرِّجَال الخَيْل والسِّلَاح

627. Arces virorum equi armaque sunt. D.

٦٢٨ مَنْ حَضَرَ طَعَامًا لم يُدْعَى اليه اسْتَحَقَّ الطَّرْدَ

628. Qui apud cibum praesens est, ad quem invitatus non erat, is qui repellatur dignus est. D.

٦٢٩ أَحْضَرُ النَّاسِ جَوَابًا مَنْ لَمْ يَغْضَب

629. Qui non irascitur, in respondendo promtissimus hominum est. Schar.

٦٣٠ أَحْضَرُ عَطَب عَدَمُ أَدَب

630. Qui eruditione caret, in iram vehementem maxime pronus est. Schar.

٦٣١ أَحْضَرُ مِنَ ٱلتُّرَاب

631. Praesentior quam terra. Sam. Schar.

٦٣٢ حُطَّ رَاسَكَ عِنْدَ رَأْسِى

632. Caput tuum apud caput meum demitte! D.

٦٣٣ حُطُّوا أَيْدِيكُمْ عَلَى ٱلْحِيطَانِ وَقُولُوا حَكَمَ ٱللهُ وَكَانَ

633. Demittite manus vestras super muros et dicite: Deus decrevit et factum est. D.

٦٣٤ حَطَبَ فِى قُطْرِ يَمِينِ صَاحِبِنَا

634. Lignatus est in ligno agollocho dexterae socii nostri. D.

٦٣٥ أَحْطَمُ مِنْ جَرَاد

635. Magis frangens quam locusta. Schar.

٦٣٦ حَظُّ فِى ٱلسَّحَاب وَعَقْل فِى ٱلتُّرَاب

636. Fortuna (sors) in nubibus et mens in terra. D.

٦٣٧ حَفَرَ لَهُ عَافُور شَرِّهِ

637. Fossam mali sui ei fodit.

Legitur quoque عافور fossa, quam ad capiendum leonem fodiunt. In eum dicitur, qui socio suo interitum parat. Schar.

٦٣٨ مَنْ حَفَرَ لِأَخِيهِ جُبًّا وَقَعَ فِيهِ مُنْكَبًّا

638. Qui fratri suo puteum profundum (ut in eum cadat) fodit, is pronus concidens in eum irruit. D.

In codice G. legimus من حفر حفرة يسقط بها „Qui foveam fodit, in eam incidit.“ In codice Asselini sic legitur: من حفر بيرا لاخيه وقع فيه „Qui fratri suo puteum fodit, is in eum incidit“ et in altero loco sic: من حفر بئرا لاخيه كان حتفه فيه „Qui fratri suo puteum fodit, ejus mors in eo erit. Conf. Meid. 24, 256 et Rostg. libr. prov. 411.

٦٣٩ حِفْظُك لِسِرّك أَوْجَبُ بِهِ مِنْ حِفظِ غَيْرِك لَه

639. Quod tu secretum tuum custodis, magis convenit, quam quod alius id custodit. D.

٦٤٠ حِفْظ الصَّبِيّ كَوَحْى فى الْحَجَر

640. Memoria pueri scripturae in lapide similis est.

Legitur quoque كوشمر et كوشى „ut pictura.“ I. e. ut in lapide incisum non deletur, sic puer rerum non obliviscitur. Sam.

٦٤١ حِفْظُ اللِّسَان رَاحَةُ الإِنْسان

641. Custodia linguae est quies hominis. D.

٦٤٢ عَلَيْك بِالْحِفْظ دُونَ الْجَمْع مِنَ الْكُتُب

642. Memoriae operam des non ex libris colligens! A.

٦٤٣ احفَظْ رَأْسَك مِنْ عِشْرَة لِسانِك

643. Custodi caput tuum a consortio linguae tuae! B.

٦٤٤ مَنْ يَحْفَظ فَاهُ يَحْفَظ مِنَ الضِّيق نَفْسَه

644. Qui os suum custodit, is se contra calamitatem defendit. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Sal. 21, 23.

٦٤٥ الحَقُّ مَغْضَبَة

645. Veritas est irae causa.

Verba haec ei dicuntur, qui, quod in re erga eum verax es, irascitur. Narrant Abu-Dsarrum dixisse: تركنى الحق وما لى صديق „Veritas me reliquit et amicus mihi non est“ Schar.

٦٤٦ إنَّ الحَقَّ إذا قَامَ دَفَعَ البَاطِل

646. Veritas, quum stat, mendacium repellit. Sch.

٦٤٧ أَحَقُّ النَّاسِ بالمَلَامَةِ مَنْ مَدَحَ نَفْسَه عِنْدَ قَوْمٍ عَرَفُوه

647. Vituperio dignissimus est is, qui apud homines eum noscentes se laudat. B.

٦٤٨ يَستَحِقُّ التَّفْضِيل عَلى غَيْرِه مَنْ له عِلْم وشَرَف

648. Cui doctrina et nobilitas est, is, qui aliis praeferatur, dignus est. A.

٦٤٩ استَحْقَبَ الغَزْوُ أَصْحَابَ البَرَاذِين

649. Incursio hostilis dominos equorum in posteriore sellae parte portavit.

I. e. eos abstulit sicut equo vehens post sellam res, quas portat. Proverbium in rerum angustiis (في ضيق المخارج) adhibetur. Sam. Schar.

٦٥٠ أَحْقَدُ مِنْ جَمَل

650. Odio plenior quam camelus.

Narrant camelum odium suum per plures annos servare Schar.

٦٥١ لا تَحْقِرْ ضَعِيفا فى تَقَلُّبِه إِنَّ البَعُوضَةَ تُدَمِّى مُقْلَةَ الأَسَد

651. Ne debilem in modo, quo se gerit, contemnas, nam culex interiorem oculi partem leonis vulnerat. D.

٦٥٢ مَا حَكَّ ظَهْرِى غَيْرُ ظُفْرِى وما سَعَتْ فى أُمُورِى غَيْرُ رِجْلِى

652. Non fricat dorsum meum nisi unguis meus, et non incedit in rebus meus nisi pes meus. D.

Conf. Meid. 24, 39.

٦٥٣ ما يَحُكُّ رأْسَكَ إِلَّا أَظْفَارُكَ

653. Nonnisi ungues tui dorsum tuum fricant. D.

In Rostgaardii libro: ما يحك جلدك الا ظفرك „Nonnisi unguis tuus cutem tuam fricat“ legitur.

٦٥٤ تَحَكَّكَتِ العَقْرَبُ بالأَفْعَى

654. Scorpio ad viperam se fricuit.

De viro dicitur, qui ei, cujus malum quod aliis infert, majus est, adversatur. I. e. ejus malo se opposuit Sam. Kam.

٦٥٥ ما فيه حاكّة ولا تاكّة

655. Non est in eo fricans (i. e. dens molaris) et non secans (i. e. dens caninus). Sam.

٦٥٦ محكّ المودّة والاخاء حال الشدّة لا الرّخاء

656. Lapis Lydius amoris fraternitatisque status calamitatis est, non status commoditatis. B.

٦٥٧ حاكمك خصمك

657. Judex tuus est adversarius tuus.

Dicitur, si quis eodem tempore judex et adversarius est. Schar.

٦٥٨ الحكمة تعرف عند المنطق والشجاعة عند الغضب والعفّة عند الشهوة

658. Sapientia in sermone, strenuitas in ira, morum castitas in cupiditatibus cognoscitur. A.

٦٥٩ الحكمة كالعروس تريد البيت خاليا

659. Sapientia sponsae similis est, domum vacuam esse vult. A.

٦٦٠ الحكيم من يظهر فعله وقوله وفكره سواء

660. Sapiens est, cujus factum, verbum et cogitatio aequalia esse apparent. A.

٦٦١ لحكيمُ يَسْتُر حِكْمَتَه وَإِنْ لَمْ يَكُنْ عَلَيْه ثِيَاب

والجاهِل تَبْدُو عَوْرَتُه من تَحْتِ الثِّيَاب

661. Sapiens sapientiam suam tegit et si vestibus tectus non est; sed ignorantis pudendum appareat, et si vestibus indutus est. A.

٦٦٢ اذا حَلَّتِ الْمَقَادِير بَطَلَت التَّدَابِير

662. Quum res a Deo decretae adveniunt, res a nobis prudenter institutae irritae sunt. A.

٦٦٣ تَحَلَّلْ غِيلُ

683. Exceptionem juramenti tui concede, o Ghile!

Abschamsus ben-Sahd b. Said Manat Haidjomanijjam (s. Haidjomanam) Alahmbarii filiam accedens quum repelleretur, ejus patruus Alharitsus b. Cahb, qui amicum defendere vellet, in pede vulneratus est, ut claudicaret. Quam ob causam pretio sanguinis postulato Ghilanus b. Malic b. Ahmru quominus id solveretur, impedivit dicens:

لا نَعْقِلُ الرِّجْلَ ولا نَدِيهَا

حتَّى تَرَى دَاهِيَةً تُنْسِيهَا

أَوْ يَسْفِ فِي أَعْيُنِنَا سَافِيهَا

„Pedem non expiabimus et ejus pretium non solvemus, donec calamitas apparet, quae eum in oblivionem adducit aut quidam in oculos nostros pulverem spargit.“ Metrum Sarih. est.

Hisce de verbis certior factus Abschamsus suis congregatis in gentem incursionem fecit. In Ghilani autem occisi oculos pulverem sparserunt, ista verba dicentes, quae in proverbii consuetudinem venerunt. Significant, minitantem victum esse. Sam.

٦٦٤ لَأُحَلِّأَنَّكَ حَلَاءَ عَيْرَ مَرْدُود

664. Contritione non prohibenda te conteram!

Verbs minitantis sunt. Sam.

٦٦٥ حَلَبُ الشَّهْبَا وخُبْزُهَا النَّقِي ورِجالُهَا لِلْحَرْبِ مَا تَلْتَقِي

665. Oppidum Haleb fulgens ejusque panis candidus est; et ejus viri ad bellum non concurrunt. D.

٦٦٦ أُحْلُبْ وَٱشْرَبْ

666. Mulge et bibe!

Sic nonnulli proverbium retulerunt. De re, quae prohibetur, id adhibent. Alii sic ليس كل اوان احلب واشرب „Non quodlibet tempus mulgendum et bibendum dat,“ id quod rectius putatur. Sensus hic est: Non omni tempore camelam invenio, quam mulgeam et cujus lac bibam. Non igitur me eam perdere decet. Schar. conf. Meid. 23, 103.

٦٦٧ هو مَحْلُوس على الدَّبْر

667. Is super podice strato tectus est.

De eo adhibetur, qui invitus ad rem adigitur. Sensus est. Is rei adhaeret, quemadmodum stratum dorso. S.

٦٦٨ اذا حَلَقوا ذَقَنَ جارِك بُلَّ أَنْتَ ذَقَنَك

668. Quum vicini tui mentum radunt et tu mentum tuum madefac! D.

٦٦٩ مَنْ حَلُمَ سَادَ ومن سَكَتَ سَلِمَ

669. Qui mansuetus est, dominatur et qui tacet, salvus est. A.

In altero loco legitur: من لم يَحلُم نَدِمَ ومن سكَتَ سَلِمَ „Qui mansuetus non est, poenitentiam aget et qui tacet, salvus erit.“ A.

٦٧٠ حِلْمُ الإنْسَانِ عَوْنُهُ

670. Mansuetudo auxilium hominis est. A.

٦٧١ حِلْمُ الرَّجُلِ فى غَيْرِ وَقْتِهِ جَهْلٌ

671. Mansuetudo viri tempore non conveniente insipientia est. D.

٦٧٢ انَّ لِذِى الحِلْمِ قَبْلَ اليَوْمِ ما تُقْرَعُ العَصَا

672. Viro intelligenti ante hodiernum diem baculus non pulsabatur.

Hoc e versu Almotalammesi desumtum esse dicunt:

لِذِى الحِلْمِ قَبْلَ اليَوْمِ ما يُقْرَعُ العَصَا وما عُلِّمَ الإنْسانُ الاَّ لِيَعْلَمَ

Intelligenti ante hunc diem baculus non pulsabatur et homo edoctus non est, nisi ut sciret.“ Metrum Thawil est. Sam. conf. Meid. 1, 146.

٦٧٣ أَحْلَمُ مِنْ سِنَانٍ

673. Mansuetior, quam Sinan. Schar. conf. Meid. 6, 165. adnott.

٦٧٤ أَحْلَمُ مِمَّنْ قُرِعت لَهُ العَصَا

674. Intelligentior quam is cui baculus pulsatus est. Schar. Meid. 1, 146.

٦٧٥ حُلْوُ اللِّسَان قَلِيلُ الإِحْسَان

675. Dulcis liuguae parum benefaciens. D. G.

In Rostgaardii et Burchhardtii libro loco vocis قليل legitur بعيد.

٦٧٦ حَلَاوَةُ ٱلدُّنْيَا لِجَاهِلِهَا ومَرَارَةُ الدُّنْيَا لِمَنْ عقل

676. Dulcedo mundi ejus ignoranti est et amaritudo mundi prudenti est. G.

٦٧٧ حَلْيُ الرَّجُل الأَدَب

677. Cultura animi ornamentum viri est. B.

٦٧٨ حَلْيُ النِّسَاء ٱلذَّهَب

678. Aurum ornamentum mulierum est. B.

In codice Assel. verbis paulum mutatis hoc cum praecedente conjunctum est.

٦٧٩ أَحْلَى مِنَ النَّمْرِ الجَنِيّ

679. Dulcior quam dactylus recens.

Dixit poeta Alhothaiah:

وأَحْلَى مِنَ التَّمْرِ الجَنِيّ وَفِيهِم بَسَالَةُ قَيْسٍ إِنْ أُرِيدَ بَسَالُها

„Dulcior quam dactylus decerptus et in iis est gentis Kaisi strenuitas, si ejus strenuitas postulatur.“ Metrum Thawîl est.

٦٨٠ أَحْلَى مِنَ الجَنَى

680. Dulcior quam recentes dactyli. Schar.

٦٨١ أَحْلَى مِنَ الشَّهْد

681. Dulcior quam favus mellis.

Dixit poeta Abu-l'Nedjm:

أَحْلَى مِنَ الشَّهْدِ ومُرٌّ حَنْظَلُهْ فَهْوَ يَسِيل شَرْيُه وعَسَلُهْ

Dulcior quam favus mellis et ejus colocynthis amara est. Fluit autem ejus colocynthis et mel.“ Metrum Redjes est.

٦٨٢ أَيْش أَحْلا من لحَلاوة الصُّلْح بَعْدَ ٱلْعَدَاوَة

682. Quam (ad verbum: quaenam res?) dulcior quam dulcedo est pax post inimicitiam! D.

٦٨٣ أَيْش أَحْلا من الوَلَد وَلَدُ الوَلَد

683. Quam dulcior quam filius est nepos! D.

Legitur quoque: ما احلى من الولد الا ولد الولد

٦٨٤ إِذَا حُمَّ القَدَر دُمَّ ٱلْبَصَر

684. Quum res a Deo decreta est, oculus tegitur (ut res non cernat). Schar. conf. Meid. 1, 48.

٦٨٥ هٰذِيك الحَمَامَة طَارَتْ

685. Haec columba volavit. D.

٦٨٦ أَحْمَدُ ٱللَّهَ وَأَشْكُرُهُ وَهٰذَا قَوْلٌ لَا تَذْكُرُهُ

686. Deum laudo eique gratias ago et hoc est verbum, cujus tu mentionem non facis. D.

٦٨٧ حُمْرَةٌ فِي الْوَجْهِ وَلَا مَغْصَةٌ فِي الْبَطْنِ

687. Rubedo in facie et non tormen in ventre. D.

٦٨٨ حِمَارُ قَصَّارٍ إِنْ جَاعَ شَرِبَ وَإِنْ شَبِعَ شَغِبَ

688. Asinus fullonis, si esurit bibit et si satiatus est, malum infert. D.

٦٨٩ حِمَارٌ مَرْبُوطٌ فِي الشَّمْسِ

689. Asinus in sole ligatus. D.

٦٩٠ لِلْحِمَارِ يَرْتَبِطُ مِنْ رَسَنِهِ وَالْإِنْسَانُ مِنْ كَلَامِهِ

690. Asinus ad funem capistri sui ligatur et homo ad sermonem suum. G.

٦٩١ مِنْ حَمِيرِ الْحِجَارَةِ الشَّقَاءُ وَالضَّرْبُ

691. Ad asinos lapidum (qui lapidibus portandis destinati sunt) miseria et percussio pertinet. D.

٦٩٢ كَأَحْمَرِ عَادٍ أَوْ كُلَيْبٍ وَايِلٍ

692. Ut Ahmar-Ahd aut Colaib-Wajil.

Hoc e versu Hodsailitae desumtum est:

مَنْ كَانَ يَرْجُو الصُّلْحَ فِيهِ فَإِنَّهُ كَأَحْمَرِ عَادٍ أَوْ كُلَيْبٍ لِوَايِلِ

Qui pacem in eo sperat, is ut Ahmar-Ahd aut Colaib genti Wajel est. Metr. Thawil est. p. 162.

Hoc proverbum de infelici, infausto adhibent conf. Meid. 13, 114. 117. Sam.

٦٩٣ حُمُوضَاتُ الطَّعَامِ خَيْرٌ مِنْ حُمُوضَاتِ الْكَلَامِ

693. Acrimonia in cibo melior est, quam acrimonia in sermone. A.

٦٩٤ الْحُمْقُ فِى الطَّوِيلِ صَغِيرِ الرَّاسِ والْكَذِبُ فِى الْقَصِيرِ والظُّلْمُ والزِّنَاءُ فِى ذِى الشَّامَاتِ والْحِفْظُ فِى الْعُمْيَانِ وسُوءُ الْخُلْقِ فِى الْعُرْجَانِ وخِفَّةُ الرُّوحِ فِى الْحُولَانِ وقِلَّةُ الْعَقْلِ فِى الْخِصْيَانِ والْعَجَلَةُ فِى الصِّبْيَانِ والْكَسَلُ فِى الْمَشَايِخِ والْمَكْرُ فِى النِّسَاءِ والْمِرَاءُ فِى الْعُلَمَاءِ والذُّلُّ فِى الْأَيْتَامِ والْحَسَدُ فِى الْجِيرَانِ والْإِسْرَافُ فِى الشَّبَابِ والْحِرْصُ فِى الشُّيُوخِ

694. Stupiditas in longo, cujus caput parvum est, mendacium in brevi, injustitia et scortatus in iis, qui naevos habent, memoria in caecis, prava naturae indoles in claudis, levitas animi in strabis, parum ingenii in eunuchis, festinantia in pueris, segnities in senibus, perfidia in mulieribus, hypocrisis in doctis, despectus in orphanis, invidia in vicinis, prodigentia in juvenibus, aviditas in doctoribus conspicitur. A.

٦٩٥ اَلْحَمَاقَةُ فِى الطَّوِيل

695. Stupiditas in longo est. Fakih. Alchol. p. 170. l. 15.

٦٩٦ اَحْمَقِى وَتِيسِى

696. Stupida sis et Tisi!

Verba haec mulieri contumeliae causa dicebantur. De eo quoque adhibentur, qui res nulli rei similes loquitur. Sam. Schar. conf. Meid. 3, 93.

٦٩٧ أَحْمَقُ نَاقّ

697. Stupidus fatuus.

Dicitur quoque احمق فاك et احمق فاك تاك cum eadem significatione. Sam.

٦٩٨ أَحْمَقُ مِنَ ٱلْحُبَارَى

698. Stupidior quam otis.

Otidem tempore, quo plumas amittat, plures simul abjicere narrant, dum caeterae aves nonnisi unam post alteram abjiciant, otidem quoque, aliis avibus avolantibus ob periculum, suo loco remanere et ob tristitiam mori. In hisce rebus proverbii causam vident. Sam. Schar.

٦٩٩ أَحْمَقُ مِنَ ٱلرِّخْل

699. Stupidior quam agna ovis. Sam. Schar.

٧٠٠ أَحْمَقُ مِنَ ٱلْقَابِضِ عَلَى ٱلْمَاء

700. Stultior quam is, qui aquam manu capit.

In Corani Sur. 13, 15 legimus كباسط كفيه الى الماء ليبلغ فاه

„Non aliter quam is qui manus ad aquam extendit, ut eam ad os adducat.“ Dixit poeta:

وَأَصْبَحْتُ مِنْ لَيْلَى ٱلْغَدَاةَ كَقَابِضٍ عَلَى الْمَاءِ لَمْ تَرْجِعْ بِشَيْءٍ أَنَامِلُهْ

Matutino tempore quoad Laitam ei similis eram, qui aquam manu capit, dum ejus digiti nil reportant. Metrum Thawil est. Schar.

٧٠١ أَحْمَقُ النَّاسِ مَنْ أَنْكَرَ مِنْ غَيْرِهِ مَا هُوَ مُقِيمٌ عَلَيْهِ

701. Stultissimus hominum is est, qui aliorum conditionem ferre non potest, dum ipse eadem utitur. A.

٧٠٢ أَحْمَقُ النَّاسِ مَنْ يُعِيرُ وَيَسْتَعِيرُ

702. Stultissimus hominum est, qui mutuo dat et mutuatur.

Sic in codice Par. In codice Diez. legitur من يعين ويستعين „qui auxilium fert et auxilium rogat.“

٧٠٣ أَحْمَقُ مِنْ أُمِّ طُرَيْقٍ

703. Stupidior quam hyaena. Sam.

٧٠٤ أَحْمَقُ مِنْ أُمِّ عَامِرٍ

704. Stupidior quam hyaena. conf. Meid. 6, 179. 24, 239. Sam. Schar.

٧٠٥ أَحْمَقُ مِنْ حَمَامَةٍ

705. Stupidior quam columba. conf. Meid. 7, 116. S.

٧٠٦ أَحْمَقُ مِنْ شَيْخٍ مَهْوُوسٍ

706. Stultior quam senex gentis Mahw. conf. Meid. 7, 98 Schar.

أَحْمَقُ من طِرِّيق ٧٠٧

707. Stupidior quam avis Thirrik.

Avis ista quoque كروان appellata, si hominem videt, corpus ad terram deprimit. Homines eam capturi dicunt: اطرق كرا ان النعام فى القرى لن ترى „In terram caput demitte, o Carawan, nam struthiocameli in vicis sunt et tu non conspiceris.“ Tum vestimento superinjecto sine molestia eam capiunt. Sam. Schar.

أَحْمَقُ مِنْ عَدِيّ بْنِ جَنَاب ٧٠٨

708. Stultior quam Ahdijj ben-Djanab. conf. Meid. 21, 20. Schar.

أَحْمَقُ مِنْ قُبَاع بْن ضَبَّة ٧٠٩

709. Stultior quam Kobah ben-Dhabbah.

Vir iste, cujus stultitia in proverbii consuetudinem venit, ante Mohammedis tempus vixisse traditur. Ab isto viro stultus quisque cognomen القباع accepit. S. Sch.

أحمق من لاطِم الأرْضِ بِخَدِّه ٧١٠

710. Stultior quam is, qui terrae genam suam infligit. Sam. Schar.

أَحْمَقُ مِنْ ماضِغِ الْمَاء ٧١١

711. Stultior quam aquam manducans. Sam. S.

احْمَقُ مِنْ مَاطِخِ الْمَاء ٧١٢

712. Stultior quam aquam lambens. Sam. Schar. conf. Meid. 6, 205.

٧١٣ أَحْمَقُ مِنْ مالِكِ بْنِ زَيْدٍ مناة

713. Stultior, quam Malic b. Said Manat. Sam. Schar. conf. Meid. 1, 409. 12, 20. 23, 86.

٧١٤ أَحْمَقُ مِمَّنْ أَخَذَ ٱلْمَاءَ بِأُصْبَعِهِ

714. Stultior quam aquam digito capiens. Sam. S.

٧١٥ مَنْ حَمَلَ ما لا يُطِيقُ عَجَزَ وَمَنْ أُعْجِبَ بِنَفْسِهِ هَلَكَ وَمَنْ تَكَبَّرَ عَلَى النَّاسِ ذَلَّ وَمَنْ لَمْ يُشَاوِرْ نَدِمَ وَمَنْ جالَسَ الْعُلَمَاءَ عَلِمَ وَمَنْ قَلَّ كَلامُهُ دامَتْ عافِيَتُهُ

715. Qui in se suscipit, quod portare non valet, impar erit et qui admiratione sui impletur, peribit et qui erga homines superbum se gerit, despectus fit et qui alios non consulit, poenitentiam aget et qui doctorum societatem colit, doctus fit et cujus sermo paucus est, ejus incolumitas diuturna est. A.

٧١٦ ما يَحْمِلُ الْجَوْرَ إِلَّا الثَّوْرُ

716. Nonnisi taurus injuriam fert. D.

٧١٧ ما يَحْمِل الحقَدَ مَنْ تَعلو له الرُّتَب ولا يَنال العُلَا مَنْ طَبعُه الغَضَب

717. Cujus gradus dignitatis alti sunt, invidiam non habe et cujus natura ira est, dignitatis gradu alto non potitur. D.

٧١٨ لا يُحمِّل اللهُ نَفْسًا غَيْرَ طاقَتِها

718. Deus nemini plus, quam ferre potest, portandum imponit. D.

٧١٩ لا تُحمِّلْ نَفْسَك ما لا تُطيق ولا تَعْمَلْ عَمَلًا لا يَنْفَعك

719. Ne tibi rem, quam ferre non vales, imponas et ne opus facias, quod tibi inutile est. A.

٧٢٠ احتَمِلُوا لِمَنْ دَلَّ واقْبَلوا عُذْرَ من عَذَر اليكُمْ

720. Patienter eum ferte, qui indicat et ejus excusationem admittite, qui apud vos se excusat. A.

Videtur loco vocis دل indicat ذل despectus est legendum.

٧٢١ لِحمِيَة أَشَدُّ مِنَ العِلّة

721. Victus ratio tempore morbi durior est, quam morbus.

Sic dicitur, quod qui rebus abstinet tempore morbi, citius damnum ex eo capit, quod desiderio suo non sa-

tisfacit. Verba haec Abu-Korrah Aldjajih ابو قرة الجايع dixisse fertur. Schar.

٧٢٢ حَامِى على الصَّدِيق ولو فى الْحَرِيق

722. In honorando amico curam adhibe et si in incendio sit! D.

٧٢٣ أَحْمَى مِنْ جَمْرِ الغَضَا

723. Calidior quam pruna arboris Ghadha. Fakih. Alchol. p. 167. l. 4.

٧٢٤ يَحِنُّ الكَرِيم الى جَنَابِه كَمَا يَحِنُّ الأَسَدُ الى غابِه

724. Generosus majestatis suae desiderio tenetur, quemadmodum leo saltuum suorum desiderio tenetur. D.

٧٢٥ أَحْنَى مِنَ الوالِد

725. Propensior in puerum quam pater. Schar.

Samachscharius rectius من الوالدة „quam mater“ habet.

٧٢٦ الحَاجَةُ خَيْرٌ مِنْ غِنًى مِنْ غَيْرِ حِلِّه

726. Paupertas melior est, quam opulentia illicita.

De re nocente adhibetur. Sam. Schar.

٧٢٧ الحاجَةُ على قَدْرِ الرَّسُول

727. Res necessaria e ratione legati est. D.

٧٢٨ أَحْوَجُ النَّاسِ لِلنَّاسِ وَهْوَ غَنِى عَنِ النَّاس

728. Qui hominibus maxime necessarius est, is hominibus maxime carere potest. D.

٧٢٩ مَنْ أَحْوَجَ النَّاسَ إِلَى سَبِّهِ سَبُّوهُ بِالْحَقِّ وَ الْبَاطِلِ

729. Qui homines cogit, ut eum probrosis verbis petant, eum tum vero tum falso petunt. D.

٧٣٠ الْحَوْرُ بَعْدَ الْكَوْرِ

730. Detrimentum post augmentum.

Legitur quoque: بعد الكون "post existentiam." De rerum vicissitudine adhibetur. Sam. Schar.

٧٣١ حُطِ الْحُزْنَ فِي الْخُرْجِ

731. Custodi tristitiam in hippopera! D.

٧٣٢ حَائِطٌ خَيْرٌ مِنْ أَلْفِ شَفِيعٍ

732. Murus melior est, quam mille intercessores. D.

٧٣٣ أَيْشْ حَالُكَ الْيَوْمَ

733. Quomodo status tuus hodierno die est? D.

٧٣٤ أَيْشْ حَالُكَ قَالَ أَنَا فِي بَيْتِ وَحْدِي

734. Quomodo status tuus est? dixit: ego in domo mea solus sum. D.

٧٣٥ مَا لَهُ حَوْلٌ وَلَا مَعْقُولٌ

735. Neque potestas neque ingenium ei est. conf. Harir. p. 11. Schol.

٧٣٦ حَوَّلَ حَابِلَهُ عَلَى نَابِلِهِ

736. Convertit stamen telae super subtegmen i. e. superiorem rem fecit inferiorem. Kam.

٧٣٧ يُحِيل بِنَظَرِه وَبَنِيك بِعَيْنَيْه

737. Irruit visu suo et oculis suis futuit. D.

٧٣٨ حِيلَةُ الْمُقِلّ دَمْعَة عَيْنِه

738. Astutia egeni est lacryma oculi. D.

٧٣٩ حِيلَةُ من لا حِيلَةَ لَه الصَّبْر

739. Remedium ejus, cui remedium non est, patientia est.

Haec verba Actsamo ben-Zaifi tribuuntur. Cod. Abu-Ohb.

٧٤٠ رُبَّ حِيلَةٍ خَيْرٌ مِنْ قَبِيلَة

740. Astutia saepe melior (in adjuvando) est quam gens. D.

٧٤١ الْمُحْتَال يَمُوت قَبْلَ أَجَلِه

741. Qui alteri insidias struit, ante tempus suum morietur. Calil. p. 143.

٧٤٢ حَيَّهْن حِمَارِى وحِمار ضَاحِبى

742. Age! asinus meus et asinus socii mei. Sam.

٧٤٣ حَيَّهْن حِمَارِى وَحْدِى

743. Age! asinus nonnisi meus est.

Verbis hisce incitant et increpant. Proverbii causam hanc fuisse narrant. Mulier quaedam viro, qui asino vehebatur, socia erat, dum ipsa pedibus incedebat. Vir misericordia ductus mulieri asinum concessit, dum ipse pedibus incedebat. Post aliquod tempus mulier dixit: Age! asinus meus et asinus socii mei.“ Vir ista verba non curans nil respondit. Mulier ad homines veniens dixit: Age! asinus nonnisi meus.“ Homines mulieri, quam asino vehentem viderent, asinum adjudicarunt. De eo proverbium adhibetur, qui rei jus per injustitiam et insolentiam obtinet. Sam.

٧٤٤ حَيَاءُ الإِنْسَانِ سِتْرُهُ

744. Pudor hominis velum est. A.

٧٤٥ الْحَيَاءُ يَمْنَعُ الرِّزْقَ

745. Pudor impedit, quominus homo res ad vitam necessarias assequatur. D.

٧٤٦ حَيْوَةُ الْبَشَرِ شِفَاءُ الْقَلْبِ وَالْحَسَدُ عُفُونَةُ الْعِظَامِ

746. Animi sanatio est vita hominis et invidia est putredo ossium. G.

Salomoni tribuitur. conf. Prov. Salom. 14, 30.

٧٤٧ حَيَوَانٌ أَكُولٌ وَقَعَ فِي أَطْيَبِ مَأْكُولٍ

747. Animal vorax in optimum cibum incidit. D.

٧٤٨ مَنِ اسْتَحَى مِنَ النَّاسِ وَلَمْ يَسْتَحِ مِنْ نَفْسِهِ فَلَا قَدْرَ لِنَفْسِهِ عِنْدَهُ

748. Cui pudor hominum est; sed sui ipsius non est, is se ipsum minimi habet. A.

٧٤٩ لا تَسْتَحِى مِنْ بَذْلِ القِيلِ فَإِنَّ لِحِرْمَانَ أَقَلُّ مِنْه

749. Ne te pudeat verba facere, nam frustratio minor est, quam illa. B.

٧٥٠ حِرْنَا فِيك يا أَقْرَع مِنْ أَيْن نَمْشُطك

750. Obstupefacti sumus in te, o calve! ubi te pectentes incipiamus. D.

٧٥١ رُبَّمَا تَحَيَّرَ مَنْ تَخَيَّرَ

751. Interdum obstupefactus haeret is, qui eligit. D,

٧٥٢ حَيَّلَ مُفْلِس على مُفْلِس تَرَى العَجَب

752. Pauper contra pauperem versutiam adhibuit, mirum videbis. D.

٧٥٣ الحَيْن مَجْلُوب إِلَيْهِ الحايِن

753. Sultus ad interitum trahitur.

De eo adhibetur, qui a rebus ipsi perniciosis monitis non reducitur. Schar.

٧٥٤ أَخَبُّ مِنْ ثُعَالَة

754. Magis decipiens quam vulpes. Sam. Schar.

٧٥٥ أَخَبُّ مِنْ ذِئْب

755. Magis decipiens quam lupus. conf. Meid. 7, 127.

٧٥٦ أَخَبُّ مِنْ ذِي ضَبٍّ

756. Magis decipiens quam odium fovens. Schar. conf. Meid. 7, 127.

٧٥٧ أَخْبَثُ مِنَ الذِّئْبِ

757. Malignior quam lupus. conf. Meid. 7, 125.

٧٥٨ خَبَرُ ما جَاءَتْ بِهِ العَصَا

758. Nuntius est, quem equa Alahza adtulit.

Verba haec Ahmruus b. Ahdi Lachmita conspiciens equam Djasimahi, quae sola advenit, protulit. Magnam calamitatem esse significant. conf. Meid. 7, 9. Sam.

٧٥٩ مَنْ يُخْبِرُكَ بِشَتْمِ أَحَدٍ فَهُوَ الشَّاتِمُ

759. Qui tibi cujusdam contumelias in te dictas nuntiat, is contumelias in te dicit. D.

٧٦٠ الخُبْزُ قُوتُ من لا يَمُوتُ

760. Panis nutrimentum ejus est, qui non moritur. G.

٧٦١ . لَوْلا الخُبْزُ لَمَا عُبِدَ اللهُ

761. Si panis non fuisset, deus cultus non esset. D.

٧٦٢ هُوَ يَخْبِطُ خَبْطَ عَشْوَاءَ

762. Is pede offendit (s. vehementer conculcat) modo noctu non cernentis camelae.

De eo adhibetur, qui semper suum consilium sequens

et proruens finis rationem non habet Schar. Dj. conf. Meid. 7, 135. Harir. 207.

٧٦٣ أَخْتَلُ مِنْ ثُعَالَة

763. Magis decipiens quam vulpes. Schar. conf. اخبّ.

٧٦٤ أَخْتَلُ مِنْ ذِئْب

764. Magis decipiens quam lupus. Schar. conf. اخبّ et Meid. 12, 114.

٧٦٥ لِلْخَدِّ قَدْ تَعَوَّد لِلَّطْم

765. Gena percutiendo jam adsuefacta est. D.

In altero codicis loco هذا للخد معود للطم legitur.

٧٦٦ أَخْدَعُ مِنْ يَلْمَع

766. Magis decipiens quam vapor meridiei tempore in desertis.

Aquam eum esse putantes, ut versus illum iter dirigant, viatores decipiuntur. Conf. Meid. 23, 41.

٧٦٧ اَلْمَخْدُوع فِى جَنْبِ الْخَادِع سَعِيد

767. Deceptus in latere deceptoris felix est. A.

٧٦٨ مَنْ خَدَم اَلسُّلْطَان فَلْيَدْخُل عِنْدَه أَعْمَى

وَلْيَخْرُج أَخْرَس

768. Qui regis minister est, is ad eum caecus intret, mutus exeat. A.

٧٦٩ خادِم كَنِيس لا أَجْرَ ولا أُجْرة

769. Famulus ecclesiae; nulla est merces. D.

٧٧٠ الخَاذِل أَخُو القَاتِل

770. Alterum deserens frater occisoris est.

Proverbii verba e sermone Hasani ben-Tsabet, quo, quum Ohtsmanus occissus esset, Ahlium allocutus est, desumta sunt. Hasani verba haec sunt: تزعم انك ما قتلته ولكنك خذلته والخاذل اخو القاتل والسكوت اخو الرضى „Dicis, te eum non occidisse; sed eum deseruisti et alterum deserens frater occisoris est et silentium frater consensus. Schar.

٧٧١ أَخْذَل من يَلْمَع

771. Magis spem fallens quam vapor meridiei tempore in desertis. Schar. Sam. conf. اخدع.

٧٧٢ خَرِير المَاء فى الضَّيْعَة عِمَارَة عن العِمارة

772. Murmur aquae in praedio culturam indicat. D.

٧٧٣ خَرِبَتْ بَيْنَهُم الضَّبُع

773. Hyaena inter eos cacavit.

Inimicitia inter eos orta est. Schar.

٧٧٤ بَعْدَ خَرَاب البَصْرَة

774. Post vastationem urbis Bazrae. D.

٧٧٥ من خُرِّبَتْ دِيارُه كَيْف لا يَحْزَن عَلَى الرَّوَايَا

775. Cujus domus (s. provincia) vastantur, quomodo ob angulos domus tristitia non adficitur. D.

٧٧٦ من لا يُخرِّب لا يَبْنِي

776. Qui non destruit, non aedificat. D.

٧٧٧ قَدْ يَخْرُج من الصَّدَف غَيْر الدُّرّ

777. Ex conchis aliae quoque res quam uniones prodeunt. D.

٧٧٨ لا تَخْرُج النَّفْس مِنَ الأَمَل حَتَّى تَدْخُل فى الأَجَل

778. Anima spem non relinquit, donec fato obit. D.

٧٧٩ أَخْرِج المُسْتَهْزِئ فتَخْرج مَعَهُ الخُصومة

779. Si derisorem expellis, simul cum eo rixam expellis. G. Salomoni tribuitur. conf. Prov. Sal. 22, 10.

٧٨٠ ما يُخْرَج الزَّيْت إلاَّ بالمِعْصَار

780. Oleum nonnisi ope preli elicitur. G.

٧٨١ الخَارِج عن مِلَّته لحّان

781. Qui religionem suam relinquit, multum erat. D.

٧٨٢ خَرَاج سُلْطَانِ الشَّيَاطِين على قُلوب الغَافِلين

782. Tributum regis diabolorum animis inconsiderate agentium impositum est. D.

٧٨٣ أَخْرَسُ عَاقِلٌ خَيْرٌ مِنْ جَاهِلٍ نَاطِقٍ

783. Mutus intelligens melior est quam insipidus loquens. D.

In codice Paris. sententia non legitur. In codice Diez. اخرص est et in codice G. quatuor voces cum articulo sunt simulque اخير legitur.

٧٨٤ خَرَقُ الْعَادَاتِ لِلسَّادَاتِ

784. Asperitas in consuetudinibus dominis proprium est. D.

٧٨٥ أَخْرَقُ مِنْ أَمَةٍ

785. Stupidior quam ancilla. Schar.

٧٨٦ أَخْرَقُ من صَبِى

786. Stupidior quam puer. Schar.

٧٨٧ خَرِيَةٌ فى فَرْوَةٍ

787. Merda in veste pellicea. D.

٧٨٨ إِنَّهُ لَخَازِقُ وَرَقَةٍ

788. Is folium transfigens est.

De eo dicitur, quem nemo aggredi audet vel de solerte et audace. Kam.

٧٨٩ أَخَسُّ من الْكَلْبِ

789. Vilior quam canis. Fakih. Alchol. p. 236. l. 3.

٧٩٠ أَخْسَرُ مِنْ أَبِي غُبْشَان

790. Majorem jacturam faciens quam Abu-Ghobschan. Sam. Schar. conf. Meid. 6, 152.

٧٩١ أَخْسَرُ مِنَ ٱلْقَابِضِ عَلَى ٱلْمَاء

791. Majorem jacturam faciens quam aquam manu capiens. Conf. احمق et Meid. 23, 82.

٧٩٢ أَخْشَنُ مِنَ ٱلشَّيْهَم

792. Asperior quam herinaceus. Sam. Schar.

٧٩٣ أَخْشَنُ مِنْ شَوْك

793. Asperior quam spina. Sam. Schar.

٧٩٤ خَشْيَةُ ٱلرَّبِّ تَزِيد أَيَّامًا وَسَنُو ٱلْمُنَافِقِين تَتَنَاقَص

794. Timor domini (Dei) dies auget et anni hypocritarum diminuuntur. G. Salomoni tribuitur. Prov. Salom. 10, 27.

٧٩٥ خَشْيَةُ ٱللَّهِ رَأْسُ كُلِّ حِكْمَة

795. Timor Dei caput omnis sapientiae est. A. Conf. Prov. Salm. 1, 6.

٧٩٦ خَصْلَتَان يَسُود بِهِما الانْسَانُ بَذْل ٱلْمَال وَٱلتَّجَاوُز عَنِ ٱلنَّاسِ

796. Duae sunt res, per quas homo dominus est: opes dare et hominibus non egere. A.

٧٩٧ إِذَا خَاصَمْتَ فَاعْدِلْ

797. Quum litigas, moderate, juste age!

Proverbium, quod Kosso ben-Säihdah adscribitur, docet adjutores ejus, qui in litigando moderate et juste agat, multos esse. Schar.

٧٩٨ لَا تُخَاصِمْ مَنْ إِذَا قَالَ فَعَلَ

798. Ne litiga cum eo, qui, quum loquitur, facit. D.

٧٩٩ خَطُّ الْأَعْوَجِ مِنَ الطُّورِ الْكَبِيرِ

799. Linea curva e magno monte. D.

٨٠٠ لِلْخَطَأِ مَعَ الْجَمَاعَةِ خَيْرٌ مِنَ الصَّوَابِ مَعَ الْفِرْقَةِ

800. Error cum coetu melior est, quam rectum cum agmine separato. Schar.

Videtur in religione adhiberi.

٨٠١ رُبَّمَا أَخْطَأَ الْبَصِيرُ قَصْدَهُ وَأَصَابَ الْأَعْمَى رُشْدَهُ

801. Interdum videns scopum suum non attingit et caecus rectam viam suam invenit. A.

٨٠٢ مَنْ أَخْطَأَتْهُ الْمَنَاقِبُ لَمْ تَنْفَعْهُ الْمَنَاسِبُ

802. Cui virtutes non sunt, ei majores inutiles sunt. B.

٨٠٣ لَا تُخْطِئْ يَا فَتَى عَجِّلْ وَتُوبْ إِنْ أَخْطَأْتَ

803. Ne pecces, o juvenis! celeriter poenitentiam age, si peccas! D. G.

٨٠٤ مَنْ خَطَبَ لِلْحَسَنَةِ يُعْطِى مَهْرَهَا

804. Qui pulchram in matrimonium petit, is ejus dotem dat. D

٨٠٥ لا تُخَاطِبِ الْأَحْمَقَ ولا تُخَالِطْهُ فانَّهُ ما يَسْتَحِى

805. Ne loquere cum stulto et ne commercium cum eo habe, nam pudore non adficitur. D.

٨٠٦ لَيْسَ المُخاطِرُ بِمَحْمُودٍ وَلَوْ سَلِمَ

806. Qui periculo se exponit, laudem non meretur, et si salvus evaserit. D.

٨٠٧ أَخْطَفُ مِنْ بَرْقٍ

807. Magis abripiens quam fulmen.

Quia oculorum lumen celeriter aufert. Sam. Sch.

٨٠٨ أَخْطَفُ من حِدَأَةٍ

808. Magis abripiens quam milvus. Schar.

٨٠٩ أَخْطَفُ مِنْ عُقَابٍ

809. Magis abripiens quam aquila. Schar.

٨١٠ خَفِّفْ طَعامَكَ تَأْمَنْ سَقَامَكَ

810. Si cibum tuum levem facis, a morbo securus eris. D.

٨١١ خَفِيفٌ نَظِيفٌ

811. Levis, mundus. D.

٨١٢ أَخَفُّ مِنَ ٱلنَّسِيم

812. Levior quam lenis ventus. Sam. Schar.

٨١٣ أَخَفُّ مِنَ الهَبَاء

813. Levior quam atomi in aëre volitantes. Sch.

٨١٤ أَخَفُّ مِنْ رِيشَة

814. Levior quam pluma. Sam. Schar.

٨١٥ أَخَفُّ من سُرْفَة

815. Levior quam teredo.

Vocabulum سرفة animalculum designat, quod araneae simile esse dicitur. Schar. Sam. conf. Meid. C. 14, 87.

٨١٦ أَخَفُّ مِنْ عُقَيْب مَلاع

816. Levior (velocior) quam accipiter deserti.

Hic passeres tantum capit, non majores aves. S. Sch.

٨١٧ اخْفِضْ جَنَاحَك لِمَنْ عَلا ووَطِّى كَنَفك لِمَنْ دَنَا

817. Demitte alam tuam ei, qui altus est et ei, qui propinquus est, latus tuum lene redde! A.

٨١٨ هَيْهَات أَنْ يُخْفِىَ ٱلظَّلام المَشَاعِل

818. Multum abest, ut tenebrae lucernas occultent. D.

٨١٩ وهَلْ يَخْفَى عِلْمَ ٱلنَّاسِ ٱلنَّهَار

819. Num hominum scientiae dies occulta est? D.

٨٢٠ أَخْفَى مِنَ الذَّرَّة

820. Occultior quam formica parva. Sam. Sch.

٨٢١ أَخْفَى مِنَ السِّحْر

821. Occultior quam incantatio. Sam. Schar.

٨٢٢ أَخْفَى مِنَ الهَبَاء

822. Occultior quam pulveris atomi. Schar.

٨٢٣ لا خَلَّ فِيهِ ولا خَمْر

823. Non est acetum in eo et non vinum.

Omnino liber ab ista re est. conf. lex. meum et Meid. 24, 123.

٨٢٤ خَلِيلُ الإِنْسَان دَلِيلُ عَقْلِه

824. Argumentum, quo hominis ingenium probatur, ejus amicus est. A.

٨٢٥ أَنْتَ مُخْتَلٌّ فَتَحَمَّضْ

825. Tu plantam Chollah depasceris; accede jam ad plantam Hamdh!

Arabes dicunt, plantam Chollah panem camelorum esse, plantam Hamdh eorum fructum. I. e. tu quasi e plantis Chollah indigestione laboras; adhibe igitur medicinam plantae Hamdh. Ei verba dicuntur, qui minas profert. Sam. Schar.

٨٢٦ بَيْنَ الحِلْب والكَبِد

826. Inter carnem jecori adhaerentem et jecur.

In amico propinquo adhibetur. Sam.

٨٢٧ كَيْفَ الخَلَاص مَنْ حَصَل فى الأَقْفاص

827. Quomodo liberari possunt, qui in caveis sunt. D.

In codice Paris. non legitur, لمن autem mihi rectius et clarius videretur.

٨٢٨ تَخَلَّصَتْ قَائِبَة مِنْ قُوب

828. Pullus avis ex ovo prodiit.

I. e. Socius a socio se separavit. Kam. conf. Meid. 2, 48. 21, 30. 22, 169.

٨٢٩ يُخَالِط الأَفْرَنْج ويِلْعَب بالشَّطْرَنْج

829. Commercium cum Francis habet et latrunculis (Schachi ludo) ludit. D.

٨٣٠ لَا تُخَالِطْ صاحِبَ زَعَامة ولا كَبير العِمامة

830. Ne rem habeas cum eo, qui potestate praeditus est neve cum eo, qui magna fascia vestitus est. D.

٨٣١ خَلَع العِذار

831. Fraenum exuit. D.

٨٣٢ خَلَع رَسَنَه فعَدَا عَلَى النَّاس بِشَرّ

832. Exuit fraenum suum et homines malo invasit. Lex. meum.

٨٣٣ الخُلْف ثُلْث النِّفَاق

833. Promissis non satisfacere est tertia pars hypocrisis.

Proverbium hoc e Mohammedis verbis derivatum est: من علامات المنافق ان يكذب اذا حدث ويخلف اذا وعد ويخون اذا أؤتمن „Hypocrisis indicium est, quod narrans mentitur, promissa dans iis non satisfacit et fidelis ab aliis habitus perfidus est. Sam.

٨٣٤ لَيْسَ الْخُلْفُ مِثْلَ الرَّدِّ

834. Contrarium promissis facere, repulsae simile non est. B.

٨٣٥ خَلِّفْ لِعَدُوِّكَ لا تَحْتَاجْ لِصَدِيقِكَ

835. Si retro relinquis inimicum tuum, amicus tibi necessarius non erit. D.

٨٣٦ خَالِفْ نَفْسَكَ تَسْتَرِحْ

836. Adversare animae tuae, ut tranquillus sis! A.

٨٣٧ خَلَقَ اللّٰهُ لِلْحَرْبِ رِجَالا

837. Ad bellum Deus viros creavit. D.

٨٣٨ مَا خُلِقَ الْفِرَاقُ إِلاَّ لِتَعْذِيبِ الْعُشَّاقِ

838. Separatio nonnisi ad puniendos amantes instituta est. D.

Paulo aliter idem proverbium in codice B. legitur ما خلق الفراق الا ليعذب به العشاق.

٨٣٩ خُلُقُ الْقَلْبِ خَيْرٌ مِنْ مِلْءِ الْكِيسِ

839. Indoles bona animi melior, est quam crumena plena. A.

٨٣٩ أَخْلَقُ مِنَ البُرْدَة

840. Usu magis attritus quam pallium.

Pallium sc. Mohammedis, quo in festis Mohammedanorum imperatores utebantur. conf. Abulf. Ann. T. 1, p. 180. Pallium illud, quod poeta Caahb ben-Sohair a Mohammede dono acceperat, ab imperatore Moahwijjah pretio quadraginta millium drachmarum emtum imperatoribus tam Omajjadis quam Ahbbasidis ornamento et regiae potestatis signo serviebat, donec a Tartaris ablatum est.

٨٤١ لا يَخْلُو السَّيِّدُ مِنْ وَدُود يَفْرَح أو حَسُود يَقْرَح

841. Principi semper erit amans, qui laetitia adfectus aut invidus, qui dolore adflictus est. D.

٨٤٢ خَلِّي لِلحِساب لِيَوْم الحِساب

842. Relinque computum pro die extremi judicii. D.

٨٤٣ خَلِّي اِصْبَعَك صحيح ولا يَدْمُل ولا يَقيح

843. Relinque digitum tuum, dum sanus est, nam ulcera non habet et purulentus non est.

Verbum دمل a voce دمل ulcus derivatum videtur. D.

٨٤٤ مَنْ خَلَّا مِنْ أُمُور الشَّرْع شَيْا أَحْوَجَهُ اللهُ اليْه

844. Qui rerum a lege praescriptarum quandam relinquit, eum ad eam exequendam Deus coget. D.

٨٤٥ الخَلَاء بَلَاء

845. In secessu vivere infortunium est.

Locmanus Ahdita virum mulieremque solos quum conspiceret, verba ista dixisse fertur. In codice Scharaf-Aldini apud proverbium اخر الداء الكى additum est: ورب داعية لواعية „et interdum clamori causa est," puerum enim plorantem audiverat. conf. Meid. 10, 27.

٨٤٦ الخَمْرُ يُظْهِرما فى قَلْبِ الإنْسَان

846. Vinum id, quod in hominis animo est, ostendit. G.

٨٤٧ خَمْسَة أَشْياء مِنْ خَمْسَة أَنْفُس مُحال الأُولى طَلَب التَّوْقِير من الجاهِل والثانية طَلَبُ الهَدِيّة من الفَقِير والثالثة طَلَبُ الوَفَاء من النِّسَاء والرابعة طَلَبُ الخَيْر من العَدُوّ والخامسة طلب النَّصيحة من الحَسُود

847. Quinque res a quinque personis petere absurdum est: Prima est: petere reverentiam ab ignorante, secunda: donum a paupere, tertia: fidem a mulieribus, quarta: bonum ab inimico, quinta: sincerum monitum ab invido. A.

٨٤٨ مَن الَّذى لا يَخَافُ أَحَدًا هو الذى لا يَخَافُه أَحَد

848. Qui unum non timet, eum nemo timet. A.

٨٤٩ لا تَخَفْ أَحَدًا يَسُوءكَ فِرَاقُه ولا تَحُلَّ عَقْدًا

يُعْنِيكَ إِيثَاقُه ولا تَفْتَحْ بابًا يُعْيِيكَ سَدُّه ولا

تَرْمِي سَهْمًا يُعْجِزُكَ رَدُّه ولا تُفْسِد أَمْرًا يُعْيِيكَ

إِصْلاحُه ولا تَغْلِقْ بابًا يُعْجِزُكَ افْتِتَاحُه

849. Nullum metuas, cujus separatio tibi displicet; ne nodum solvas, quem firmiter constringere sine molestia non potes; ne portam aperias, quam obstruere non vales; ne sagittam jacias, quam reducere non potes; ne rem corrumpas, quam reparare non potes; ne portam claudas, quam aperire non potes. A.

٨٥٠ خَوْفُ اللهِ يَحْلُو القَلْب

850. Timor Dei animum dulcem (gratum) reddit. A.

Fortasse يجلو „polit“ legendum est.

٨٥١ مَنْ خان هَان

851. Qui decipit, vilis est. Diez.

In codice Par. من هان خان „Qui vilis est, decipit“ legitur.

٨٥٢ مَنْ خَانَهُ الوَزِير فَاتَهُ التَّدْبِير

852. Erga quem Vezirus perfidus est, is res non bene disponet. A.

٨٥٣ مَنْ لَمْ تَخُنْهُ نِساؤُه تَكَلَّمَ بِمِلْء فِيه

853. Quem mulieres suae non decipiunt, pleno ore loquitur. D.

٨٥٤ لَخَايِنُ خَايِفٌ

854. Perfidus timens est. D.

٨٥٥ أَخْيَبُ مِنْ نَاتِجِ سَقْبٍ مِنْ حَايِلٍ

855. Spe magis frustratus, quam is, cui foetus cameli mas nascitur e camela aliquamdiu non gravida.

Vir, cujus camela per aliquod tempus non peperit, sperat fore, ut foetum sexus feminei enitatur. Schar. Sed in codice Samachscharii tanquam duo proverbia scripta sunt اخيب من ناتج سقب et اخيب من حائل.

٨٥٦ خَيْرُ الأَبْنِيَةِ مَا اتَّسَعَ صَحْنُهُ وَارْتَفَعَ سَقْفُهُ

وَطَالَ مَدْخَلُهُ وَبَعُدَ مُتَوَضَّاهُ

856. Optima domus est, cujus impluvium largum, cujus tectum altum, cujus vestibulum longum et cujus latrina remota est. A.

٨٥٧ خَيْرُ أَخْلَاقِ اللَّئِيمِ أَنْ يَكُفَّ شَرَّهُ

857. Optima indoles vilis est, quod malum suum retinet. D.

٨٥٨ خَيْرُ الإِخْوَانِ مَنْ حَذَّرَ إِخْوَانَهُ مِنَ الشَّرِّ وَهَدَاهُمْ

إِلَى الخَيْرِ

858. Optimus frater est, qui malum fratres cavere jubet et eos ad bonum ducit. G.

٨٥٩ خَيْرُ الإِخْوَانِ مَنْ سَتَرَ ذَنْبَك ولَمْ يَقْرَعْك به وبَشْمَت بك الناس

859. Fratrum optimus est, qui peccatum tuum occultat et tibi id non objicit, dum alii ob malum tuum laetantur.

٨٦٠ خَيْرُ الأَشْيَاء جَدِيدُهَا وخَيْرُ الإِخْوَان قَدِيمُهَا

860. Optima res est nova; sed optimus amicus est vetus. B.

In codice Diez. prior pars sola est omissa posteriore.

٨٦١ خَيْرُ الأَصْحَاب مَنْ دَلَّك على الخَيْر

861. Optimus sociorum is est, qui bonum tibi indicat. D.

٨٦٢ خَيْرُ الأَطْعِمَة ما طَابَتْ رَائِحَتُه وحَسُنَ مَنْظَرُه ولَذَّ طَعْمُه وجَادَ غِذَاؤُه وخَيْرُ الأَشْرِبَة ما يَرُوق العَيْن ويُلِذّ الفَمَ ويُسِرّ القَلْبَ وخَيْرُ الثِّيَاب ما دَقَّ غَزْلُه ورَقَّ نَسْجُه ولانَ مَسُّه وطَاب لُبْسُه

862. Optimus cibus est, cujus odor bonus, adspectus pulcher, sapor suavis et alimentum multum est; et optimus potus est, qui oculo placet, ori gratus est, animum exhilarat; et opti-

mum vestimentum est, cujus fila tenuia sunt, cujus textura tenera est, quod tactu molle et vestitu bonum est. A.

٨٦٣ خَيْرُ الْأَمْوَال مَا ادُّخِرَ لِدَفْعِ الْبُوسِ وَوُقِيَتْ بِنَفَايِسِهِ النُّفُوسُ

863. Optimae opes eae sunt, quae asservatae sunt ad repellendum malum et quibus etiam pretiosis vita servatur. Fakih. Alchol. p. 160. l. 4.

٨٦٤ خَيْرُ الْأُمُورِ مَا سَرَّكَ فِي يَوْمَيْكَ وَأَسْعَدَكَ فِي دَارَيْكَ

864. Optima res est, quae duobus diebus tuis (sc. vitae et mortis) laetum te reddit et in duabus domibus tuis (sc. hujus et alterius mundi) te beat. A.

٨٦٥ خير التِّجَارَة مَكْسَب بِغَيْر خسَارَة

865. Optima mercatura est lucrum sine jactura. D.

٨٦٦ خَيْرُ الْجَلِيسِ كِتَابٌ نَفِيسٌ

866. Optimus conviva est liber pretiosus D.

٨٦٧ خَيْرُ الزِّيَارَةِ لَحْظَةٌ

867. Optima visitatio est nictus oculi. D.

٨٦٨ خَيْرُ السَّلَاطِينِ مَنْ عَدَلَ فِي النَّاسِ

868. Optimus imperator is est, qui in homines justus est. D.

٨٦٩ خَيْرُ الفِقْهِ ما حاضَرْتَ به

869. Optima jurisprudentia ea est, qua disceptas. Cod. Ab. Ohbaid.

٨٧٠ خَيْرُ القَوْمِ خادِمُهُمْ

870. Optimus in gente est, qui ei ministrat. D.

In codice Gott. خيار legitur.

٨٧١ خَيْرُ الكَلامِ ما قَلَّ وَدَلَّ

871. Optimus sermo is est, qui paucus est et indicat. D.

٨٧٢ خَيْرُ الكَلامِ ما كانَ لَفْظُهُ فَحْلًا ومَعْناهُ بِكْرًا

872. Optimus sermo est, cujus verba admissarius sunt et cujus sensus juvenca camela est. D.

٨٧٣ خَيْرُ الكَلامِ ما يُؤنِسُ مُسْمِعَهُ ويُوئِسُ مُصْنِعَهُ

873. Optimus sermo est, qui eum proferenti animos conciliat et docturo desperationem adfert. D.

٨٧٤ خَيْرُ اللِّسانِ المَخْزُونُ وخَيْرُ الكَلامِ المَوْزُونُ

874. Optima lingua est, quae asservata est et optimus sermo, qui ponderatus est.

In utroque codice Diez. et Par. المحزون. Legendum autem puto المخزون; significatio enim tristitia adfecti, quae voci المحزون propria est, sensui minus apta videtur.

٨٧٥ خَيْرُ اللَّعِبِ ما يُرْضِي الصُّدُورَ

875. Optimus lusus est, qui animos contentos reddit. D.

٨٧٦ خَيْرُ المالِ ما أُنْفِقَ فى ٱلْفُقَرَاء

876. Optima opum pars ea est, quae in pauperum commodum erogata est. A.

٨٧٧ خَيْرُ المالِ ما وُقِىَ به العِرْض

877. Optimae opes sunt, quibus honor defenditur.

In libro Fakihat-Alcholafa p. 125. l. 7. legimus: خير المال ما وقيت به النفس „Optimae opes sunt, quibus vita defenditur.“

٨٧٨ خَيْرُ المُلُوك مَنْ كَفَا وكَفّ وعَفَا وعَفّ

878. Optimus rex est, qui sufficit et abstinet et condonat castusque est. A

٨٧٩ خير المُنَادَمة قِلّة الخِلَاف

879. Optimum consortium est paucitas repugnantiae. D. G.

٨٨٠ خَيْرُ النِّسَاء وَدُود وَلُود

880. Optima mulier ea est, quae amat et liberos gignit. A.

٨٨١ خَيْرُ الوَعْظ ما رَدَع وخَيْرُ المالِ ما نَفَع

881. Optima admonitio ea est, quae retinet et optimae opes sunt, quae prosunt. A.

٨٨٢ خَيْرُ المَوَاهِب العَقْل وشرُّ المَصَايب الجَهْل

882. Optimum donum ingenium est et pessimum infortunium ignorantia est. A.

٨٨٣ خَيْرُ عَمَلِك ما ٱسْتَصْلَحْتَ بِهِ يَوْمَك وشَرُّه ما ٱسْتَفْسَدتَ به قَوْمَك

883. Optimum opus tuum id est, quo diem tuum corrigere vis et pessimum est, quo gentem tuam corrumpere vis. A.

٨٨٤ الذى ما له خَيْر من صَاحِبه القَديم ما له خَيْر فى صَحِيبه (صاحبه) الجَديد

884. Cui bonum non est e vetere socio suo, ei bonum non est in novo socio suo. G.

٨٨٥ لا خَيْرَ فى جِسْمٍ لا يُصِيبُه سُقْم

885. Nil boni in corpore est, quod morbus non adficit. D.

In codice Par. لم legitur.

٨٨٦ لا خَيْرَ فِي السَّرَف ولا سَرَفَ فِي الخَيْر

886. In eo, quod supra modum fit, bonum non est et in bono nil supra modum fit. B.

٨٨٧ لا خَيْرَ فى غِمْدٍ إذَا لَمْ يَكُنْ لَهُ نَصْل

887. Nil boni in vagina est, in qua cuspis non est. D.

٨٨٨ لا خَيْرَ فى لَذَّةٍ يُعْقِبُها نَدَم

888. Nil boni in voluptate est, quam poenitentia sequitur. A,

٨٨٩ لا خَيْرَ فى مُؤاخَاةِ مَنْ لا يَسْتُرُ عَيْبَكَ ويَرُدُّ غَيْبَك

889. Nil boni in fraternitate ejus est, qui vitia tua non occultat, et qui eum, qui te absentem traducit, non repellit. A.

٨٩٠ لا خَيْرَ فى مُعِينٍ مَهِينٍ ولا فى صَدِيقٍ ضَنِينٍ

890. Nil boni in adjutore despecto et in amico avaro est. A.

٨٩١ هُوَ مِنْ خَيْرِ قَوْسٍ سَهْمًا

891. Is optimus arcus quoad sagittam est.

I. e. Tibi contrarius erat, tum voluntati tuae satisfecit. Dicitur quoque خير قويس Kam.

٨٩٢ أَخَيْرٌ أَمْ شَرّ

892. Utrum bonum an malum? Schar.

Verbis idem sensus est, quam proverbio, quod Meid. 12, 5 legimus.

٨٩٣ الخَيْرُ بِالخَيْرِ والشَرّ بالوَيْل

893. Bonum cum bono (conjunctum est), malum cum infortunio. D.

٨٩٤ لا على الخَيْط ولا على المَسْطَرَة

894. Non ad filum et non ad canonem geometricum. D.

٨٩٥ إِنَّ مَنْ يَخَلْ يَنْظُرْ

895. Qui opinatur, is observat.

I. e. qui eventum rei suae ante oculos sibi ponit, is dignus est, qui rerum ipsi salutarium rationem habeat. Actsamo ben-Zaifi haec verba tribuuntur. Schar.

٨٩٦ أَخْيَلُ مِنْ دِيك

896. Superbior quam gallus. Sam. Schar. conf. Meid. 11, 41.

٨٩٧ دَبَّتْ إِلَيْنَا عَقَارِبُهم

897. Scorpiones eorum ad nos repserunt. Sam. conf. Meid C. 12, 3.

٨٩٨ الدُّبَّة شَقَّتْ كُسَّهَا ما ضَرَّتْ إِلَّا نَفْسَهَا

898. Ursa vulvam suam laceravit; nonnisi sibi ipsi nocuit. D.

٨٩٩ الدِبّانُ يَعْتَرِف دَقَنَ بَيَّاع الدِبْس

899. Muscae mentum ejus, qui mel vendit, noverunt. G.

In hocce proverbio voces دقن et الدبان rectius littera ذ scribendae sunt; sed vulgaris enunciandi modus est.

٩٠٠ أَدَبُّ مِنَ الشَّمْس إِلى غَسَقِ الظُّلْمَة

900. Magis repens quam sol ad tenebras obscuritatis. Sam. Schar.

٩٠١ أَدَبُّ من حَبَابِ المَاء

901. Magis repens quam bulla aquae. Sam. Sch.

٩٠٢ أَدَبُّ مِنْ عَقْرَب

902. Magis repens quam scorpio. Sam. Schar.

٩٠٣ أَدَبُّ مِنْ قُرَاد

903. Magis repens quam ricinus. Sam. Schar.

٩٠٤ اذا أَدْبَرَ البَخْت لا فَوْق ولا تَحْت

904. Quum fortuna retrocedit, neque supra neque infra est. D.

٩٠٥ يُدَبِّرُ المُدَبِّرون والقَضَاء يَضْحَك

905. Prudentes res instituunt; at fatum ridet. D.

٩٠٦ دَجاجة لها رِيش لَكِنْ ما تَطِير

906. Gallina quae pennis instructa est; sed non volat. D.

٩٠٧ اذا دَخَلْتَ أَرْضَ الحُصَيْب فَهَرْوِلْ

907. Quum in regionem Alhozaib intras, celeriter incede!

Pulchritudine quum excelleant mulieres illius regionis in terra Iemen sitae, auctor, ut celeriter transeatur, suadet. Kam.

٩٠٨ اذَا دَخَلَتِ المَوْعِظَةُ أُذُنَ الجاهِل مَرَقَتْ من الأُذُن الأُخْرَى

908. Si adhortatio in aurem insipidi intrat, per aurem alteram transit. A.

٩٠٩ أُدْخُلْ مَعَ الدَّجَاجِ واسرَحْ مَعَ النَّعَاجِ

909. Cum gallinis intra et cum ovibus libere pastum incede! D.

٩١٠ لا تَدْخُلْ بَيْتَ ضَنَّانٍ ولا تَأْكُلْ أَكْلَ مَنَّانٍ

910. Ne suspicacis domum intra et ne cibum ejus, qui beneficia exprobrat, ede! D.

٩١١ لا تَدْخُلْ بَيْنَ السَّمْعِ والبَصَرِ

911. Ne inter auditum et visum intres! D.

٩١٢ لا تَدْخُلْ فِي أَمْرٍ لا تَكُونُ فِيهِ مِهْرًا

912. Ne rem aggrediaris, cujus tu omnino peritus non es! A.

٩١٣ انَّ الدَّاخِلَ البَحْرَ مَفْقُودٌ والخَارِجَ مِنْهُ مَوْلُودٌ

913. Qui in mare intrat, amissus est et qui inde exit, recens natus. G.

٩١٤ ما أَنَا مِنْ دَدٍ ولا الدَّدُ مِنِّي

914. Ego Dadam non specto et Dada me non spectat.

Verba ei dicuntur, quocum omnino non consentimus. Sam. Dad nomen mulieris est.

٩١٥ لا دَرَّ دَرُّهُ

915. Ne ejus (viri) lactis radii copiose effluant!

Hisce verbis tum in male precando tum in bene precando utuntur. conf. lex. m.

٩١٦ اَلدُّرَّةُ عَلَى صِغَرِهَا خَيْرٌ مِنَ الصَّخْرَةِ عَلَى كِبَرِهَا

916. Unio, quamvis parvus est, melior est petrâ, quamvis magna est. A.

٩١٧ اِدَّرِعُوا اللَّيْلَ

917. Noctem tanquam loricam induite!

Proverbio idem sensus est, qui proverbio, quod Meid. 3, 63 legitur et eidem Actsamo ben-Zaifi tribuitur. Schar.

٩١٨ دِرْهَمٌ زَغَلٌ فِي اَلْمَحَكِّ يُبَانُ

918. Drachma adulterata in lapide Lydio cognoscitur. D.

٩١٩ دِرْهَمٌ يَنْفَعُ خَيْرٌ مِنْ دِينَارٍ يَصْرَعُ

919. Nummus argenteus, qui utilis est, melior est, quam nummus aureus, qui prosternit. A.

٩٢٠ دَرَاهِمُ يَلُمُّ دَرَاهِمَ

920. Drachmae drachmas colligunt. D. Conf. Meid. 8, 24.

٩٢١ وَلَا يَدْرِي نُصَيْرٌ مَنْ دَحَاهَا وَمَنْ هُوَ سَاكِنُ اَلْعَرْشِ اَلرَّفِيعِ

921. Nozairus nescit, quis eam subegerit et quis super throno alto sedeat.

Proverbium ad Hamasam p. 65. adductum versus metri Wafir est.

٩٢٢ ما أَدْرِى اىُّ الأَوْرَم هو

922. Nescio, quis homo sit. Sam.

٩٢٣ ما أَدْرِى اى البَرَنْسَا هو

923. Nescio, quis homo sit.. Sam.

٩٢٤ مَا أَدْرى اىُّ الطِّبن هُوَ

924. Nescio, quaenam creatura sit. Sam.

٩٢٥ ما أَدْرِى اىُّ الطَّمْش هو

925. Nescio, cujusnam generis sit. Sam.

٩٢٦ ما ادرى اىُّ النَّحْط هو

926. Nescio, quis homo sit. Sam.

٩٢٧ ما ادرى اى الوَرَى هو

927. Nescio, quis homo sit. Ṣam.

٩٢٨ ما ادرى اى تُرْخُم هو

928. Nescio, quis homo sit. Sam.

٩٢٩ ما ادرى اىُّ خابط ليل هو

929. Nescio, quis noctu sine directione proficiscens sit (quis homo sit) Dj.

٩٣٠ ما ادرى اىُّ خَلْق اللهِ هو

930. Nescio, quaenam creatura Dei sit. Sam.

٩٣١ ما ادرى اى دَهْدَاء الله هو

931. Nescio, quaenam creatura Dei sit. Sam.

٩٣٢ ما أَدْرِى أَىُّ طَرَفَيْه أَطْوَل

932. Nescio, quaenam duarum ejus extremitatum longior sit.

I. e. Nescio quaenam generis pars num matris an patris nobilior sit. Aliis extremitates duae penis et lingua sunt. Sam.

٩٣٣ انا أَدْرَى بِشَمْس بِلَادى

933. Ego solem terrae meae optime novi. D.

Loco vocis ادرى dicunt quoque اخبر et اعرف. Clar. Wustenfeldius notam marginalem mihi indicavit, in quo dictum est, proverbium e sequente versu derivatum esse:

اسايل عن ارض الفت ربوعها وفيها حبيب نلت منه مرادى
فقيل متى تظلم جلاها بوجهه فقلت انا ادرى بشمس بلادى

De terra quum quaererem, ad cujus habitacula adsuefactus eram et in qua amicus erat, qui voluntati meae satisfecerat, dictum est: quando obscura est, ex ejus facie lucem accipiet; sed dixi: ego terrae meae solem optime novi. Metrum Thawil est.

٩٣٤ دارِى أُمُورَك خَلِيلى ثُمَّ دَارِيهَا واذا نظرتَ
عُيوبَ النَاسِ غَطِّيهَا

934. Leniter tracta res tuas, o amice mi, tum eas leniter tracta et si vitia hominum vides, ea tege! G.

٩٣٥ دَعَوْا دَعْوَةَ كَوْكَبِيَّةَ

925. Invocarunt (Deum) invocatione oppidi Caucabijjah.

I. e. quae impleta est. Narrant, incolas illius oppidi contra praefectum, qui eos injuria afflixisset, Deum invocasse et praefectum statim post invocationem mortem obiisse. Kam.

٩٣٦ لا يُدْعَى الحَكيمُ حَكيما حتّى يَغْلِبَ جَميعَ شَهَواتِه

936. Sapiens suo nomine dignus non est, donec omnes suas cupiditates vincat. G.

٩٣٧ اذا ادَّعَيْتَ الباطِلَ أَحْجَجَ بك

937 Quum vanum tibi vindicas, id te vincet.

Legitur quoque: اذا رمت الباطل „Quum vanum vis.“ Proverbium significat, virum, qui rem, cui par non sit, suscipiat, ignominia adfici. Sam. Schar.

٩٣٨ الدَّعْوَةُ الى ضِيافَةِ البُقول بالمَحَبَّةِ أَفْضَلُ مِنَ الدَّعْوَةِ الى ضِيافَةِ العُجُول بالبَغْضَةِ

938. Invitare cum amore ad cibum hospitalem olerum melius est, quam invitare cum odio ad cibum hospitalem vitulorum. G. Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Sal. 15, 17.

٩٣٩ الدَّعْوى لِمَنْ صَدَق لا لِمَنْ سَبَق

939. Affirmatio rei ei est, qui verax est, non ei, qui praecessit. D. Fakih. Alchol. p. 99. l. 2 infr.

٩٤٠ أَدْفَأُ مِنْ شَجَرَة

940. Calidior quam arbor.

Arbor ramis foliisque tanquam veste calida tecta esse videtur.

٩٤١ اِدْفَعُوا الشَّرَّ بِالْخَيْرِ يَغْلِبْه فَمَنْ دَفَعَ الشَّرَّ بِالشَّرِّ رَجَعَ عَلَيْه

941. Malum per bonum repellite, nam hoc illud vincet; sed qui malum per malum repellit, contra eum redibit. A.

٩٤٢ دَفْنُ الْبَنَاتِ مِنَ الْمَكْرُمَاتِ

942. Filias sepelire quaedam actio generosa est. D. Conf. Meid. 3, 61.

٩٤٣ دُقَّ حَجَرٌ عَلَى حَجَرٍ قَالَ أَيْشَ أَنْتَ قَالَ أَنَا أَنْتَ

943. Contritus fuit lapis super lapide; dixit: Quaenam res tu es? respondit: ego idem sum qui tu. D.

٩٤٤ مَنْ دَقَّ الطَّبْلَ عَلَى بَابِ اصْطَبْل

944. Quis ante portam stabuli tympanum pulsat?

Tympana enim ante portas principum pulsabantur.

٩٤٥ دِقَّةُ الْمُعَلِّمِ بِأَلْف

945. Subtilitas ingenii magistri tanquam mille est. D.
Sed in codice G. دقة العلم „subtilitas scientiae“ est.

أَدَقُّ مِنَ الدَّقِيق ٩٤٦

946. Tenuior quam farina. Schar.

أَدَقُّ مِنَ الشَّعْر ٩٤٧

947. Tenuior quam crinis. Sam. Schar.

أَدَقُّ مِنَ ٱلْكُحْل ٩٤٨

948. Tenuior quam stibium. Schar. Sam.

أَدَقُّ مِنَ الْهَبَاء ٩٤٩

949. Tenuior quam pulveris atomi. Sam. Schar.

أَدَقُّ مِنْ حَدِّ الْجَلَم ٩٥٠

950. Tenuior quam acies forficis. Sam. Schar.

أَدَقُّ مِنْ حَدِّ ٱلسَّيْف ٩٥١

951. Tenuior quam acies gladii. Sam. Schar.

أَدَقُّ مِنْ حَدِّ الشَّفْرَة ٩٥٢

952. Tenuior quam acies scalpri sutorii. S. Sch.

أَدَقُّ مِنْ خَيْط ٩٥٣

953. Tenuior quam filum. Sam. Schar. conf. Meid. 8, 58.

٩٥٤ أَدَلَّ فَأَمَلَّ

954. Ob nimiam in alterius amore fiduciam audax erat et tum taedio adfecit. Dj.

٩٥٥ مَنْ تَدَلَّلَ عَبْدُه فِي صِغَرِهِ فَإِذَا كَبُرَ تَمَرَّدَ عليه

955. Qui erga servum suum, dum parvus est, nimis lenem se gerit, erga eum rebellabit, quum magnus est. G.

Salomoni tribuitur. conf. Prov. Salom. 29, 21.

٩٥٦ يُسْتَدَلُّ عَلَى عَقْلِ الرَّجُلِ بِقِلَّةِ نُطْقِهِ وَمَقَالِهِ وعلى فَضْلِهِ بِكَثْرَةِ حِلْمِهِ وَاحْتِمَالِهِ

956. Viri prudentia in pauco sermone paucisque verbis, ejusque praestantia in multa ejus mansuetudine et patientia cernitur. A.

٩٥٧ يُسْتَدَلُّ على عَقْلِ الرَّجُلِ بِقَوْلِهِ وَعَلَى أَصْلِهِ بِفِعْلِهِ

957. Qualis sit viri prudentia ex ejus verbis, e quonam genere ortus sit, ex ejus agendi ratione cognoscitur. A.

In altero loco eodem sensu legitur: دليل عقل الانسان قوله ودليل اصله فعله

٩٥٨ انَّ الدَّلِيلَ أَثَرُ الْفَوَارِسِ

958. Equitum vestigia indicia sunt. Schur.

De eo dicitur, cujus agendi ratio ipsi perniciosa, quid

cogitet, indicat. Kaisus ben- Sohair cognoscens vestigia equi Alhanfa, qui Hamalo erat, dixit:

هذا اثر لحنفا فاتبعوه ان الدليل اثر الفوارس

„Haec Alhanfae-vestigia sunt; ea sequamini, nam equitum vestigia indicia sunt.“ Sam. Schar.

٩٥٩ مِنْ دَلَايِلِ الْعَجْزِ كَثْرَةُ الاِحَالَةِ عَلَى الْمَقَادِيرِ

959. Debilitatis indicium est, multa absurde loqui contra Dei decreta. D.

٩٦٠ دَلَكَتْ بَرَاحِ

960. Sol occidit.

De re gravi adhibetur. Proverbium ab eo desumtum est, quod procli pulvere sol obscuratur. Sam.

٩٦١ دِينَارُ الشَّحِيحِ حَجَرٌ

961. Avari nummus aureus lapis est.

٩٦٢ لَا دُنْيَا لِحَةٍ وَلَا آخِرَةَ صَالِحَةٍ

962. Non est mundus hic felix et non alter bonus.

٩٦٣ الدُّنْيَا دَارُ فَنَاءٍ وَزَوَالٍ وَبَيْتُ هُمُومٍ وَأَكْدَارٍ

963. Mundus est domus interitus et finis nec non habitaculum curarum et rerum turbidarum. A.

٩٦٤ الدُّنْيَا عَسَلٌ مَشُوبٌ بِسَمٍّ وَفَرَحٌ مَوْصُولٌ بِغَمٍّ

964. Mundus mel est veneno mixtum et gaudium cum tristitia conjunctum. A.

٩٦٥ الدُّنْيَا قَحْبَةٌ فَيَوْمٌ عِنْدَ عَطَّارٍ وَيَوْمٌ عِنْدَ بَيْطَارٍ

965. Mundus meretrix est; uno die apud aromata vendentem, altero apud veterinarium. D.

٩٦٦ الدُّنْيَا كَسَرَابٍ بَقِيعَةٍ يَحْسِبُهُ الظَّمْآنُ مَاءً حَتَّى

إِذَا جَاءَهُ لَمْ يَجِدْهُ شَيْئًا

966. Mundus vapori meridiano in terrae tractu similis est, quem sitibundus aquam esse putat; sed perveniens nullam rem esse videt. A.

٩٦٧ الدُّنْيَا لَمْ تَتْرُكِ الْمَاشِيَ مَاشِيًا وَلَا الرَّاكِبَ رَاكِبًا

967. Mundus neque pedibus incedentem neque equitem suo statu reliquit. G.

٩٦٨ الدُّنْيَا مَمْلُوءَةٌ عِبَرًا مَشْحُونَةٌ غِيَرًا

968. Mundus lacrymis repletus et odio impletus est. B.

٩٦٩ أَدْنَى مِنْ حَبْلِ الْوَرِيدِ

969. Propinquior quam vena colli. Sam. Schar.

٩٧٠ أَدْنَى مِنْ شِرَاكِ نَعْلِهِ

970. Propinquior quam corrigia soleae suae. Schar.

٩٧١ الدَّهْرُ أَرْوَدُ ذُو غِيَرٍ

971. Tempus lente procedens mutat.

I. e. sine strepitu agens omnia mutat. Dixit Ebn-Mokbil:

انْ يَنْقُصِ الدَّهْرُ منّي مَرَّةً لِيَلًى فالدَّهْرُ أَرْدَى بالأَقْوامِ ذُو غِيَرِ

„Quod si tempus una vice me adfligit me consumens (mirum non est); nam tempus lente abducit gentes omnia mutans.“ Metrum Basith. Conf. Meid. 8, 56.

٩٧٢ الدَّهْرُ لَهُ تَقَلُّبَات

972. Tempori vicissitudines sunt. G.

٩٧٣ الدَّهْرُ مَيْسُور ومَعْسُور

973. Tempus fortunatum et adversum est. D.

٩٧٤ الدَّهْرُ يَوْمَيْن يَوْمٌ لَك ويَوْم عَلَيْك

974. Tempus duobus diebus constat, unus pro te est, alter contra te. D.

٩٧٥ ما الدَّهْرُ الَّا هٰكذا فَٱصْطَبِرْ لَه

975. Tempus ita constitutum est; patienter igitur id fer! D.

٩٧٦ يا مَنْ لَه الدَّهْرُ كُلّه ما لنا فى الدَّهْر يَوْم

976. O tu, cui tempus totum est, nobis in tempore dies non est. D.

٩٧٧ فلان يَدْهُن من قَارُورَة فَارِغَة

977. Quidam ex ampulla, quae oleo caret, ungit. D.

٩٧٨ دَاء النَّفْس فى الحِرْص

978. Animae morbus in aviditate positus est. D.

٩٧٩ لا دَاء أَدْوَا من الجَهْل ولا مَرَض أَضْنَى مِنْ قِلَّة العَقْل

979. Nullus morbus gravior quam ignorantia est et nulla aegrotatio major quam parum prudentiae. A.

٩٨٠ دَارَتْ عَلَى الظَّالِمِين الدَّوَابِر

980. Vicissitudines temporis injustos adtingunt. D.

٩٨١ يَدُور القَمْح ويَجِى فى عَيْنِ الرَّحَا

981. Triticum circumvertitur et in molam venit. D.

٩٨٢ ما بالدَّارِ أَرَمْ

982. In domo ullus non est. Sam.

٩٨٣ ما بالدَّارِ دَارِىْ

983. In domo ullus non est. Sam.

٩٨٤ ما بالدار دُورِىْ

984. In domo ullus non est. Sam.

٩٨٥ ما بالدار صافِرْ

985. In domo sibilans (ullus) non est. Sam.

٩٨٦ ما بالدار طُورِىْ

986. In domo sibilans (ullus) non est. Sam.

٩٨٧ ما بالدار عايِنٌ

987. In domo oculo adspiciens (ullus) non est. Sam

٩٨٨ ما بالدار نافِخُ ضَرَمَة

988. In domo torrem adflans (ullus) non est. Sam.

٩٨٩ دَوْلَةُ الأَرْذَال آفَةُ الرِّجَال

989. Vilium imperium virorum noxa est. A. B.

٩٩٠ دَوْلَةُ الجَاهِلِ عَبْرَةُ ٱلْعَاقِلِ

990. Insipidi imperium lacryma prudentis est. D.

٩٩١ دَوْلَةُ الجَاهِلِ كَٱلْغَرِيب الَّذِى يَحِنّ الى النُّقْلَة

وَدَوْلَة العاقِل كَٱلنَّسِيب المُتَمَكِّن الوُصْلَة

991. Imperium insipidi peregrino similis est, qui desiderio in alium locum proficiscendi adfectus est et imperium prudentis cognato similis est, qui conjunctionis potestatem habet. A.

٩٩٢ دَوْلَةُ الجاهِل من المُمْكِنَات وَدَوْلَة العاقِل مِنَ الوَاجِبَات

992. Imperium insipidi res possibilis est et imperium prudentis res necessaria est. A.

٩٩٣ دَوْلَة المُلُوك فى العَدْل

993. Regum imperium justitia nititur. A.

٩٩٤ مَنْ دَامَ كَسَلُه خَابَ أَمَلُه

994. Cujus segnities durat, ejus spes frustratur. A.

٩٩٥ ما يَدُوم ولا يَبْقى الاَّ اللّٰهُ

995. Nil praeter Deum manet et restat. G.

٩٩٦ دُمْ على كَظْم الغَيْظ تُحْمَد عَوَاقِبُه

996 Si iram tuam semper cohibes, ejus finis laudabitur. D.

٩٩٧ دَوَامُ الشِّرْفَةِ رُؤْيَةُ الإِخْوَان

997. Celsitudinis perpetuitas in adspectu fratrum est. B.

٩٩٨ دَوَاءُ الإِحْزَان رُؤْيَةُ الإِخْوان

998. Tristitiae remedium fratrum adspectus est. A.

٩٩٩ دَوَاءُ الغَضَب الصَّمْت

999. Silentium remedium irae est. A.

١٠٠٠ دواء القَلْب الرِّضَا بالقَضَاء

1000. Animi medicina in eo est, quod fato contenti sumus. A.

١٠٠١ دِيك الفَصِيح مِنَ البَيْضَة يَصِيح

1001. Gallus disertus ab ovo clamat. D.

١٠٠٢ دِيكُ شَهْر يَجْلُب دَجَاجَةَ سَنَة

1002. Gallus mensis gallinam anni protrahit. D.

Loco vocis يجلب in codice Par. يغلب vincit legitur.

١٠٠٣ دَيْنُ الرَّجُل حُزْنُه

1003. Debitum viri est ejus tristitia.

١٠٠٤ اَلدَّيْن سَوَادُ الخَدَّيْن

1004. Debitum est nigredo genarum G.

١٠٠٥ اَلدَّيْنُ هَمٌّ بِاللَّيْل مَذَلَّةٌ بِالنَّهَار

1005. Debitum noctu sollicitudo est, die vilitas. D.

١٠٠٦ هٰذَا دِين مَا هُو تِين

1006. Haec res est religio, non ficus. D.

١٠٠٧ اَلمَدْيُون يَتَعَلَّقُ بِحِبَالِ العَرْمَط

1007. Obaeratus algae funibus inhaeret. G.

العرمط idem est quod العرمض.

١٠٠٨ أَبِك أَمْ بِالذِّئْب

1008. Num pro te an pro lupo?

Verba heroi et poetae Taabbata-Scharran cognominato adscribuntur. Hic enim cum Schanfara et triginta viris e gente Fahm incursionem in gentem Banu-Asad facturus exierat. Ibi quum haedum vociferantem, quem gens ad capiendum lupum in fovea adligavisset, invenirent, ad foveam exspectabant, donec lupus incidisset. Advenit autem juvenis lupum sagittis in fovea petiturus et ab illis, in foveam quum incidisset, sagittis lapidibusque occisus est, dum Taabbata-Scharran ista verba proferebat. Occisi juvenis pater, Afthaschus, quamquam fugientes hostes acriter persequebatur, vindictae desiderio satisfacere non potuit. Schar.

١٠٠٩ الذِّبَّان تَعْرِف وَجْهَ اللَّبَّان

1009. Muscae faciem ejus, qui lac vendit, noverunt.

Cl. De Slane Diwan Amru-l'Kaisi p. 103. adnott. conf. prov. 899.

١٠١٠ ذَبَايِحُ الْمُنَافِقِينَ رُذَالَةٌ عِنْدَ الرَّبِّ وَنُذُورُ الصِّدِّيقِينَ مَرْضِيَّةٌ لَهُ

1010. Sacrificia hypocritarum apud Deum vilia sunt et vota proborum ei grata. G. Salomoni adscribitur. conf. Prov. Salom. 15, 8.

١٠١١ اِذَا ادَّخَرْتَ فَلَا يَكُونَنَّ كَنْزُكَ اِلَّا فِعْلَكَ

1011. Quum opes colligis, nonnisi agendi ratio sit thesaurus tuus!

Proverbium, quod Kosso ben-Saihdah adscribitur, nos monet, ut bene agendi rationi operam demus, quemadmodum poeta dixit:

اَلْخَيْرُ أَبْقَى وَإِنْ طَالَ الزَّمَانُ بِهِ وَالشَّرُّ أَخْبَثُ مَا أَوْعَيْتَ مِنْ زَادِ

Bonum diutissime restat, et si ante multum temporis actum est et pravum turpissimus commeatus est, quem collegisti. Schar.

١٠١٢ اِدِّخَارُ الرِّجَالِ أَوْلَى مِنِ ادِّخَارِ الْمَالِ فَإِنَّ كُلَّ دِرْهَمٍ يُغْنِي عَنْهُ غَيْرُهُ وَمَا كُلُّ رَجُلٍ يُرْجَى خَيْرُهُ

1012. Viros sibi comparare in temporis futuri usum, convenientius est, quam opes colligere; nam cujuslibet nummi vicem alter explet; sed non a quolibet viro bonum sperari potest. A.

١٠١٣ مَنْ ذَكَرَنِى ما حَقَرَنِى

1013. Qui mei mentionem facit, me non contemnit D.

١٠١٤ مَنْ يَذْكُرُنِى بِعُظْمِهِ كُنْتُ عِنْدَهُ عَظِيم

1014. Qui in magnitudine (superbia) sua mei mentionem facit, in ejus oculis ego magnus sum. G.

Fortasse legendum بعظمة tanquam excellentis.

١٠١٥ أُذْكُرِ الذِّئْبَ وحَضِّرْ لَهُ القَضِيب

1015. Lupum recordare et secantem gladium (baculum?) ei para! D.

Loco vocis حضر in codice G. هيى para legitur.

١٠١٦ أُذْكُرْ مَعَ كُلِّ نِعْمَةٍ زَوالَها ومَعَ كُلِّ بَلِيَّةٍ كَشْفَها

وانَّ ذٰلِكَ أَبْقَى لِلنِّعْمَةِ وأَهْوَنُ لِلنِّقْمَةِ

1016. In omni vita commoda eam cessuram esse cogita et in omni infortunio id abiturum esse. Haec erit causa, ut vita commoda diutius maneat et vindicta levior sit. A.

١٠١٧ اُذْكُرِ النِّعْمَةَ القَدِيمَةَ عَلَيْكَ وَانْسَى النِّعْمَةَ

الجَدِيدَةَ مِنْكَ

1017. Veteris beneficii, quod in te collatum est, memor sis et novi beneficii, quod a te prodiit, obliviscaris! A.

١٠١٨ ذِكْرُ الشَّبَابِ حَسْرَة

1018. Iuventutis recordatio suspirium est. A. B.

١٠١٩ ذِكْرُ عُيُوبِ الْأَصْدِقَاءِ قَبِيحٌ

1019. Commemoratio vitiorum in amicis turpis est. D,

١٠٢٠ ذِكْرُ الْمَوْتِ جَلَاءُ الْقُلُوبِ

1020. Recordatio mortis animorum politio est. A.

١٠٢١ مُذَاكَرَةُ الْأُدَبَاءِ أَمْتَعُ مِنْ نَسِيمِ السَّحَرِ الْمُتَعَطِّرِ بِزَهْرِ السَّمُرِ

1021. Confabulari cum viris litteris elegantioribus ornatis praestantius est, quam aura lenis Aurorae floris spinae Aegyptiacae odore imbuta. A.

١٠٢٢ ذَلَّ مَنْ أَسْنَدَ أَمْرَهُ الى امْرَأَةٍ

1022. Vilis est, qui in re sua muliere nititur. D.

١٠٢٣ ذَلَّ مَنْ لَا سَيْفَ لَهُ

1023. Vilis is est, cui gladius non est. D.

١٠٢٤ لَقَدْ ذَلَّ مَنْ بَالَتْ عليه الثَّعَالِبُ

1024. Vilis is est, super quem vulpes minxerunt. D.

Hoc e proverbio vetere ortum est. Conf. Meid. 9, 57.

١٠٢٥ لَنْ يَذِلَّ إِلَّا صَاحِبُ الدُّنْيَا وَلَنْ يَحْزَنَ إِلَّا طَالِبُهَا

1025. Nemo vilis erit praeter eum, qui in rebus

mundanis summam curam impendit et nemo tristis erit, praeter eum, qui res mundanas petit. A.

١٠٢٦ ذُلُّ امْرِئٍ فِي الطَّمَعِ

1026. Viri vilitas in cupiditate est. A. B.

١٠٢٧ الذِّلَّةُ مَعَ الفَضْلِ خَيْرٌ مِنَ العِزَّةِ مَعَ الجَهْلِ

1027. Vilitas cum meritis melior est, quam potentia cum ignorantia. B.

١٠٢٨ الذِّلَّةُ مَعَ القِلَّةِ

1028. Vilitas cum paucitate est. B. Schar.

Paucitatem in hoc proverbio paupertatem significare, dicunt.

١٠٢٩ ذَلِيلُ الفَقْرِ عَزِيزٌ عِنْدَ اللهِ

1029. Vilis ob paupertatem honoratus apud Deum est. B.

١٠٣٠ كَمْ مِنْ ذَلِيلٍ أَعَزَّهُ عَقْلُهُ وَكَمْ مِنْ عَزِيزٍ أَذَلَّهُ جَهْلُهُ

1030. Quot contemti prudentia sua honorem sibi compararunt et quot honorati ignorantia sua contemti facti sunt. A.

١٠٣١ أَذَلُّ مِنَ القِرْدِ

1031. Vilior quam simia.

Dixit poeta Alfarasdak appellatus:

تَمَنَّى ٱبْنُ رَاعِى ٱلشَّوْلِ عِرْضِى وَدُونَه شَنَاخِيبُ صَعْبَاتٌ تَشُقُّ عَلَى ٱلْعَبْدِ

شَنَاخِيبُ لَوْ أَنَّ ٱلنُّمَيْرِىَّ رَامَهَا رَأَى نَفْسَه فِيهَا أَذَلَّ مِنَ ٱلْقِرْدِ

„Filius pascentis camelas lacte destitutas dignitatem meam optat; sed ut ad eam perveniat, montium cacumina conscendenda sunt, id quod servo nimis difficile est, cacumina talia, ut, si Nomairita ea petiturus esset, se ipsum simia viliorem in iis conspiceret. Sam. Schar. Metrum Thawil est.

١٠٣٢ أَذَلُّ مِنَ ٱلْقَشْعَة

1032. Vilior quam planta Kaschah. Sam. Schar.

Planta est, quae in arboribus crescens radicibus in terra caret.

١٠٣٣ أَذَلُّ من فَقْعٍ بِقَاعٍ

1033. Vilior quam tuber terrae album in campo. conf. Meid. 9, 53.

١٠٣٤ أَذَلُّ مِنْ هَرْمَة

1034. Vilior quam planta foetida arida.

Planta ista, quum viridis est, ضريعة appellatur. S. Sch.

١٠٣٥ ذَلَاقَةُ ٱللِّسَانِ رَأْسُ ٱلْمَال

1035. Promta lingua opum fundamentum est. A. B. D.

١٠٣٦ إِيَّاكَ من ٱلذِّمِّيِّ إِذَا أَسْلَمَ

1036. Cave tributarium, quum religioni Mohammedicae se addicit. D.

Tributarius aut Judaeus aut Christianus est.

١٠٣٧ ذَنْبٌ واحِدٌ كَثِير وأَلْفُ طاعَةٍ قَلِيل

1037. Unum crimen multum est et mille obsequia pauca sunt. A. B.

١٠٣٨ ذَنْبِي ذَنْبُ صَحْرَةَ

1038. Crimen meum crimen Zahrae est.

Narrant Lokmanum Ahditam, qui cum Lokaimo praedatum exiisset et nil praedae reportasset, Zahrae filiae quod ex praeda, quae Lokaimi esset, cibum parasset, iratum colaphos duxisse, ut moreretur. Alii narrant, virum quendam, qui zelotypia tanta laboraret, ut uxori in summo montis fastigio habitaculum pararet, nihilominus tamen deceptum esse. Qui vir, dejecta a summo monte uxore, iratus Zahram obviam venientem, cui nil culpae esset, colaphis inflictis, quod e mulierum numero esset, occidit. Proverbium in eum quadrat, qui innocens malo adfligitur. Schar. conf. Meid. 24, 13.

١٠٣٩ ذَنَبُ الكَلْبِ لا يَتَقَوَّمُ ولو انْدَقَّ فِي القالِبِ

1039. Canis cauda recta non fit, et si in forma conteritur. D. conf. Burckh. 285. et Rostg. prov. 166.

١٠٤٠ اذا أَذْنَبْتَ فَاعْتَذِرْ واذا أُعْتُذِرَ اليك فاغْتَفِرْ

1040. Si peccatum commisisti, te excusa et si alius apud te se excusat, condona! A.

١٠٤١ ذَهَبَ ابنُ فَسْوَةَ فى بَنَاتِ طَمَارِ

1041. Abiit Ebn-Faswah in infortuniis?

De rebus vanis adhibetur. Ebn-Alahrabi ad Hamas. p. ٣٠٧. l. 20. Ebn.-Faswah nomen poetae est. K.

١٠٤٢ ذَهَبَ لِحمارٍ يَطْلُب صاحِبَهُ عادَ مَسْلُوبَ الاذَان

1042. Asinus abiit socium suum quaerens. Ereptis auribus rediit. D.

In codice مشلوب legitur conf. Meid. 9, 76.

١٠٤٣ ذَهَبَ اللَّذَّات إلَّا مِن ثَلَاثٍ شَمّ الصِّبْيَان

ومُلَاقَاة الاخْوَان وخَلْوَة النِّسْوَان

1043. Voluptates non remanent nisi in tribus rebus: olfacere pueros, amicis occurrere, in secessu versari cum mulieribus. A.

De prima parte olfacere pueros dubito.

١٠٤٤ اذَا ذَهَبَ الوَفَاء نَزَل البَلَاء واذا مَاتَ الاعْتِصَام

عاشَ الانْتِقَام واذا ضَبُرَتِ الخِيَانَات مُحِقَت البَرَكَات

1044. Si fides abit, infortunium advenit; si cautio peccatorum cessat, vindicta vivit; si fraudes apparent, abundantia perit. A.

١٠٤٥ مَنْ ذَهَبَ مَالُهُ أَهَانُوهُ أَصْحَابُهُ وأَقْرِبَاءُهُ

1045. Cujus opes pereunt, eum socii et propinqui levipendunt. D.

١٠٤٦ ذَهَبْتَ طَوِيلا وعَدِمْتَ مَعْقُولا

1046. In longum abiisti et ingenio privatus es. D.

١٠٤٧ ذَهَبْتَ فِى الْيَبَرِ

1047. In vanum abiisti.

In eum dicitur, qui interrogatus rectum non respondet. conf. Meid. C. 9, 39.

١٠٤٨ ذَهَبُوا أَخْوَلَ أَخْوَلَ

1048. Omnino dispersi abierunt.

Ita dispersi, ut scintillis percussi ferri candentis similes essent. Sam.

١٠٤٩ اذهَبْ عند الذى يُبكِيك ولا تَمْضى لِعِنْد الذى يُضْحِكُك

1049. Ad eum i, qui ploratum tuum excitat neque eum accede, qui risum tuum movet. G.

Cohaerere videtur cum proverbio, quod Meid. C. 1, 116. legitur.

١٠٥٠ أَذْهَلَ خِلِّي عَنْ فِراشِى مَسْجَدُهْ

1050. Effecit cultus Dei, ut amicus meus lectum meum negligeret.

Verba mulier dixisse fertur, quam maritus ob Dei cultum, cui omnino deditus esset, negligeret. Sam. Sch. Versus metri Redjes est.

١٠٥١ اذا ذابَ الثَّلْجُ بانَ الخَرَا

1051. Quum nix liquefit, merda apparet. D.

١٠٥٢ الذَّوْدُ الى الذَّوْد ابِلٌ

1052. Parvum agmen cum parvo agmine conjunctum magnum camelorum agmen fit. Kam.

١٠٥٣ مَنْ ذَاقَ الصَّيْف عَرَف الحَرّ

1053. Qui aestatem gustavit, calorem novit. G.

١٠٥٤ مَنْ ذاقَ الضِّيق يَعْرِف الهَمّ

1054. Qui angustias gustavit, moerorem novit. G.

١٠٥٥ مَنْ ذَاقَ الغَنَا مِنْ بَعْدِ فَقْرٍ يَمُوت وقَلْبه مِنَ الفَقْر خَايِف

1055. Qui opulentiam post paupertatem gustavit, ejus cor dum moritur paupertatem metuit D.

١٠٥٦ ما ذُقْتُ شَمَاجًا

1056. Pelliculam uvae non gustavi (i. e. nil) Sam.

١٠٥٧ ما ذُقْتُ لَمَاقًا

1057. Nil gustavi.

De potu adhiberi, dixit Alazmäihus.

١٠٥٨ ما ذُقْتُ لَمَاكًا

1058. Non gustavi id, quod extrema oris parte editur (exiguum quid) Sam. conf. لماج.

١٠٥٩ مَا ذُقْتُ ما يُذَاق

1059. Non gustavi id, quod gustatur. Sam.

١٠٥٩. ما ذُقْتُ مَضَاضًا

1060. Non gustavi rem, quae in ore circumvertitur. Sam.

١٠٦٠. ما ذُقْتُ مَضَاغًا

1061. Non gustavi rem, quae manducatur. Sam.

١٠٦١. مَنْ لم يَذُقْ لَحْمًا أَعْجَبَتْهُ الرِّيَةُ

1062. Qui carnem non gustavit, ei pulmo placet. D.

١٠٦٢. ذُقْ عَقَقْ

1063. Gusta, o inobediens!

I. e. Gusta inobedientiae retributionem! Narrant, patrem filio suo, qui inobsequens fuisset, ista verba dixisse, quum et ei filius obsequium non praestaret. Sam.

١٠٦٣. رَأْسُ الحِكْمَةِ طَاعَةُ اللّٰهِ

1064. Caput sapientiae est obedientia Dei. A.

١٠٦٤. رَأْسُ الحِكْمَةِ مَخَافَةُ اللّٰهِ

1065. Caput sapientiae est timor Dei. A. D.

١٠٦٥. رَاسُ الدِّينِ صِحَّةُ اليَقِينِ

1066. Integritas certae cognitionis caput religionis est. D.

١٠٦٦. رَأْسُ العَقْلِ التَّوَدُّدُ الى النَّاسِ بَعْدَ الإِيمَانِ بِاللّٰهِ

1067. Prudentiae caput est hominibus amorem ostendere post fidem in Deo. D.

١٠٦٨ رأس العلم الرفق وآفته الخرق

1068. Doctrinae caput benignitas est et ejus noxa asperitas est. A.

١٠٦٩ رأس مقنع وآست عارية

1069. Caput calantica tectum et podex nudus. D.

١٠٧٠ في رأس اليتيم يتعلم الحجام

1070. In capite orphani caput radens artem discit. D.

١٠٧١ من رأى العبرة في غيره فليعتبر

1071. Qui in aliis exemplum videt, is exemplum sibi capiat. D.

١٠٧٢ اذا رأيت الريح عاصفا فتطأمن

1072. Quum ventum vehementem esse vides, quietus sis!

Proverbium nos monet, ut vehementiae, cui viribus nostris resistere non valeamus, quietum animum opponamus. Dixit Abu-l'Thamhan:

بُنَيَّ اذا ما سامَك الضَّيمَ قاهرٌ مقيتٌ فبعض الذُّلِّ أوقى وأحرز

ولا تحتم من بعض الأمورِ تعزّزا فقد يورث الذُّلَّ التطويلَ التعزز

O filiole mi! quum violenter agens et exosus tibi injuriam ferendam imponit, quodammodo te submittere majorem securitatem adfert; et ne quasdam res peragere

recuses ob superbiam; superbia enim diuturnam vilitatem adfert. Metrum Thawil est.

١٠٧٣ اذا رأيتَ زادَك يوكَل فاعزِم عليه

1073. Quum proventum tuum edi vides, ei operam da! D.

١٠٧٤ اذا رأيتَ عُريانَ فلا تسألْ عن ثيابِه

1074. Quum nudum conspicis, ne de ejus vestibus interroga! D.

١٠٧٥ اذا رأيتَ نعلَ بسّه واذا رأيتَ سمارَ دسّه

1075. Si calceum vides, osculare eum et si clavum ferreum vides, calca eum! D.

Vox سمار, nisi vitium est, est pro مسمار. In codice Paris. بوسه et بسمار دوسه legitur.

١٠٧٦ رأيتُ جَنادِحَ الشرِّ

1076. Initia mali vidi. Dj.

١٠٧٧ ما رأيتُ سَمينا عاقلا

1077. Pinguem et simul prudentem non vidi. A.

١٠٧٨ رأيتُه بهذا البلد عَنبريّا

1078. Vidi eum esse in hac terra Ahnbaritam.

I. e. eum hujusce regionis viarumque maxime gnarum esse; gens enim Banu-l'Ahnbar viarum maxime gnara erat. Sam. Merzuk. ad Hamas.

١٠٧٩ ما رأيتُك يا نومُ حتّى احمرّت العيون

1079. O somne! te non vidi, donec oculi rubri erant. D.

In codice Par. يا نور „o lux“ legitur.

١٠٨٠ اذا رأيتم العالم يحب الأغنياء فاعلموا انه صاحب الدنيا واذا رأيتموه يطوف أبواب السلاطين فاعلموا انه لص

1080. Si doctum videtis, qui divites amat, eum rebus mundanis deditum esse scitote, sin vero eum ad regum portas circumvagantem videtis, eum latronem esse scitote. A.

١٠٨١ أراه عبر عبنه

1081. Ostendat ei (Deus) rem, quae fletum parit!

I. e. in calamitatem eum dejiciat! conf. lex. m. s. عبر et Sam.

١٠٨٢ إني لأرى ضيعة لا يصلحها الا ضجعة

1082. Ego video negotium, quod nil nisi dormitatio reparat. Schar.

Scholion proverbium sic explicat: رفضت على راع ابله فجهد بالطاقة فى جمعها فغلبته فاستغاث حينئذ بالنوم وجعل رعى الابل ضيعته لانها صناعته وحرفته يضرب فيمن يعجز عن الشى فيرى اصلح شى تركه „Cameli nolente pastore in prato dispersi erant. Quos quum pastor congregare tentaret, non potuit. Somnum igitur in auxilium vocavit. Camelos pascere negotium suum appellavit, quod opus

suum et ars eo consistebat. De eo adhibetur, qui rem perficere non potest, ut eam relinquendam esse putet.“

١٠٨٣ الذى يَرَاهُ الحاضِرُ ما يَرَاه الغَايِب

1083. Quod praesens videt, id absens non videt.

١٠٨٤ لا يُرَى شَيْءٌ أَعَزّ مِنَ الدُّنْيَا ولا طَالِبٌ أَغْشَمُ مِنَ المَوْت ولا غافِلٌ أَغْفَلُ مِنَ الإنْسان

1084. Nulla res videtur honoratior esse, quam mundus, nullus quaerens iniquior, quam mors, et nullus socors socordior, quam homo. A.

١٠٨٥ لا رَأْىَ لِمَنْ لا يُطِيع

1085. Qui non obedit, ei consilium non est. D.

١٠٨٦ الرَّأْىُ يَخْطَأُ مَرَّةً ويُصِيب أُخْرَى

1086. Consilium modo errat, modo rectum attingit. D.

١٠٨٧ رُؤْيَةُ الحَبِيب جِلَاءُ العَيْن

1087. Conspectus amati collyrium oculi est. A.

١٠٨٨ لَأَنْ يَرْبَنِى فُلَان أَحَبُّ إِلَىَّ مِنْ أَنْ يَرْبَنِى فُلَان

1088. Quod quidam mihi dominus est, gratius mihi est, quam quod quidam mihi dominus est.

Sic quoque dicitur: لان يربنى رجل من قريش احب الى من ان يربنى رجل من هوازن „Quod vir e gente Koraisch mihi dominus est, gratius habeo, quam quod vir e

gente Hawasen mihi dominus est. Proverbii sensus est: Inter dominos electio est. Sam.

١٠٨٩ اَلرَّبُّ يُقِيم مِنَ المَزْبَلَة ويَضَع فى المَرْتَبَة ،

1089. Dominus (Deus) a fimeto erigit et in gradu dignitatis deponit. G.

١٠٩٠ رَبُّك وصاحِبُك لا تَكْذِبْ عَلَيْه

1090. Contra dominum tuum sociumque tuum ne mentiaris! D.

١٠٩١ اذا لم تَرْبَحْ مِنْ تِجَارَة فَاعْدِلْ الى غَيْرِها

1091. Quum e mercatura lucrum non facis, ad alteram te converte! D.

١٠٩٢ يا رابطا اذكُرْ حَلّا

1092. O ligans! solvendi memor sis! D. Conf. يا حابل

١٠٩٣ اِرْبَعْ على ظَلْعِك

1093. Contine te, quum claudicas!

Ne tibi majus, quam portare vales, onus impone! Sam. Schar. conf. Meid. 10, 34.

١٠٩٤ لا يَرْبَع على ظَلْعِك مَنْ لا يَحْزِنُه أَمْرُك

1094. Quem res tua tristitia non adficit, is claudicationem tuam patienter non fert.

In Samachscharii opere امرى; sed in Kamuso امرك rectius legitur. Sensus est: Res tuas ei committe, qui tibi favet.

١٠٩٥ أَرْبَعَة اذا أَفْسَدَهُم البَطَر لا تَزِدْهم التَّكْرِمَة إلاَّ فَسادا الوَلَد والزَّوْجة والخادِم واللئيم

1095 Si quatuor petulantia corrumpit, honor illatus eos magis corrumpet: filium, uxorem, ministrum, vilem. A.

١٠٩٦ اربعة أَشْياء اذا ظَفِرتَ بها لا يَضُرُّك ما فاتَك بيا حُسْن خُلُق وصِدْق حَدِيث وعَفاف نَفْس وحِفْظ أَمانة

1096. Quatuor res si habes, tibi non nocebit id, quod earum causa te fugit: pulchritudo indolis, veracitas in narrando, castitas animae, et fidem datam in deposito servare. A.

١٠٩٧ أَرْبَعَة أَشْياء تُورث السُّرُور فى الدُّنْيا دارٌ وَسيعَة وزَوْجَة مُطيعة وجَوار سَريعة وفَرَس مُرْتَبَط

1097. Quatuor res gaudio adficiunt in mundo: domus ampla, uxor obediens, servae celeres et equus paratus. A.

١٠٩٨ أَرْبَعة أَشْياء لا يُسْتَقل قَليلها النار والمَرَض والعَدُوّ والدَّيْن

1098 In quatuor rebus nil paucum censen-

dum est paucum: in igne, morbo, inimico, debito. Calil. p. 205.

١٠٩٩ أربعة أشياء من أعظم البلاء كثرة العيال مع قلة المال والجار السّيّى الجوار والامراة التى ليس لها وقار وصحبة الفجّار

1099. Quatuor res maximis malis annumerandae sunt: magna familia cum parvis opibus, pravus vicinus, uxor levis et improborum societas. A.

١١٠٠ اربعة أيّام لأربعة أعمال يوم الغيم للصّيد ويوم الرّيح للنّوم ويوم المطر للمنادمة ويوم الصّحو للكسب

1100. Quatuor dies quatuor operibus faciendis apti sunt: dies nubilus venando, dies ventosus somno, dies pluviosus convivio, dies serenus lucro faciendo. A.

١١٠١ اربعة تتوق الى اربعة العقل الى الرّياسة والرأى الى الكياسة والعلم الى التّصديق والحلم الى التّوفيق

1101. Quatuor res quatuor alios desiderant: prudentia dominium, consilium prudentiam, sci-

entia pro verace haberi, et mansuetudo (intelligentia) a Deo secundari. A.

١١٠٢ أربعة تغذى من غير أكل ولا شرب النظر الى كل شى حسن وشم الطيب والنوم بعد الغذاء وافتراش الفرش الوطيئة واربعة تضر البصر وتعود على النفس بالضرر النظر الى عين الشمس ووجه العدو والجرحى والقتلى

1102. Quatuor sunt res, quae absque cibo potuque nutriunt: adspicere rem pulchram, olfacere odores, dormire post cibum sumtum, incubare tapetibus mollibus; quatuor autem sunt, quorum adspectus nocet et animae noxam infert: adspicere solem ipsum, faciem inimici, vulneratos et occisos. A.

١١٠٣ اربعة خلقوا لفساد الفار والجراد والعرب والكراد

1103. Quatuor, ut corrumpant creati sunt: glires locustae, Arabes Curdique.

Vox الكراد videtur pro الاكراد.

١١٠٤ اربعة فى اربعة الحسن فى الانف والحلاوة فى العين والملاحة فى الفم والظرف فى اللسان

1104. Quatuor in quatuor rebus sunt: pulchritudo

in naso, dulcedo in oculo, facetiae in ore, elegantia in lingua. A.

١١٠٥ أَرْبَعَة لا بُدَّ مِنْ مُدَارَاتِهَا المَلِك والامْرَاة والصَّبِىّ والمَرِيض

1105. Quatuor personas necessario adulari debemus: regem, mulierem, puerum, aegrotum.

١١٠٦ أَرْبَعَة لا بَقَاء لَهَا مَالٌ جُمِعَ مِنْ حَرَام وحالٌ تَعَهَّد مِنَ الأَيَّام وراعٍ يُعْرِى مِنَ العَقْل وبَلَدٌ تَخْلُو مِنَ العَدْل

1106. Quatuor res non durant: Opes, quae il licito modo collectae sunt, status qui diebus proprius conspicitur, consilium quod prudentia caret et regio in qua justitia non est. A.

١١٠٧ اربعة لا تُقَابل بالعُنْف فى أَرْبَعَة أَحْوال المَلِك فى حال غَضَبه والسَّيْل فى حال صَدْمَته والفيل فى حال غُلْمَته والعامَّة فى حال هَيْجِهَا

1107. Quatuor sunt, quibus in quatuor statibus cum violentia occurri non debet: regi in statu irae, torrenti in statu, quo vehementer irruit, elephanti in statu libidinis et plebi in statu, quo irruit. A.

١١٠٨ اربعة لا تُقدِمْ عليها حتّى تَسْأَلَ عَنْها الخَبير
السُوق لا تُقْدِمْ عليه حتّى تَعْلَمَ النافِق فيه
والكاسِد والامراة لا تَخْطُبْها حتّى تَسْأَل عن
مَنْصَبِها وخُلْقِها والطريق لا تَسْلُكْها حتى تَسْأَل
عن أَمنِها وخَوْفِها والبَلَدَ لا تَسْتَوطِنْها حَتّى
تَسْال عَنْ سِيرَة سُلْطانِها وأَخْلاقِ أَهْلِها

1108. Ad quatuor res ne audacter accede, donec gnarum de iis interrogavisti. Ad forum ne venias, donec res vendibiles et haud vendibiles nevisti; ne mulierem in matrimonium petas, donec quae ejus origo ac indoles sit, interrogavisti; ne in regio tibi domicilium constituas, donec, quaenam regis agendi ratio et incolarum naturae sint, cognovisti. A.

١١٠٩ أَرْبَعَة لا رَدَّ لها القَوْل المَحْكِى والسَّهْم والقَدَر
الجَارِى والزَّمَن الماضِى

1109. Quatuor res reduci non possunt: verbum enunciatum, sagitta, decretum divinum emissum et tempus praeteritum. A.

١١١٠ اربعة لا يَطْمَع فيها العاقل غَلَبَة القَضاء ونَصيحة الأَعْداء وتَغْيير الْحَقّ وإرْضاء الخَلْق

1110. Quatuor sunt res, quas prudens non cupit: de fato victoriam reportare, inimicorum consilium sincerum, veritatem mutare et homines contentos reddere. A.

١١١١ اربعة لا يُوثَق بِها زُهْد الخَصِيّ وتَوْبَة الجُنْدِيّ ونُسْك النِّساء وتَقْوى الأَحْداث

1111. In quatuor rebus fiducia non ponitur: in abstinentia eunuchi, in poenitentia militis, in mulierum statu religioso et in timore Dei in adolescentibus. A.

١١١٢ اربعة مُذْهِبة لِكُلّ هَمّ وحُزن الماء والقَهْوة والبُسْتان والوَجْه الحَسَن

1112. Quatuor res omnem sollicitudinem et tristitiam depellunt: aqua, vinum (s. potus Kaffe), hortus et facies pulchra. A.

١١١٣ اربعة يَنْبَغي أَنْ يَكونوا مِنْ أَوْثَق بِقات المَلِك وأَنْصَح نُصَحايه الوزير والطَّبيب والطَّبّاغ والسّاقي

1113. Quatuor homines tales esse oportet, ut rex in iis maximam fiduciam ponat et ut sint ejus maxime sinceri amici: consiliarius, medicus, coquus et pocillator. A.

١١١٤ بَعْدَ أَرْبَعِين سَنَة أَخَذَ البَدَوِىّ ثَارَهُ

1114. Post quadraginta annos Arabs campester vindictam suam sumsit. D.

١١١٥ رَبَّيْتُهُ حَرْوًا فَلَمَّا صَارَ كَلْبًا عَضَّنِى

1115. Quum catulus esset, eum educavi et quum canis factus esset, me momordit. D.

١١١٦ مَن يُرَبِّى وَلَدَ الحَيَّةِ لا يَرَى مِنْهَا إِلَّا العَضّ

1116. Qui serpentis foetum educat, is ex eo nil nisi morsum videbit. D.

١١١٧ يُرَبَّى الوَلَدُ على ما كان والِدُه

1117. Filius educatur modo, quo ejus pater educatus est. D.

١١١٨ الذى ما له مُرَبِّى الدَّهْرُ يُرَبِّيه

1118. Cui educans non est, eum tempus educat. D.

١١١٩ المُرَبِّى غالى

1119. Educator carus pretii est. D.

١١٢٠ لو لا المُرَبِّى ما عَرَفْتُ رَبِّى

1120. Si educans non fuisset, dominum meum non cognovissem. D.

١١٢١ رُتْبَةُ ٱلْعِلْمِ أَعْلَى ٱلرُّتَبِ

1121. Gradus doctrinae altissimus gradus est. D.

١١٢٢ أَرْتَعَنَّ أَجْلَى أَنَّى شِئْتَ

1122. Pascere sine in loco Adjala, ubi vis! Sch.

Proverbio idem sensus est, quam C. 10, 67.

١١٢٣ هو بَرْتَنِى

1123. Is confusus est.

De eo, qui non omnino verax est. Sam.

١١٢٤ هَيْهَاتَ أَنْ يَرْجِعَ ما فَاتَ

1124. Absit, ut id quod praeteriit, redeat! D.

In codice Par. هيهات على ما فات „Apage id, quod praeteriit.

١١٢٥ هو رَجُل لا يَسْقُط مِنْ كَفّه خَرْدَلة

1125. Is vir est, e cujus manu semen sinapi non decidit. B.

In eodem codice iterum occurrit.

١١٢٦ الرَّجُلُ الذى يُرِيد يَسْتَغْنِى وَيَحْسِد لا يَعْلَم أَنَّ لِلْحاجَةَ تُدْرِكه

1126. Vir, qui dives fieri vult et invidus est, nescit, penuriam eum assecuturam esse. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 28, 22.

١١٢٧ الرجل الصّبور أفضل من الرّجل الغنيّ ومن
ملك نفسه أفضل من آخذ المدن

1127. Vir patiens praestantior est, quam vir dives et qui se ipsum regit, praestantior est quam is, qui urbes capit. G.
Salomoni tribuitur. conf. Prov. Sal. 16, 32.

١١٢٨ من رجال الصّعيد كلّ اثنين بواحد

1128. Ex viris Alzäihdi (Aegypti superioris) duo viri semper loco unius sunt. D.

١١٢٩ الرجال أربعة رجل يدري ويدري انّه يدري
فذلكم العالم فاتّبعوه ورجل يدري ولا يدري
انه يدري فذلكم النايم فأيقظوه ورجل لا
يدري ويدري انه لا يدري فذلكم مسترشد
فعلّموه ورجل لا يدري ولا يدري انه لا
يدري فذلكم الجاهل فارفضوه

1129. Virorum quatuor sunt species: Vir sciens, qui scit, se scire. Hic est doctus et a vobis sequendus; et vir sciens, qui nescit, se scire. Hic est dormiens, eum expergefaci-

te, et vir nesciens, qui scit, se nescire. Hic vos rectam viam interrogat et hunc docete. Denique vir, qui nescit et nescit, se nescire. Hic insipidus est. Eum igitur relinquite! A.

١١٣٠ لَوْ لَمْ أَرْجُو فَضْلَكَ كُنْتَ مِثْلَكَ

1130. Si beneficium tuum non sperassem, sicut tu fuissem. D.

١١٣١ لَا تَرْجُ خَيْرَ مَنْ لَا يَرْجُو خَيْرَكَ

1131. Ne ab eo bonum speres, qui bonum tuum non sperat. B.

In cod. A. legitur. لا ترج من لا يرجو خيرك ولا يأمن جانبك من لا يأمن جانبك ..Ne in eo spem ponas, qui a te bonum non sperat et ne ab eo securus sis, qui a te securus non est. A.

١١٣٢ هَلْ يُرْتَجَى مَطَرٌ بِغَيْرِ سَحَابِ

1132. Num sine nubibus pluvia speratur? D.

١١٣٣ لَا مَرْحَبًا بِالْوَاصِلِينَ وَلَا سَهْلًا بِالْقَادِمِينَ

1133. Gratulatio non est (sit) advenientibus et *bene venisti* non dicitur (dicatur) accedentibus. D.

١١٣٤ بِرَحْلِهَا بَاتَتْ

1134. Cum sella sua pernoctavit (camela).

Suffixum ad camelam referendum est. I. e. Novum non ducitur, quod ea sellâ instructa pernoctat. De eo adhibetur, qui clarus fit agendi ratione, quae antea ipsi

tributa non erat, camela enim sellâ instructa pernoctare non solet. Sam.

١١٣٥ رَحِمَ اللهُ امْرءً تكلَّمَ فغَنِمَ أوْ سَكَتَ وسَلِمَ

1135. Misericors sit Deus erga virum, qui si loquitur, praeda potitur et si silet, salvus est! B.

١١٣٦ رَحِمَ اللهُ مَنْ عَمِلَ شَيْئًا وأتْقَنَهُ ولو كان سُخْرَةً

1136. Deus erga eum misericors sit, qui opus, quod tractat, bene instituit et si ridiculum esset. D.

١١٣٧ مَنْ رَحِمَ رُحِمَ آجِلًا ومَنْ ظَلَمَ ظُلِمَ عاجِلًا

1137. Qui misericors est, in altero mundo misericordiam inveniet et qui injuste agit, is in hoc mundo injuria adfligetur. A.

١١٣٨ مَنْ يَرْحَمِ مِسْكِينًا يُقْرِضِ اللهَ وسَيُكافِيهِ على قَدْرِ عَطِيَّتِهِ

1138. Qui erga pauperem misèricors est, Deo mutuo dat et is e ratione doni ei pensabit. G. Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom 19, 17

١١٣٩ مَنْ لَمْ يَرْحَمْ لَمْ يُرْحَمْ

1139. Qui misericors non est, in eum misericordia non exercetur. A.

١١٤٠ ارْحَمْ مَنْ دُونَكَ يَرْحَمْكَ مَنْ فَوْقَكَ

1140. Si erga inferiorem misericors es, erga te is, qui te superior est, misericors erit. A.

١١٤١ اِرْحَمُوا ثَلَاثًا عَزِيزَ قَوْمٍ ذَلَّ وَغَنِيَّ قَوْمٍ افْتَقَرَ وَعَالِمًا
يَلْعَبُ بِهِ الْجَاهِلُ

1141. Erga tres misericordes estote: erga honoratum, qui contemtus factus est, erga divitem, qui pauper evasit et erga doctum, quocum ignorans ludit! A.

١١٤٢ بِالرَّحْمَةِ وَالْأَمَانَةِ تَتَنَقَّى الْخَطَايَا وَبِخَشْيَةِ الرَّبِّ
يَجْتَنِبُ كُلُّ إِنْسَانٍ عَنِ الشَّرِّ

1142. Per misericordiam et sinceritatem peccata delentur et per timorem Dei quilibet homo a malo avertitur. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 16, 6.

١١٤٣ هُوَ رَخِيُّ اللَّبَبِ

1143. Is levis antilenae est.

De divite adhibetur. Dicitur quoque هو فى لبب رخى Sam.

١١٤٤ رُدِّي جِمَالَكِ الْحَقَكِ الشَّرُّ بِأَهْلِكِ فَمِنْ أُنَاسٍ
مَا أَنْتِ

1144. Repelle camelos tuos; malum (bellum) effecit, ut ad gentem tuam revertereris; nam tu es e numero hominum.

Verba sunt quae Alharitso ben-Ohbad tribuuntur. De sensu dubito. conf. Hamas. 252, l. 3.

١١٤٥ رُزٌّ بِحَلِيب كُلَّما بَرَدَ يَطِيب

1145. Oryza cum lacte quotiescunque frigida est, bona est. D.

١١٤٦ رِزْقُ نَاسٍ على نَاسٍ ورِزْقُ الكُلِّ على ٱللّٰه

1146. Victus quotidianus hominum hominibus impositus est, omnium autem victus quotidianus Deo. G.

١١٤٧ رِزْقُك يَطْلُبُك فَٱسْتَرِحْ

1147. Res tibi ad vitam necessariae te petunt, tranquillus igitur sis! B.

١١٤٨ أَرْزَنُ مِنْ أَبَان

1148. Gravior pondere quam Aban.

Aban nomen montis est. Sam. Schar.

١١٤٩ لَا تُرْسِلْ بَهِيمَتَك لِلْمَرْجِ ٱلَّذِي لَيْسَ فِيهِ سِيَاج

1149. Ne bestiam tuam in pratum mitte, cui sepes non est. D.

١١٥٠ لَا تُرْسِلْ كَلْبَك بِأَرْضٍ ٱلَّتِي لَيْسَ فِيهَا صَيْد

1150. Ne canem tuum in terram mittas, ubi praeda (fera) non est. D.

١١٥١ لَا تُرْسِلْ كَلَامًا يُعْجِزُك رَدُّه

1151. Ne verbum dimitte, quod revocare non potes. D.

١١٥٢ رَسُولُ اَلْمَوْت الوِلَادَة

1152. Nativitas legatus mortis est. A.

١١٥٣ الرسولُ مُبلِّغٌ غَيْر مَلُوم

1153. Legatus nuntium perfert, vituperatione dignus non est.

Verborum auctor Actsam b. Zaifi fuisse dicitur. Sch.

١١٥٤ بالرَّسُول يُعْرَف قَدْر المُرْسِل

1154. Per legatum missum cognoscitur, quid eum mittens valeat. A.

١١٥٥ رَضِيَ بِحُطَّةِ الخَسْف

1155. Contentus est conditione vili.

Proverbium Arabibus non genuinis proprium erat. Conf. Harir. ٣٨.

١١٥٦ مَنْ رَضِيَ بالقَدَر اسْتَخَفّ بالعِبَر

1156. Qui id gratum habet, quod Deus decrevit, is exempla (res calamitosas) levipendit. A.

١١٥٧ رَضِينَا بالهَمّ والهَمُّ ما رَضِيَ بِنا

1157. Curis contenti eramus ; sed curae nobis contentae non erant. D.

١١٥٨ مَنْ لا يَرْضَى بِحُكْمِ مُوسَى رَضِيَ بِحُكْمِ فِرْعَوْن

1158. Qui Mosis imperio contentus non est, is Pharaonis imperio contentus esse debet. D.

١١٥٩ أَتَرْضَى يا خَالَة بالمِلْح والنُّخَالَة

1159. Num contenta es, o matertera, sale furfuri busque? D.

١١٦٠ ما لا تَرْضَاه لِنَفْسك فلا تَصْنَعه لِغَيْرك

1160. Quod tibi factum non placet, id ne aliis facias! Calil. p. 269.

١١٦١ رِضَاء المَرْء بالقَضَاء مُنْتَهَى الرِّضَى

1161. Quod vir decreto divino contentus est, extremum animi contenti est. D.

١١٦٢ الرِّضَاء بالكَفَاف خَيْر مِنَ السَّعْى على الإسْراف

1162. Contentum esse victu sufficiente melius est, quam quaestum facere, dum prodigus es. A.

١١٦٣ أَرْضَى فَإِنَّ خَيْرَك فِي الرَّضِيط

1163. Stulte age, nam bonum tuum in stultitia est.

In stultum enim ob misericordiam beneficia conferuntur. Kam.

١١٦٤ رَعْنَاء وَاسْمُهَا سِتُّ المِلَاح

1164. Fatua, dum ejus nomen domina pulchrarum est. D.

١١٦٥ رُعُونَات النَّفْس تُتْعِبُهَا

1165. Laxitates (fatuitates) animae eam fatigant. A.

١١٦٦ رَاعِ أَبَاكَ يُرَاعِ ٱبْنُكَ

1166. Si patrem tuum curas, filius tuus te curabit. A.

١١٦٧ لِلرَّعِيَّةِ المَنَام وعلى المَلِك ٱلْقِيام

1167. Subditis somnus est, dum surgere (stare) regis officium est. A.

١١٦٨ مَنْ رَغِبَ عَنِ الإِخْوَانِ خَسِرَ لَذَّةَ الزَّمان

1168. Qui a fratribus alienus est, is voluptatibus temporis privatur. A.

١١٦٩ رَفَعَ عَقِيرَتَهُ

1169. Altum clamorem sustulit.

Proverbialis hujus locutionis originem ducunt a viro, cujus unus pes amputatus fuit, ut illo sublato propter vehementes dolores clamaret. Tum de omni clamante adhibita esse verba dicunt Harir p. 133.

١١٧٠ تُرْفَعُ الرَّحمة عَنْ مَنْ أَضَاعَ مالَهُ فى لَذَّاتِه

1170. Misericordia removetur ab eo, qui opes suas in voluptatibus suis perdit. A.

١١٧١ تُرْفَعُ الرَّحْمَة عن مَنْ كَذِبَ طَبِيبَه فيما يَصِف

لَه مِنْ دَائِه

1171. Misericordia removetur ab eo, qui medico suo in describendo morbo, quo laborat, mentitur. A.

١١٧٢ مَنْ تَرَفَّعَ بِعِلْمِه وُضِع بعَمَلِه

1172 Qui per scientiam suam effertur, is per opera sua deprimitur.

In codice Diez. loco vocis ترفع legitur تزوج.

١١٧٣ اذَا ارْتَفَعَ التَّكْلِيف سَقَطَ شُرُوطُ الأَدَب

1173. Quum officium nobis praestandum elatum est, conditiones eruditionis cadunt. D.

١١٧٤ ارْتِفَاعُ الجَاهِلِ كَارْتِفَاعِ المَصْلُوب

1174. Elatio ignorantis (ignominia est) sicut elatio cruci affixi. A.

١١٧٥ رِفْقُ الإِنْسانِ دَلِيلُ عَقْلِه

1175. Lenitas homininis prudentiae indicium est. A.

١١٧٦ الرِّفْقُ لو كَانَ خَلْقًا لَمَا رَأَى النَّاسُ أَحْسَنَ مِنْه

1176. Benignitas si creatura esset, pulchriorem rem homines non viderent. B.

١١٧٧ الرِّفْقُ مِفْتَاحُ الرِّزْق

1177. Comitas clavis rerum ad vitam necessariarum est. A.

١١٧٨ الرِّفْقُ يُلِين القَلْبَ الصَّعْبَ والخُرْقُ يُقْسِى القَلْبَ اللَّيِّن

1178. Lenitas cor asperum lenit et asperitas cor lene durum reddit. A.

١١٧٩ رَفيق عَدُوّ

1179. Socius, inimicus. D.

١١٨٠ لا تُرافِق الوَلَد ولا تَمْشى معه فان وَقَع حِمْلُك يَضْحَك عليك وان وَقَع حِمْلُه يَبْكى عليك

1180. Ne filii socius sis et ne cum eo eas, nam si tuum onus cadit, te deridebit et si ejus onus cadit, de te flebit. G.

١١٨١ رَفاهِيَةُ العَيْش فى الأَمَن

1181. Bona vitae conditio securitate nititur. A.

١١٨٢ أَرَقُّ مِنَ الماء

1182. Tenuior quam aqua. Sam. Schar.

١١٨٣ أَرَقُّ من الهَواء

1183. Tenuior quam aura. Sam. Schar.

١١٨٤ أَرَقُّ من دَمْع الغَمام

1184. Tenuior quam lachryma nubis. Sam. Sch.

١١٨٥ راقِبِ النُّجُوم تَنَال العُلُوم

1185. Observa sidera et scientiam tibi comparabis. D.

١١٨٦ من يرقُد يَحْلُم

1186. Qui dormit, somniat.

Abu-Mohammed Alahrabi ad Hamas. p. 289. l. 10.

١١٨٧ ارقُصْ لِلْقِرْدِ فى زَمانِهِ

1187. Salta simiae tempore suo!

Ebn-Challik. fasc. 9. 99. Vulgare est proverbium. conf. Meid. 12, 181 et Burckh. prov. 87.

١١٨٨ الارْتِقاء صَعْب والإحْطاط هَيْن كالحَجَر الثَّقيل رَفْعُه عَسير وحَطُّه يَسير

1188. Adscensus difficilis et dejectus facilis est, sicut gravem lapidem tollere difficile est; dejicere autem facile. A.

١١٨٩ مَنْ رَكِبَ الحَقَّ غَلَبَ الخَلْقَ

1189. Qui jure tanquam jumento utitur, is homines vincit. A.

١١٩٠ لا تَرْكَبْ فَرَسَ غَيْرِك

1190. Ne equo alius vehere!

١١٩١ مَنْ لم يَرْكَبِ الأَهْوَال لَمْ يَنَل الأَمْوال

1191. Qui pericula non obit, opibus non potitur. D. Conf. Meid. 24, 609. Calil. p. 24.

١١٩٢ إنَّك لا تَرْكُض مَرْكَضًا

1192. Tu cursu magno non curris.

Verba haec Hodsaifahus b. Badr Kaiso b. Sohair die, quo equorum cursu inter se certabant, dixit, quum equum

suum Kaisi equum cursu superare videret. conf. Meid. 10, 11. Sam. Schar.

١١٩٣ رُمْحُ الجَبَانِ أَطْوَلُ

1193. Timidi lancea longior est.

Vetus est proverbium, quod Alharits ben-Ohbad dixisse fertur. Hamas. p. 254.

١١٩٤ الرَّمِدُ خَيْرٌ مِنَ الأَعْمَى

1194. Lippus melior est, quam caecus. D.

١١٩٥ رَمَضَانُ كَرِيمٌ

1195. Mensis Ramadhan nobilis est. D.

١١٩٦ رُمِيَ بِحَجَرِ الأَرْضِ

1196. Lapide terrae petitus est.

I. e. calamitate adflictus est. Kam. conf. Meid. 10, 6.

١١٩٧ لَا يُرْمَى بِهِ الرَّجَوَانِ

1197. Ad duo putei latera non jacitur. Sam.

Despectus non est. conf. Meid. 6, 125. In Kamusi opere legitur رمى به الرجوان Projectus est ad duo latera putei.“ A situla proverbium desumtum est.

١١٩٨ لَا تَرْمِي حَجَرًا بِقِلَاعٍ

1198. Ne funda lapidem jace! D. G.

١١٩٩ لَا تَرْمِي سَهْمًا فِي صُورَةٍ مِنْ حَدِيدٍ

1199. Ne in figuram ferro confectam sagittam jacias! D.

١٢٠٠ لا تَرْمِ سِهَامَك يَعْسُر عَلَيْك رَدُّه

1200. Ne sagittas tuas jacias, nam eas reducere tibi difficile est. G.

Rectius ردها scribitur.

١٢٠١ أَرْمَى من بنى نُعَل

1201. Melior jaculator quam gens Banu-Tsoahl.

Fakih. Alchol. p. 248. infr.

١٢٠٢ أَرْمَى مِنْ قَطْرَة

1202. Melior jaculator quam Kathrah.

Viri nomen est artis jaculandi periti. Sed de enunciandi modo dubito. Schar.

١٢٠٣ لا تَرْهَبْ إِلَّا رَبَّك ولا تَخَافَنَّ إِلَّا ذَنْبَك

1203. Nonnisi dominum tuum venerare et nonnisi peccatum tuum time! D.

١٢٠٤ عِنْدَ الرَّهْن تُعْرَف السَّوَابِق

1204. Pignore posito equi praecurrentes cognoscuntur. D.

١٢٠٥ رَاحَ العِيدُ وَقَلَقه وكُلٌّ منَّا عَاد الى خُلْقه

1205. Festum ejusque inquietudo abiit et quilibet nostrum ad naturam suam rediit. D.

١٢٠٦ راحَ الى القَصْل وجَاء عَطْشَان

1206. Ad furfures abiit et sitibundus venit. D.

In utroque codice القصل legitur; sed loco furfurum potius lacus aut talis significatio convenire videtur.

١٢٠٧ رَاحَ الى المَاء وجَاء فَارِغ

1207. Ad aquam ivit et vacuus venit. D.

١٢٠٨ راح خَرا وجَاء نُشَادر

1208. Merda abiit et sal ammoniacum venit. D.

١٢٠٩ راح ذلك الزَّمَان وناسُه وجاء هذا الزمان وفَأْسُه

وذُلَّ من تَكَلَّم الحَقّ كَسَروا رَأْسَه

1209. Tempus illud abiit cum hominibus suis et hoc tempus venit ejusque securis et omnis veritatem loquentis caput fregerunt. D.

In codice G. بفاسه et يضربوه يكسروا legitur.

١٢١٠ راح قِطّ وجَاء كَلْب

1210. Felis abiit et canis venit. D.

١٢١١ رَاحَ مِثْلَ الضُّرَاط على البَلَاط

1211. Ut crepitus ventris super terrae superficie abiit. D.

١٢١٢ اسْتَرَاحَ مَنْ وَضَعَ المَكَارِم

1212. Quietem invenit is, qui actiones generosas deponit. Hamas. p. 65. l. 14.

١٢١٣ استَرَاحَتِ العُرَاة من شرابة الصَّابُون

1213. Nudis saponem emere necessarium non est. G.

١٢١٤ رَاحَةُ الثَّوْبِ طَيُّه

1214. Quies vestis plicatura est. D.

١٢١٥ رَاحَةُ الجَسَد فِي قِلَّة الطَّعَام وراحَةُ الرُّوح فِي قِلَّة الآثام وراحَةُ القَلْب فِي قِلَّة الاهْتِمام وراحَةُ اللِّسان فِي قِلَّة الكَلام

1215. Corporis quies in cibo pauco consistit et cordis quies in paucis peccatis et animi quies in pauca sollicitudine et linguae quies in pauco sermone.

Altero codicis loco, omissa secunda parte راحة الروح etc. loco vocis الاهتمام legitur الانتقام vindicta.

١٢١٦ لا رَاحَةَ إلَّا فِي الخَلْوَة ولا أُنْسَ إلَّا مع الوَحْشَة

1216. Nonnisi in loco, ubi soli sumus, quies est, et non est societas humana nisi cum solitudine. A.

١٢١٧ رَوْحٌ وتَخْفِيف

1217. Quies et levamen. D.

١٢١٨ رَوَائِحُ الجَنَّة فِي الشَّبَاب

1218. Paradisi odores in adolescentia sunt. D.

١٢١٩ اذا أَرَادَ ٱللّٰهُ انْ يَسْلُبَ نِعْمَتَه مِنْ عَبْد

فاوَّلُ ما يَسْلُبُه عَقْلَه

1219. Si Deus homini beneficium suum eripere vult, ingenium ei eripere incipit. A.

١٢٢٠. رُبَّمَا أَرَادَ الأَحْمَقُ نَفْعَك ضَرَّك

1220. Saepe stultus commodum tuum volens tibi nocet. D.

١٢٢١ مَنْ أَرَادَ الجَنَّة والنَّعِيم يَصْبِر على سَكّ المُسْلِمين

1221. Qui paradisum et gratiam sibi comparare vult, is Mohammedanorum percussionem patienter fert.

Vox سك loco vocis صك posita esse videtur. D.

١٢٢٢ مَنْ أَرَادَ العَصِيدة عَلَيْه بالماء والدَّقِيق

1222. Qui pulmentum spissum vult, is aquam farinamque sumat!

١١٢٣ مَنْ أَرَادَ المَلِيح يَبِيع داره

1223. Qui pulchram vult, domum suam vendere debet. D.

١٢٢٤ مَنْ أَرَادَ أَنْ يَكُون سَلِيمًا فى الدُّنْيَا فَلْيَجْتَنِبْ

خَمْسًا لا يَشْهَد ولا يُومِ بالنَّاسِ ولا يحدِّثْ

ولا يَقْبَل هَدِيَّة ولا ياكُل لاحدٍ شيا

1224. Qui salvus in mundo esse vult, is quinque res evitet: ne testimonium dicat; ne nutu homines indicet; ne narret; ne donum accipiat et ne edat rem, quae alteri est. A.

١٢٢٥ اذا أَرَادَكَ قَضَا مُرَادَكَ

1225. Si te vult, voluntati tuae satisfaciet. G.

١٢٢٦ اذا أَرَدْتَ النَّصِيحَةَ فَتَأَهَّبْ لِلظِّنَّةِ اذا بالَغْتَ فِى النُّصْحِ فَتَأَهَّبْ لِلتُّهْمَةِ

1226. Quum monitum sincerum vis, ad suspicionem paratus sis; quum summo studio alterum mones, fieri potest, ut in suspicionem venias.

I. c. Quem sincere et cum studio monemus, saepe nos suspectos habet. Haecce verba Actsamo b. Zaifi. adscribuntur. Schar.

١٢٢٧ اذا اردتَ ان تَعْرِفَ عَقْلَ الرَّجُلِ فَحَدِّثْهُ فِى خِلَالِ كَلَامِكَ بِما لا يَكُونُ فَإِنْ أَنْكَرَهُ فهو عاقِلٌ وان صَدَّقَهُ فَهُوَ جاهِلٌ

1227. Si prudentiam viri cognoscere vis, inter ea, quae ei dicis, rem non existentem narra. Si eam abnegat, prudens est, sin vero eam veram esse putat, insipidus est. A.

1224. Qui salvus in mundo esse vult, is quinque res evitet: ne testimonium dicat; ne nutu homines indicet; ne narret; ne donum accipiat et ne edat rem, quae alteri est. A.

١٢٢٥ اذا أَرَادَكَ قَضَا مُرَادَكَ

1225. Si te vult, voluntati tuae satisfaciet. G.

١٢٢٦ اذا أَرَدْتَ النَّصِيحَةَ فَتَأَهَّبْ لِلظِّنَّةِ اذا بالَغْتَ فِى النُّصْحِ فَتَأَهَّبْ لِلتُّهْمَةِ

1226. Quum monitum sincerum vis, ad suspicionem paratus sis; quum summo studio alterum mones, fieri potest, ut in suspicionem venias.

I. c. Quem sincere et cum studio monemus, saepe nos suspectos habet. Haecce verba Actsamo b. Zaifi. adscribuntur. Schar.

١٢٢٧ اذا اردتَ ان تَعْرِفَ عَقْلَ الرَّجُلِ فَحَدِّثْهُ فِى خِلَالِ كَلَامِكَ بِما لا يَكُونُ فَإِنْ أَنْكَرَهُ فهوعاقِلٌ وان صَدَّقَهُ فَهُوَ جاهِلٌ

1227. Si prudentiam viri cognoscere vis, inter ea, quae ei dicis, rem non existentem narra. Si eam abnegat, prudens est, sin vero eam veram esse putat, insipidus est. A.

١٢٢٨ اذا اردتَ أَنْ تَقْشَعَ الدُّنيَا من بَعْدِك فَاقْشَعْها من بَعْدِ غَيْرِك

1228. Quum mundum post te dispellere vis, post alium quam te eum dispelle!

١٢٢٩ اذا اردتَ ان تَنْكسِرَ بحِين فعَامِل الفَلَّاحِين

1229. Quum calamitate frangi vis, cum rusticis commercium habe! D.

١٢٣٠ اذا اَردتَ أَنْ يَكُونَ عَدُوّك لك صَدِيقٌ فَافْعَلْ معه خَيْرًا

1230. Si vis, ut inimicus tuus tibi amicus fiat, bene erga eum agas! A.

١٢٣١ اذا اردتَ تَأْخُذ بِنْتا سَلْ عَنْ خَصَايِل أُمِّها

1231. Quum puellam in matrimonium ducere vis, indolem matris ejus sciscitare! D.

١٢٣٢ اذا اردتَ تُحَيِّرُه خَيِّرْه

1232. Quum efficere vis, ut dubius haereat, eligendi potestatem ei concede! D.

In codice D. تحطّره prosternere eum legitur.

١٢٣٣ اِذَا اردتَ تَفْتَضِح فَمُرْ على مَنْ لا يَمْتَثِل أَمْرَك

1233. Quum ignominia adfici vis, ei impera, qui mandato tuo obsequium non praestat. D.

١٢٤١ انّ الرّيحَ إذا هَبّتْ خارِجَ البَيْت اسْتَتَرْتُ منْها واذا كانت فى البَيْتِ لم يَكُن فى الاسْتِتار منها سَبيلى

1241. Si ventus extra domum flat, tegumentis contra eum me defendo; sed si in domo est, contra eum me defendere non possum.

Proverbium vulgo usitatum, quod in interna conditione, quae corrupta est, usurpatur. Cod. Abu-Ohbaid.

١٢٤٢ رِيحُهُ ولا عَدَمُهُ

1242. Ventus ejus et non defectus ejus. D.

١٢٤٣ تَزاحُمُ الأيْدى على الطَّعام بَرَكَةٌ

1243. In eo, quod manus in cibo capiendo se invicem comprimunt (ob multitudinem), benedictio est. A.

١٢٤٤ مَنْ زَرَعَ الاحْزانَ حَصَدَ المِحَانَ

1244. Qui tristitiam serit, is calamitates demetet. D.

Vox المحان ob homoioteleuton loco vocis المحن posita esse videtur.

١٢٤٥ مَنْ زَرَعَ العُدْوانَ حَصَدَ الخُسْرانَ

1245. Qui inimicitiam serit, jacturam demetet. A.

١٢٤٦ الذى يَزْرَعُ فى شُبَاطٍ ما يَحْصُدُ الا الضَّرَاطَ

1246. Qui mense Februario serit, nil nisi crepitum ventris metit. D.

١٢٤٧ مَنْ يَزْرَع الإِثْم يَحْصُد الشُّرُور

1247. Qui crimen serit, mala metet. G.

Salomoni tribuitur. conf. Prov. Salom. 22, 8.

١٢٤٨ ازرَعْ لِكَى تَحْصُد

1248. Sere ut metas! G.

١٢٤٩ زَرْع رَقِيق وجَاهٌ غَرِيق

1249. Satum tenue et dignitas submersa. D.

١٢٥٠ اذا تَزَعْزَعَ الوالِد تَزَعْزَع الوَلَد

1250. Quum pater commovetur, puer commovetur. D.

١٢٥١ زَكٰوةُ العِلْم تَعْلِيمه

1251. Scientiae tributum et eam docere. D.

١٢٥٢ مَنْ يُزَكِّى المُنَافِق ويَقْضِى على الصَّدِيق كِلَاهما مَرْذُولان عند الرَّبّ

1252. Qui hypocritam innocentem esse declarat et qui contra justum sententiam fert, Deo despectus est. G.

Vox مزدولان mihi pro مذلولان dictum videtur. Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 17, 15.

١٢٥٣ زَلَّةُ الرِّجْل عَظْم يُجْبَر

1253. Lapsus pedis os est, quod consolidatur. D.

١٢٥٤ زَلَّةُ اللِّسَان لا تَبْقى ولا تَذِر

1254. Lapsus linguae non manet et non vulnerat. Diez.

Loco vocis تذر in codice Paris. تضر nocet legitur. Fortasse proverbium cum praecedente conjungendum et aliter enunciandum est.

١٢٥٥ زَلَّةُ العالِم كانْكِسار السَّفِينَة تُغَرِّقُ وتغرّق معها خَلْق كَثِير

1255. Error docti fractae navi similis est, quae submergitur et quacum multi homines submerguntur. D. Conf. Meid. 1. 173.

١٢٥٦ زَلَّةُ العالِم لا تُقَال

1256. Lapsus docti non condonatur. D. Conf. Meid. 11, 52.

١٢٥٧ زَلْقَة فى تَمُوز

1257. Lapsus in loco lubrico mense aestatis. D.

١٢٥٨ زَمَانُنَا كُلُّه واهْلُه كَمَا تَرَى

1258. Totum tempus nostrum et gens ejus est, quemadmodum vides. G.

١٢٥٩ الزَّمَانُ يَسْلُب ما أَعْطى ويُفَرِّق ما جَمَع

1259. Tempus eripit, quod dedit et dispergit quod collegit. A.

١٢٦٠ زَنْبُورِيْن على خَرْبَة

1260. Duo crabrones ad unam merdam. D.

١٢٦١ اَلزِّنَاءُ يُورِثُ الفَقْر

1261. Scortatio paupertatem adducit. B.

١٢٦٢ أَزْنَى مِنْ هِرْس

1262. Magis scortans quam felis. S. Schar. Conf. Meid. 11, 42.

١٢٦٣ مَنْ زَهِدَ فِى الدُّنْيَا مَلَكَهَا وَمَنْ رَغِبَ فِى الدُّنْيَا عَبَدَهَا

1263. Qui in mundo (rebus mundanis) abstemius est, eum regit et qui mundum (res mundanas) cupit, ei servit. G.

١٢٦٤ زُهْدُ العامِى مَضَلَّة

1264. Devotio caeci error est. B.

١٢٦٥ زَهَادَةُ ٱلنِّسَاء جُلُوسُهُنَّ فِى البُيُوتِ

1265. Devotio feminarum eo consistit, quod domi manent. B.

١٢٦٦ ازهَدُ من إبْرَهِيم بن أَدْهَم

1266. Devotior quam Ibrahim b. Adham. Conf. Harir. 309.

١٢٦٧ زَهَتْ بك زِنَادِى

1267. Ignitabulum meum per te ignem emisit.
Per te auctus sum. Sam.

١٢٦٨ أَزْهَى مِنْ وَاشِمَةٍ أَسْتَهَا

1268. Superbior quam ea, quae anum suum pingit. Sam. Schar. Conf. Meid. 7, 99.

١٢٦٩ تَزَوَّجَ التَّوَانِي بِالكَسَلِ فَوَلَدَ الزَّوْجَانِ الفَقْرَ وَالحِرْمَانَ

1269. Cunctatio cum segnitie conjugium inierat. Conjuges paupertatem frustrationemque genuerunt. Fak. Alchol. 193.

١٢٧٠ لَوْ تَزَوَّجَ السَّيْفُ مَا قَطَعَ

1270. Si gladius matrimonium iniisset, non secuisset. D.

١٢٧١ زَوْجُكَ عَلَى مَا عَوَّدْتَهُ وَابْنُكَ عَلَى مَا رَبَّيْتَهُ

1271. Maritus tuus modo se geret, ad quem eum adsuefecisti et filius tuus modo quo eum educasti. G.

١٢٧٢ التَّزْوِيجُ نَقْلُ شَهْرٍ وَشَوْكُ دَهْرٍ

1272. In matrimonio est conditum mensis et spina aevi. A.

١٢٧٣ زَوِّدْ نَفْسَكَ الخَيْرَاتِ بِالأَعْمَالِ الصَّالِحَةِ

1273. Animam tuam commeatu bono proborum operum instrue! D.

١٢٧٤ زُرِ المَرْءَ عَلَى قَدْرِ إِكْرَامِهِ لَكَ

1274. Visita virum ratione ejus, quo te honorat. A. B.

١٢٧٥ زَايِرُ السُّلْطَان كَزَايِرِ الْأَسَد

1275. Imperatorem visitans ei similis est, qui leonem visitat. D.

Sed videtur inesse lusus verborum, nam زاير rugitus leonis est.

١٢٧٦ يا زَايِرًا عِنْدَ الْمَسَاء إِمَّا لِلْمَبِيت أَوْ لِلْعَشَاء

1276. O visitans tempore vespertino! utrum ad pernoctandum an ad cibum vespertinum sumendum? D.

١٢٧٧ الزَّايِرُ فِي قَبْضِ الْمَزُور

1277. Visitans in possessione visitati est. D.

١٢٧٨ زِيَارَةُ الْحَبِيب تُطَرِّي الْمَحَبَّة

1278. Visitatio amati amorem renovat. B.

١٢٧٩ زِيَارَةُ الضُّعَفَاء مِن التَّوَاضُع

1279. Visitatio debilium humilitatis species est. A. B.

١٢٨٠ الْمَزُورَة عَلَى الْحَكِيم

1280. Visitatae curandae officium medico est. D.

١٢٨١ مَنْ زِيدَ فِي عَقْلِه نَقَص مِن خَطِّه

1281. Cujus prudentia augetur, ejus scriptura diminuitur. A.

١٢٨٢ مَنْ زَادَتْ شَهْوَتُه نَقَصَتْ مُرُوَّتُه

1282. Cujus cupiditas augetur, ejus virtus diminuitur. A.

١٢٨٣ زِد البِلَّة طِين

1283. Humore lutum auge! D.

١٢٨٤ زَادُ ٱثْنَيْن يَكْفى ثَلاثة

1284. Duorum commeatus tribus sufficit. D.

١٢٨٥ زِيَادَةُ الأَعْدَاء أَشَدُّ من المَرَض

1285. Inimicorum incrementum durius quam morbus est. G.

١٢٨٦ زِيادَةُ الخَيْرِ ما فِيهِ نَدَامَة

1286. In boni augmento poenitentia non est. D

١٢٨٧ زِيادَةٌ فى الحَدِّ نُقْصَان فى الحُدُود

1287. Augmentum in uno termino detrimentum in caeteris terminis est. D. G.

١٢٨٨ لا يَزَال الإنسانُ فى فُسْحَة مِنْ عَقْلِه ما لم يَقُلْ شِعْرًا أوْ يُصَنِّفْ كِتابا

1288. Non cessat esse homo in amplitudine ingenii sui, quamdiu carmen non dixit aut librum non composuit. A.

١٢٨٩ لا يَزال الرَّجُلُ مُهَابا ما دامَ ساكتًا فإذا تَكَلَّمَ زالتْ مَهابَتُه أوْ سَقَطَتْ رَتْبَتُه

1289. Quamdiu vir in silentio perseverat, venerabilis esse non cessat, sed si locutus est, ejus reverentia cessat aut ejus dignitas diminuitur. A

١٢٩٠ زِينَةُ ٱلْبَاطِنِ خَيْرٌ مِنْ زِينَةِ ٱلظَّاهِرِ

1290. Ornamentum interioris melius est quam exterioris ornamentum. A. B.

١٢٩١ مَنْ سَأَلَ صَاحِبَهُ فَوْقَ طَاقَتِهِ فَقَدِ ٱسْتَوْجَبَ ٱلْحِرْمَانَ

1291. Qui a socio suo plus, quam praestare potest, petit, is repulsam meretur. Sam.

In Abu-Ohbaidi codice legimus, hoc apud vulgum in usu esse.

١٢٩٢ إِذَا سُئِلَ عَنِ ٱلشَّيْءِ قَالَ بَيْنَ ٱلْمِخَّةِ وَٱلْعَجْفَاءِ

1292. Quando de re interrogatur, dicit: Inter eam, quae medullam habet et macilentam.

De re quae in medio est inter duas res. Cod. Abu-Ohbaid.

١٢٩٣ سَأَلْتُهَا عَنْ بَعْلِهَا قَالَتْ هَرَبَ

1293. Interrogavi eam de marito suo, dixit: fugit.

Cum hisce verbis in codice Par. conjuncta sunt sequentia: لا فارس البيدا ولا وجه العرب „non eques deserti et non facies Arabum.“

١٢٩٤ ٱلْمَسْئَلَةُ أَضْعَفُ ٱلْمَكْسَبَةِ

1294. Mendicatio maxime infirmus quaestus est. Sch.

Verborum auctor Actsam ben-Zaifi fuisse dicitur. Conf. Meid. 24, 129.

١٢٩٥ المَسْؤُل حَسَر حَتّى يَعِد

1295. Interrogatus suspiria ducit, donec promittit. B.

١٢٩٦ لا تَسْبَحْ فى الماء البَارِد فتَهْلَك

1296. Ne in aqua frigida nates, nam peribis. D.

١٢٩٧ لا يُسَبِّح ولا يُعَيِّر الجَراب

1297. Marsupium neque laudat neque opprobrio adficit. D.

١٢٩٨ السَّبُعُ سَبُع وان كَلَّتْ مَخَالِبُه والكَلْب كَلْب
ولو كانَ مَرْبِيًّا بَيْنَ السِّبَاع

1298. Leo leo est et si ejus ungues obtusi sunt et canis canis est, etsi inter leones nutritus est. A.

١٢٩٩ سَبْعة لا تَحْسُن بِك أَنْ تُهْمِلَهُنَّ زَوْجَتك ما
وافَقَتْك ومَعِيشَتَك ما كَفَتك وحِلْيَتك ما جَمَّلَتْك
وصاحبك ما أَنْصَفَك وجَلِيسك ما فَهِم عَنك
وَوَلَدك ما لم يَعْقِل وضَيْفك ما لم يَثْقُل عليك

1299. Septem res te non decet negligere: uxorem tuam, quamdiu tecum consentit; victum tuum, quamdiu tibi sufficit; ornamentum

tuum, quamdiu te ornat; et socium tuum, quamdiu justus in te est et convivam tuum, quamdiu te intelligit et filium tuum, quamdiu prudens non est et hospitem tuum, quamdiu tibi molestus non est. A.

١٣٠٠ سَبَقَك بها عُكَاشَة

1300. Ohcaschus in eo te praecessit.

Mohammedes dixerat: nonnulli e gente mea paradisum intrabunt plenae lunae similes. Tum Ohcaschus ben-Mohzin dixit: Invoca Deum, ut ego ex eorum numero sim. Mohammedes viri precibus annuit, sed quum alter idem rogasset, renuens ista verba protulit, quae in proverbii consuetudinem venientia significant, unum alterum in re petenda praecessisse. S a m.

١٣٠١ مَنْ سابَقَ الدَّهْرَ عَثَرَ

1301, Qui cum tempore cursu certat, pedem offendit. D.

١٣٠٢ سِتٌّ وجَارِيَتَيْن على قَلْى بَيْضَتَيْن

1302. Domina et duae servae, in sartagine duo ova. قلى significationem vocis مقلى habere videtur. D.

١٣٠٣ سِتّى فى لَذَّتِها وانا أُقَاسِى فى شِدَّتِها

1303. Domina mea in voluptate sua et ego ejus calamitatem (vehementiam) perfero. D.

١٣٠٤ سِتَّة اذا ما أُهِينوا فلا يَلُومُوا الَّا أَنْفُسَهُم

المُسْتَخف بالسُّلْطان والمُتَآمِر على صاحب

البَيْت فى بَيْتِه والدَّاخِل بَيْنَ ٱثْنَيْن لم يُدْخِلاه فى حَدِيثِهما والواصِل الى مائِدَة لم يُدْعَ إِلَيْها والجالِس فى مَجْلس لم يَكُنْ له بِأَهل وٱلْمُقْبِل حديثَه على من لا يَسْمَعه

1304. Sex personae nonnisi in se vituperii culpam videant, quotiescunque despectae sunt: Is, qui imperatorem levipendit; qui in domus principem in ipsa ejus domo imperium sibi arrogat; qui se duobus immiscet; qui eum sermonis participem non fecerunt; qui ad mensam haud invitatus accedit; qui in consessu sedet, qui ipso dignus non est; qui verba ad ipsum non audientem dirigit. A.

١٣٠٥ سِتَّة خِصال يُعْرَف بها الجَاهِل اَلْتقَه بِكُلِّ أَحَد والكلام فى غَيْر نَفْع والغَضَب من غَيْر سَبَب والعَطِيَّة فى غَيْر نفع مَوْضِعِها وإِفْشاء السِّرّ الى كُلِّ أَحَد وعَدَم التَّمْيِيز بَيْنَ العَدُوّ والصَّدِيق

1305. Sex rebus insipidus cognoscitur: Fiducia in unoquoque posita; sermone inutili; ira sine causa; dono haud recto loco dato; secreto

cum quolibet communicato, eoque quod inimicum ab amico non discernit. A.

١٣٠٦ سِتَّةٌ لا يُفَارِقُهُمُ الْحُزْنُ فَقِيرٌ غَرِيبٌ (قَرِيبٌ .l) عَهْدٍ بِغِنِيٍّ وَمُكْثِرٍ يَخَافُ عَلَى مَالِهِ التَّلَفَ وَمَرِيضٌ لا طَبِيبَ لَهُ وَمُحِبٌّ لِامْرَأَتِهِ وَهِيَ خَائِنَةٌ وَالْحَسُودُ وَالْحَقُودُ

1306. Sex homines tristitia non relinquet: pauperem, qui paulo ante dives fuerat; locupletem, qui timet divitias interituras esse; aegrotus, cui medicus non est; uxoris suae amantem, dum ipsa perfida est; invidum et odio plenum. A.

١٣٠٧ اُسْتُرْ عِبَادَتَكَ كَمَا تَسْتُرُ فَوَاحِشَكَ

1307. Probitatem tuam occulta, sicut improbitatem tuam occultas. D.

١٣٠٨ أَسْتَرُ مِنَ اللَّيْلِ

1308. Magis tegens quam nox. Sam. Sch. Conf. Meid. 7. 115.

١٣٠٩ اِسْتُ امْرَأَةٍ أَحَقُّ بِالْمِجْمَرِ

1309. Anus mulieris thuribulo dignior est.

Proverbii auctorem Alahnafum ben-Kais fuisse dicunt, qui verba mulieri thuribulum ipsi adferenti dixerit. Schar. conf. Meid. 12, 18.

١٣١٠ ما لَكَ اسْتٌ وفَمٌ

1310 Podex et os tibi non est.

I. e. Radix et surculus. Poetae Djerir appellato verba adscribuntur sequentia: ما لك است فى العُلَى ولا فم „Podex tibi in celsitudine non est et non os.“ Sam.

١٣١١ بِاسْتِ بَنِي فلان

1311. In podice filiorum cujusdam.

Qui alios despicit, hisce verbis utitur. Sam.

١٣١٢ السُّجُونُ قُبُورُ الأَحِبَّاء وشَمَاتَةُ الأَعْدَاء وتَجْرِبَةُ الأَصْدِقَاء

1312. Carceres amatorum sepulchra, inimicorum gaudium et amicorum probatio sunt. B.

١٣١٣ قَبْلَ السَّحَابِ أَصَابَنِي الوَكْف

1313. Ante nubem stillicidium me attigit. D.

١٣١٤ لا تَسْخَرْ فِي شَيْءٍ فَيُجَرِّبُوك

1314. Ne rem ludibrio habe, nam te experientur. D. conf. Meid. 23, 405.

١٣١٥ السَّخِيُّ قَرِيبٌ من اللَّه وقَرِيب من السَّمَاء وبَعِيد من جَهَنَّم

1315. Liberalis Deo propinquus, coelo propinquus et ab igne inferno remotus est. G.

١٣١٦ أَسْخَى مِنْ دِيك

1316. Liberalior quam gallus,

Sic dicitur, quod gallinis grana concedit. Schar.

١٣١٧ أَسْخَى مِنْ لافِظَة

1317. Liberalior quam columba.

Sic dicitur, quia ex ingluvie in pulli rostrum grana egerit; sed in voce لافظة explicanda lexicographi non non consentiunt. Conf. lexic. meum.

١٣١٨ سَدَّ الأَطْوَاقَ الخَمْسَ لِيُضِئَ البَيْتَ والساكِنَ فيه

1318. Quinque fenestras obstruxit, ut domui ejusque habitatori lucem adferret. D.

In codice G. الطوق omissa voce الخمس legitur.

١٣١٩ مَنْ يَسُدُّ أُذُنَيْهِ عَنْ صُرَاخِ المِسْكِينِ فَهُوَ يَصْرُخ وَلا يُسْمَعُ لَهُ

1319. Qui aures suas claudit, ne pauperis clamorem audiat, ejus clamor non audietur. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 21, 13.

١٣٢٠ إِنْ سَرَّكَ أَنْ لا تَبْأَسَ فَغُرْ وَاجْلِسْ

1320. Si te laetitia adficit, quod miser non es, in depressas altasque terras iter fac!

Proverbium nos hortatur, ut ad opes acquirendas terram peragremus. Sam. Schar.

١٣٢١ سِرُّ اللهِ فِي خَلْقِه

1321. Arcanum Dei in ejus creaturis est. D.

١٣٢٢ سِرُّ ٱثْنَيْن شَاعَ بَيْنَ ٱلْفَيْن

1322. Secretum inter duos inter duo millia divulgatum est. D.

Loco vocis شاع in codice G. يوجد „invenitur“ legitur.

١٣٢٣ سِرٌّ بَيْنَ ٱلْمُلُوك أَيْش وَصَّلَه لِلدِّيُوك

1323. Secretum inter reges quomodo ad gallos perveniet. G.

١٣٢٤ سِرُّك أَسِيرُك إِنْ صُنْتَه وَأَنْتَ أَسِيرُه إِنْ أَظْهَرْتَه

1324. Secretum tuum captivus tuus est, si id custodis; sed si id divulgas, tu ejus captivus es. D.

In altero loco idem proverbium hisce verbis legitur: سرك اسيرك فاذا تكلمت به صرت اسيرا له

١٣٢٥ سِرُّك دَمُك لَا تُرِقْهَا

1325. Secretum tuum est sanguis tuus, ne eum effunde! D.

١٣٢٦ سِرُّك مِنْ دَمِك رُبَّمَا كَشَفْتَه فَيَكُون سَبَب مَوْتِك

1326. Secretum tuum est pars sanguinis tui. Si id detexeris, mortis tuae causa erit. D. Conf. Meid. 12, 70.

١٣٢٧ وَسُرُور أُنَاس عِنْدَ أُنَاس مَأْتَم

1327. Aliorum gaudia aliis causae luctus sunt. D.
In codicibus D. P. ماتم legitur, id quod correxi.

١٣٢٨ السُّرُور شَيْبَان رَفْع وَدُود ووَضْع حَسُود

1328. Gaudium duplex est; quod amans tollitur et invidus deprimitur. A.

١٣٢٩ سُرُورك بِٱلدُّنْيَا غُرُور

1329. Laetitia ob mundum hunc deceptio est. D.

١٣٣٠ أَسَرّ مِنْ سَلْعَة ٱلنَّلَاق

1330. Majore laetitia adficiens quam hora occursus (amicae) Sam. Schar.

١٣٣١ أَسْرَأ مِنْ جَرَاد

1331. Plura ova excernens quam locusta. Sam. Sch.

١٣٣٢ السِّرَاج دُهْنه قُوت لَه واذَا غَرَقْته فيه طُفِى

1332. Lucernae nutrimentum oleum est, sed si eam eo submergis, exstinguitur. G.

١٣٣٣ سُرْعَة ٱلِانْتِقَام لَيْسَتْ مِنْ دَعَاوة الكِرام

1333. Celeritas vindictae res non est, quam generosi de se praedicant. B.

١٣٣٤ سُرْعَة الغَضَب مِنْ أَخْلَاق السِّبَاع والصِّبْيَان

1334. Celeriter irasci naturae ferarum et puerorum est. A.

١٣٣٥ أَسْرَعُ مِن الشَّفْرَةِ الى سَنَام البَعِيرِ

1335. Celerior quam culter magnus versus gibbum cameli (in dissecando) Sam. Schar.

١٣٣٦ أَسْرَعُ مِنْ طَرْف المُوق

1336. Celerior quam nictus anguli oculi Schar.

١٣٣٧ أَسْرَعُ مِنْ عَصَا الأَعْرَج

1337. Celerior quam baculus claudi naturâ. S. Sch.

١٣٣٨ أَسْرَعُ مِنْ لَحْسَةِ الكَلْبِ أَنْفَه

1338. Celerius quam quod canis nasum suum lambit. Sch.

١٣٣٩ أَسْرَعُ مِنْ لَمْعِ الأَصَمّ

1339. Celerius quam quod surdus innuit.

Dixit Bischr ben-Abi-Hasem:

أَشَارَ بِهِمْ لَمْعِ الأَصَمّ فَأَقْبَلُوا عَرَانِينَ لا يَأْتِيه لِلنَّصْرِ مُجْلِبُ

Innuit eis modo, quo surdus innuit et advenerunt principes gentis, dum ad auxilium ei non venit clamorem tollens. Sam. Schar.

١٣٤٠ أَسْرَعُ مِنْ لَمْعِ وَمِيض البَرْق

1340. Celerior quam fulminis splendor rutilans. Sam. Schar. Conf. Meid. 12. 142.

١٣٤١ أَسْرَعُ مِنْ ما ولا

1341. Celerior quam vox ما (non, quid) et لا (non) enunciata. Sam. Schar.

In Haririi opere p. 437 legitur اسرع من ها ولا.

١٣٤٢ أَسْرَعُ مِنْ مَرِّ الخَيْل

1342. Celerior quam transitus equorum (currentium). Sam. Schar. Conf. Meid. 12. 113.

١٣٤٣ أَسْرَعُ مِنْ مَرِّ القَطَا الجُون

1343. Celerior quam transitus avium Katha rubrarum (volantium). Sam. Schar.

١٣٤٤ مَنْ أَسْرَفَ فى حُبِّ الدُّنْيَا مَاتَ فَقِيرًا وَمَنْ قَنِع عَاشَ غَنِيًّا

1344. Qui prodigus est in amore hujus mundi, pauper morietur et qui pauco contentus est, dives vivet. A.

١٣٤٥ مِنَ السَّرَفِ أَنْ يُشْتَرَى كُلّ ما يُشْتَهَى

1345. Prodigentiae est emere omne quod cupitur. D.

١٣٤٦ الإِسْرَاف فى الشَّرَف من طِبَاع السِّفلة

1346. Prodigentia in nobilitate naturis infimatum propria est. A.

١٣٤٧ إِذَا سَرَقْتَ فَاسْرِقْ دُرَّةً وَإِذَا زَنَيْتَ فَازْنِ بِحُرَّة

1347. Quum furaris, unionem furare, et quum scortaris, cum ingenua scortare! D,

١٣٤٨ يَسْرِقُ الكُحْلَ مِنَ العَيْنِ

1348. Stibium ex oculo furatur. D.

١٣٤٩ الَّذِى يَسْرِقُ بَيْضَةً يَسْرِقُ جَمَلًا

1349. Qui ovum furatur, camelum furabitur. D.

Simile est Gallorum proverbio: qui vole un oeuf, vole un boeuf. D.

١٣٥٠ أَسْرَقُ من العَقْعَق

1350. Furacior quam pica. Sam. Schar.

١٣٥١ أَسْرَقُ مِنْ حُرَذ

1351. Furacior quam mus surdus. Dj.

١٣٥٢ أُسْرِىَ عليه بلَيْل

1352. Pro eo iter nocturnum factum est.

Proverbium de re adhibetur, quae jam antea bene instructa erat. Vulgus autem dicit: امر عمل بليل Res, quae noctu acta est. Schar.

١٣٥٣ أَسْرَى مِنَ السُّرَى

1353. Magis noctu factum quam iter nocturnum Harir. 579.

١٣٥٤ من سَعِدَ سَعِد بالدُّعَاء ومَنْ شَقِىَ شَقِى بالدُّعاء

1354. Qui felicitate utitur, per invocationem Dei

felix est et qui miser est, per invocationem Dei miser est. D.

١٣٥٥ يُسْعَد الرَّجُل بِمُصَاحَبَة السَّعِيد

1355. Vir societate viri felicis felix fit. A. B.

١٣٥٦ من لا يُسْعِده رَبُّه يا شَقَاه ويا تعب قَلْبه

1356. Quem dominus suus (Deus) non beat, o quam miser est et o quam fatigatus ejus animus est! G.

١٣٥٧ السَّعِيد مَنْ وُعِظ بِغَيْرِه والشَّقِيّ مَنْ وُعِظ بِه غَيْرُه

1357. Felix est, qui per alium monetur, infelix per quem alius monetur. A.

١٣٥٨ سَعَادة على قِلَّة دَيْن

1358. Felicitas ratione paucitatis debiti est. D.

١٣٥٩ مِنْ سَعادَة المَرْء أَنْ يَكُونَ خَصْمُه عاقِلا

1359. Fortunae viri tribuendum est, quod ejus inimicus prudens est. D.

١٣٦٠. السَّعَادَة كُلّها فى سِتَّة أَشْيَاء حُسْن الصُّورَة وصِحَّة الجَسَد وطُول العُمْر وسَعَة ذَات اليَد وطِيب الذِّكْر والتَّمكُّن من الصَّديق والعَدُوّ

1360. Beatitudo tota sex rebus nititur: forma pulchra, sano corpore, vita longa, largis opibus, bona fama et potestate, quam in amicum et inimicum habemus. A.

١٣٦١ أَسَعْدُ اللّٰهِ أَمْ جُدَام

1361. Num Sahd-Allah an Djodsam est?

Verba haec viro dicuntur, qui bonum a malo discernere non potest. conf. Meid. 23, 280. Schar.

١٣٦٢ الْأَسْعَارُ بِيَدِ اللّٰهِ

1362. Pretia annonae in manu Dei sunt. D.

١٣٦٣ سَعَى بِقَدَمِهِ الى إِرَاقَةِ دَمِهِ

1363. Pedibus suis ad sanguinem suum effundendum tetendit. D.

١٣٦٤ مَنْ سَعَى رَعَى

1364. Qui operam dat, pascit. D.

١٣٦٥ اِسْعَ بِجَدٍّ أَوْ دَعْ

1365. I cum fortuna aut sine!

I. e. Nisi fortuna te adjuvat, molestia, quam in quaerendo toleras, inutilis est. Dixit poeta:

تَقَلَّبْتُ إِنْ كَانَ التَّقَلُّبُ نَافِعِي وبِالْجَدِّ يَسْعَى الْمَرْءُ لَا بِالتَّقَلُّبِ

Versatus sum in negotio, si mihi hoc prodesset, sed per fortunam vir it, et non per agendum. Metr. Thawil. conf. Meid. 12, 56.

١٣٦٦ سَفَرُ الكِلَاب لا زَادَ ولا مَاء

1366. Iter canum sine commeatu et sine aqua. D.

١٣٦٧ فى الأَسْفَار يَبْدُو الاخْتِبار

1367. In itineribus apparet (incipit) electio. D.

١٣٦٨ سَفِينَةُ نُوح

1368. Noae navis. D.

١٣٦٩ انَّ السَفِيهَ وَاهِى الرَّأْيِ وإِنْ كَانَ قَوِىَّ البَدَن

1369. Stultus infirmo consilio est et si robusto corpore praeditus est. Schar.

١٣٧٠ انَّ السَّفِيهَ اذَا لَمْ يُنْهَ مَأْمُور

1370. Stultus, quum ei non interdicitur, jussus est.

Proverbium eum vituperat, qui stultum negligit et a prava agendi ratione interdicto non retinet. Schar. conf. Meid. 12, 48.

١٣٧١ سَقَطَتْ بِهِ النَّصِيحَةُ عَلَى ظِنَّة

1371. Monitum sincerum (quod dedit) in suspicionem (aliorum) eum conjecit. Schar. conf. Meid. 3, 23.

١٣٧٢ سَاقِى القَوْمِ آخِرُهُم شَرْبًا

1372. Qui genti bibendum dat, postremum bibit. D

١٣٧٣ يُسْقِيك مِنْ شَهْد اللِّسان حَلَاوة ويَرُوغ فِيك
كما يَرُوغ الثَّعْلَب

1373. E favo linguae dulce tibi bibendum dat et modo vulpis erga te versute agit. G.

١٣٧٤ تُسْقُونا خُمُور وتَطْلُبُوا مِنَّا عُقُول

1374. Vinum nobis bibendum datis et a nobis prudentiam postulatis. D.

١٣٧٥ لَوْ سَكَتَ مَنْ لا يَعْلَم لسَقَطَ الاخْتِلاف

1375. Si tacuisset qui nescit, dissensio cessasset. D.

In codice B. eadem sententia sequentibus verbis expressa est: لو سكت ما لا يعلم لارتفع الاختلاف.

١٣٧٦ سُكُوتُ اللِّسَان سَلَامَةُ الانْسان

1376. Linguae silentium hominis incolumitas est. A.

١٣٧٧ السُّكُوتُ أَخُو الرِّضَا

1377. Silentium frater consen us est. Sam. Sch.

Hocce proverbium diverso modo enunciatur. In codice D. السكوت من الرضا, in libro Fakihat Alcholafa p. 93. l. 21 السكوت كالرضا et p. 94. l. 14. السكوت رضى legitur.

١٣٧٨ مع السُّكُوت السَّلامة ومع الكلام النَّدَامَة

1378. Cum silentio salus est et cum sermone poenitentia. A.

١٣٧٩ سُكْرُ الشَّبَاب أَشَدُّ من سُكْر ٱلشَّرَاب

1379. Adolescentiae ebrietas vehementior est, quam ebrietas vini. D.

١٣٨٠ سَكِّرْ بابَك تَأْمَنْ جارَك

1380. Si portam tuam claudis, a vicino tuo securus eris. D.

In Rostgardii libro sic legitur: سكر بابك ولا تتهم جارك „Claude portam tuam et ne vicinum tuum suspectum habeas.“

١٣٨١ أَيْنَ سُكَّان القُصُور أَضْحَوْا سُكَّانَ القُبُور

1381. Ubi incolae palatiorum sunt? Incolae sepulchrorum facti sunt. G.

١٣٨٢ مَنْ سَلَّ سَيْفَ البَغْى قُتِل فِيه

1382. Qui injustitiae (vis iniquae) ensem stringit, is in ea occidetur. D.

١٣٨٣ يَسُلّ سِنانَ الكَلْب وَهْوَ يَنْبَح

1383. Dentes canis extrahit, dum is latrat. D.

١٣٨٤ مَنْ سَلَب نِعْمَةَ غَيْرِه سَلَب غَيْرُه نِعْمَتَه

1384. Qui aliorum commoditatem spoliat, ejus commoditatem alii spoliant. D.

١٣٨٥ سِلَاحُ الضُّعَفَاء الشَّكَايَة

1385. Quaerimoniae arma debilium sunt. A. D.

١٣٨٦ رُبَّ سِلَاح يَقُول لِصَاحِبه دَعْنِى

1386. Saepe arma domino suo dicunt: Sine nos! D.

١٣٨٧ السِّلَاحُ زِينَةٌ وعُدَّة

1387. Arma sunt ornamentum et apparatus. D.

١٣٨٨ سَلَّطَ اللهُ الدُّبَّ على الخَنْزِير

1388. Deus praeficiat ursum porco! D.

١٣٨٩ سُلْطَان بِلَا عَدْل كَنَهْر بِلا ماء

1389. Rex sine justitia fluvio similis est, qui aqua caret. D.

١٣٩٠. انَّ السُّلْطَان لِلْأَنَام بِمَنْزِلَة الحَمَام البَعِيدُ عنه

يَطْلُب قُرْبَه والدَّاخِل فيه يَشْكُو كُرْبَه

1390. Rex hominibus comparandus est balneo, ad quod omnis remotus accedere cupit, dum in id intrans molestias ejus queritur. Fakih. Alchol. p, 183. l. 6.

١٣٩١ لا سُلْطَان بِلا رِجال ولا رِجال الا بِالْمَال ولا مال

الّا بِجَباية ولا جِبَاية الا بِعِمَارة ولا عِمَارة الا

بِعَدْل فالعَدْل اساسٌ لسَايِر الأَساسات

1391. Rex non est nisi per viros; viri non sunt nisi per opes; opes non sunt nisi per tribu-

tum collectum; tributum collectum non est nisi per terrae culturam; terrae cultura non est nisi per justitiam; justitia igitur omnium fundamentorum fundamentum est. A. conf. Fakih. Alchol. p. 216. l. 13.

١٣٩٢ لَيْسَ لِسُلْطَانِ العِلْمِ زَوَالٌ ولا لِبُرْهَانِهِ اخْتِلالٌ

1392. Imperio scientiae finis non est neque ejus argumento infirmitas. A.

١٣٩٣ سَلَاطِينُ تَنْزِلُ عَنْ كَرَاسِيِّهَا

1393. Imperatores a thronis suis descendunt. D.

١٣٩٤ مَنْ سَلَكَ الجِدَارَ أَمِنَ مِنَ العِثَارِ

1394. Qui in pariete incedit, a caespitando securus est. D.

١٣٩٥ لا تَسْلُكْ عُرْيَانٌ فِي الأَسْوَاقِ

1395. Ne in foris nudus incedas! D.

١٣٩٦ لَوْ سَلِمَ ابو الحُسَيْنِ من العَوَانِيَةِ لَدَخَلَ البَلَدَ

1396. Si Abu-l'Hosainus a mulieribus salvus fuisset, oppidum (terram) intrasset. D.

١٣٩٧ ما سَلِمَتِ الجِلَّةُ فالسَّخْلُ هَدْرٌ

1397. Quamdiu camela annosa integra est, foetus ovis vilis est.

Quodsi parvam jacturam facimus, ex eo solatium capiendum est, quod major pars nobis superest. Sam.

١٣٩٨ لَنْ تَسْلَمَ مِنَ ٱلنَّاسِ حَتَّى يَسْلَموا مِنْك

1398. Tu ab hominum noxa liber non eris, donec a tua noxa liberi sint. B.

١٣٩٩ سَلَّمَ الرِّيحَ لِأَبِي زَوبَعَة

1399. Ventum turboni tradidit. D.

١٤٠٠ مَنْ سَلَّمَ نَفْسَه لِعَدُوِّه كانَ الهَلاكُ له مُسْتَوْجِبا

1400. Qui inimico suo se ipsum tradit, is necessario peribit. A.

١٤٠١ قَبْلَ ما يُسَلَّم ٱنْدَعَا بالشَرَف

1401. Antequam salutatur, cum nobilitate adnuens respondit. D.

١٤٠٢ لا تُسَلِّمْ على المَالِك فإنْ أَجَابك شَقَّ عَلَيْه
وإنْ لم يُجِبْك شَقَّ عليك

1402. Ne regi salutem dic, nam si tibi salutem reddit, ei molestum est, et si tibi non reddit, tibi molestum est. D.

١٤٠٣ مَنْ سَالَم النَّاسَ رَبَح السَّلَامَة ومَنْ تَعَدَّى
عَلَيْهِم ٱكْتَسَبَ ٱلنَّدَامة

1403. Qui cum hominibus pacem colit, incolumitatem lucratur et qui contra eos inimicitiam gerit, poenitentiam acquiret. A.

١٤٠٤ أَنْتَ سالِمٌ ما سَكَتَّ فَإِذا تَكَلَّمْتَ فَلَكَ أَوْ عَلَيْكَ

1404. Quamdiu taces, salvus es, sed quum loqueris, aut pro te aut contra te erit. A.

١٤٠٥ سَلامُ اللّٰهِ على قَلْبِ خَلِيلِ اللّٰهِ

1405. Pax Dei super corde amici Dei (sit)! D.

١٤٠٦ سَلامٌ يَجُرُّ كَلامٌ وكَلامٌ يَجُرُّ بِطِّيخ

1406. Salus dicta sermonem adducit et sermo melonem adducit. D.

١٤٠٧ سَلامَةُ الإِنْسانِ فى حِفْظِ اللِّسانِ

1407. Viri incolumitas linguae custodia nititur.

١٤٠٨ السَّلامَةُ غَنِيمَةٌ

1408. Incolumitas praeda est. B. G. conf. Meid. 12, 174.

١٤٠٩ السَّلامَةُ فى العُزْلَةِ والصِّحَّةُ فى الحِمْيَةِ

1409. Incolumitas in recessu a muneribus publicis et sanitas in victus ratione consistit. A.

١٤١٠ السَّلامَةُ فى الوَحْدَةِ

1410. Incolumitas in vita solitaria est. D.

١٤١١ بالسَّلامَةِ وبِزايِدِ يَوْمٍ

1411. Cum incolumitate et cum addito die. D.

١٤١٢ مَنْ لا يُسَامِح فى أُمُور كَثِيرَة يَمُوت وما له فى الدَّهْر صاحِب

1412. Qui in multis rebus liberalis non est, moritur, dum ei in tempore socius non est. D.

١٤١٣ ما سَمِعْتُ مِنْك فى الإسْلام فَهْقَة قَبْلَها

1413. Non audivi ex te tempore Islamismi caespitationem ante eam.

Verba haec Abu-Ohbaidahus ben-Aldjarrah Ohmaro dixit, quum ille dixisset: ابسط يدك ابايعك „Extende manum tuam, ut obsequium tibi fidemque sanciam!“ Samachscharius dixit, verba de duobus amicis adhiberi, quorum unus exiguum quid mali commiserit.

١٤١٤ الذى ما يَسْمَع كَلام كَبِيره يَكُون الهَمّ تَدْبِيره

1414. Qui sermonem ejus non audit, qui aetate provectus est, sollicitudo moderatio ejus erit. D.

١٤١٥ أنّ مَن يسمع يجب

1415. Qui audit, respondit.

In eum dicitur, qui boni consilii rationem non habet et non audit. Hic igitur non respondit, quomodo autem is, qui non audit, respondere potest. Schar.

١٤١٦ الاسْتِماعُ أَسْلَمُ مِنَ القَوْل

1416. Audire tutius est quam loqui. A.

١٤١٧ أَسْمَعُ مِنْ كَلْب

1417. Auditu magis valens quam canis. Sam Sch.

١٤١٨ اَلْمُسْتَمِعُ شَرِيكُ الْمُتَكَلِّمِ وفى الاِسْتِمَاعِ سَلَامَةٌ وتَعَلُّم

1418. Audiens socius loquentis est et in audiendo salus et instructio est. A.

١٤١٩ أَسْمَنُ مِنْ دُبّ

1419. Pinguior quam ursus. Sam. Schar.

١٤٢٠ اِذَا سَمَّوْكَ سَيِّد فلا تَزِيدْ

1420. Quum dominum te appellant, ne plus petas! D.

١٤٢١ اِسْمُ الرَّبِّ بُرْجٌ حَصِينٌ يَلْتَجِى بِهِ (الصديق) وَيَسْتَعْلِى

1421. Nomen Dei turris munita est, ad quam (justus) confugit et elatus est. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 18, 10.

Vocem الصديق ex conjectura addidi.

١٤٢٢ بَعْدَ سَنَةٍ وشَهْرَيْنِ جاء صَبِىٌّ بلا عَيْنَيْنِ

1422. Post annum et duos menses puer duobus oculis carens venit. D.

١٤٢٣ أَسْهَرُ من ظَالِعِ الكِلاب

1423. Vigilantior quam canis claudicans. conf. Fakih. Alchol. p. 102. l. 14.

١٤٢٤ سَهْم الكَلْب مِنَ الرَّفيسَة

1424. Sors canis id est, quod pedibus percutitur. D.

١٤٢٥ سَهْم عَلَيْك وسَهْم لَك

1425. Sors contra te est et sors pro te est. D.

١٤٢٦ مَنْ ساءَ خِلْقُه عَذُبَ نَفْسُه

1426. Cujus forma prava est, ejus animus dulcis est. A.

١٤٢٧ مَنْ ساءت سِيرتُه لَمْ يَأْمَنْ أَبَدًا ومَنْ حَسُنَتْ سِيرتُه لم يَخَفْ احدًا

1427. Cujus agendi ratio prava est, nunquam securus est et cujus agendi ratio pulchra est, neminem metuit. A.

١٤٢٨ سُوء الأَدَبِ يَهْدِم ما بَنَى الأَسْلاف

1428. Pravi mores id quod majores aedificarunt, destruunt. A.

١٤٢٩ سُوء الخُلْق وَحْشَة لا خِلاصَ فيها

1429. Pravitas naturae est consortii defectus, in quo liberatio non est. A.

١٤٣٠ سُوء الظَّنّ مِنَ الحَزْم

1430. Prava opinio pars providentiae est. A.

١٤٣١ سُوء قَوْله وبَوْله سَحَابَة الصَّيْف انْبَتَ من قَوْله

1431. Pravitas dicti ejus et urinae ejus (eadem est); nubes aestatis constantior est, quam dictum ejus. D.

١٤٣٢ يا مَنْ أَسَاء فيما مَضَى كُنْ مُحْسِنًا فيما بقى

1432. O tu, qui malefecisti in eo quod praeteriit, in eo quod restat, bene agas! D.

١٤٣٣ أَسْوَأُ النَّاسِ عَيْشًا مَنْ لَمْ يَعِشْ فِي كَنَفِهِ غَيْرُهُ

1433. Pessime vivit is, in cujus tutela alius non vivit. D.

١٤٣٤ يَسُودُ الانْسانُ قَوْمَهُ بالاحْسانِ اِلَيْهِمْ

1434. Beneficiis collatis homo in gentem suam dominatur. A.

١٤٣٥ سَوَّدَ وَجْهَهُ وشَيْءٍ ما نالَهُ

1435. Faciem suam denigravit et nil cepit. D.

١٤٣٦ سَوَادٌ فَوْقَ سَوَادٍ يُعَمِّى الفُؤَادَ

1436. Opes multae super opibus multis cor caecum reddunt D.

١٤٣٧ سَيِّدُ الادَامِ لَحْمُ الأَنْعَامِ

1437. Caro pecorum est domina opsonii. B.

١٤٣٨ سَيِّدُ القَوْمِ خادِمُهُمْ

1438. Princeps gentis est ejus minister. D!

Paulo aliter in Hamas. p. ١٣٢ l. 19. legitur: سيد القوم اشقاهم Gentis princeps ejus miserrimus est.

١٤٣٩ السَّيِّدُ مَنْ أُورِى نارُه وحُمِى ذِمارُه وعَزّ جارُه وأُدْرِك ثارُه ونفى عارُه

1439. Dominus is est, cujus ignis accensus, dignitas defensa, vicinus honoratus, vindicta sumta et dedecus remotum est. A.

١٤٤٠ سَاعَة بِعُمْرِ الوَرْد يَسْوَى الشَّقِيق

1440. Hora in vita rosae florem anemone aequat. D.

Ante vocem الشقيق anemone, vox سنة annum omissa videtur.

١٤٤١ ساعة لِقَلْبك وساعَةٌ لِرَبِّك

1441. Hora (una) animo tuo et hora altera domino tuo. D.

١٤٤٢ سُوق المُعْتَرِّين لِلْبِلاد الوَخِمَة

1442. Forum pauperum terris insalubribus. D.

١٤٤٣ سُوقُنَا سُوق الجَنَّة لا بَيْع ولا شِرَا

1443. Forum nostrum est forum paradisi, in quo neque venditio neque emtio est. D.

١٤٤٤ سَوَاءٌ عَلَيْك هو والقَفْر

1444. Is et desertum tibi aequalia sunt.

De avaro adhibetur. Cod. Abu-Ohbaid.

١٤٤٥ سَوَاءٌ هُوَ والعُدْم

1445. Is et defectus aequales sunt.

De avaro adhibetur. Cod. Abu-Ohbaid.

١٤٤٦ لا تُسَيِّبْ بَهِيمَتَك فى مَرْج ما لَه سِيَاج

1446. Ne animal tuum in prato libere dimittas, cui sepes non est. D.

١٤٤٧ قد سِيرَ بِه وَهُوَ لا يَدْرِى

1447. Abreptus est nesciens.

De calamitate adhibetur. Cod. Abu-Ohbaid.

١٤٤٨ لا سَيْفَ كَالْحَقِّ ولا عَدْلَ كَالصِّدْق

1448. Gladius non est ut jus et justitia ut veritas

I. e. optimus gladius est jus et optima justitia est veritas.

١٤٤٩ والسَّيْفُ أَهْوَلُ ما يُرَى مَسْلولا

1449. Ensis majorem terrorem incutit, quum evaginatus conspicitur. D.

Versus dimidium metri Camil est.

١٤٥٠ لا لِلسَّيْف ولا لِلضَّيْف

1450. Non gladio et non hospiti D.

١٤٥١ وللسُّيُوف كما لِلرِّجَال آجَال

1451. Et gladiis sicut viris termini vitae sunt. D.

١٤٥٢ سَالَ بِه السَّيْل لَمْ يَدْرِ

1452. Eum nescientem fluctus aquae abripuit. D. conf. Meid. 12, 162.

١٤٥٣ سَالَ قَضِيب بِمَاء وحَدِيد

1453. Fluvius Kadhib aquam et ferrum abstulit.

Quum Ahmruus ben-Hind post patris sui Almondsiri ben-Amri-l'Kais mortem imperio potitus esset, fratres suos ex eadem matre natos Almondsirum, Malicum et Kabusum rebus praefecit, fratrem autem ex patre suo genitum Ahmruum ben-Omamah removit. Hic in regionem Jemamah se transferens et ab ejus rege auxilium petens gentem Morad auxilio accepit. Quae quum ad fluvium Kadhib castra posuisset, unus alterum culpans dixit: Opes vestras, domos vestras familiasque reliquistis hunc infelicem sequentes. Hobairahus autem ben-Ahbd-Jaghuts ibi aegrotum se esse simulavit. Misit igitur Ahmruus ben-Omamah medicum, qui eum visitaret. Hic eum in hypochondrio ussit, ex quo facto cognomen مكشوح accepit. Eadem autem nocte dum Ahmruus securus erat, hostis eum subito opprimere voluit. Ejus autem uxor Ghassanitica equorum strepitu audito eum ab hostibus jam cinctum commonefecit et ista verba dixit. Sunt qui eam sic dixisse narrent: لقد سال قضيب حديدا وجاءتك مراد وفودا „Fluvius Kadhib ferro jam fluxit et gens Morad accedens advenit.“ Ille autem gladio stricto in fugam eos conjecit. In terram suam illi rediere. Mulieris autem verba significant, malum imminere. Sam.

١٤٥٤ أَشْأَمُ مِنَ الشَّقْرَاء على نَفْسِها

1454. Infaustior quam equa rufa sibi ipsi.

Equam istam Lakitho ben-Sorarah fuisse dicunt, qua die Djabalah veheretur. Alii dicunt, equam istam calcitrantem pulli sui ventrem lacerasse. Alii dicunt,

quendam ad gentem Locais pertinentem istam equam sternacem incitasse, ut saltu locum abruptum superaret. Equam autem ob saltum nimis brevem collum sibi fregisse, dum ea vehens salvus evaderet. Dixit Bischr ben-Abi-Hasem:

فأَصْبَحَ كالشَّقْراءِ لَمْ يَعْدُ شَرُّها سَنابِكَ رِجْلَيْها وَعَرْضُها أَوْفَرُ

Equae Alschakra (rufae) similis fuit, cujus malum ipsius ungulas non transiit, dum ejus honor perfectus erat. „Metrum Thawil est.

Alii denique dicunt, equam fuisse Tsauri ben-Hodbah, cujus frater a gente Banu-Chamis occisus fesset. Quae quum ipsi duplex sanguinis pretium recusaret, se in illam incursionem facturum esse juravit, quamdiu equae suae ungulae essent. Gente autem multis cladibus adflicta equae nomen in proverbii consuetudinem cessit. Sam. Schar. conf. Meid. 22, 47.

١٤٥٥ شَابٌّ التَّائِبُ حَبِيبُ اللهِ

1455. Adolescens resipiscens Dei amicus est. D.

١٤٥٦ شَابٌّ بلا تَوْبَةٍ كَبَيْتٍ بلا سَقْفٍ

1456. Adolescens sine poenitentia sicut domus sine tecto est. D.

In libro Fakih. Alchol. inscripto p. 224 legitur شاب بلا توبة كمشكاة بلا مصباح „Adolescens sine poenitentia est sicut fenestella non penetrans sine lucerna.“

١٤٥٧ الشَّبَابُ رَضِيعُ الجُنُونِ والشَّيْبُ قَرِينُ السُّكُونِ

1457. Adolescentia collactanea insaniae et senectus socia quietis est. A.

١٤٥٨ مَنْ لَيْسَ تُشْبِعُهُ الهَرِيسَةُ فَكَيْفَ تُشْبِعُهُ القَلِيَّةُ

1458. Quem spissum pulmentum non satiat, quomodo cibus frixus eum satiabit. D.

١٤٥٩ وَشِبْعُ ٱلْفَتَى لُؤْمٌ إِذَا جَاعَ صَاحِبُهُ

1459. Satietas viri, quando ejus socius esurit, vituperio digna est.

Verba e versu Bischri ben-Almoghirah desumta sunt:

وَكُلُّهُمُ قَدْ نَالَ شِبْعًا لِبَطْنِهِ وَشِبْعُ ٱلْفَتَى لُؤْمٌ إِذَا جَاعَ صَاحِبُهْ

Quilibet eorum ventri suo tantum cepit, quantum satietati sufficit; sed satietas viri, quando ejus socius esurit, vituperio digna est. Metrum Thawil est.

١٤٦٠ أَشْبَقُ مِنْ هِرَّةٍ

1460. Libidinosior quam felis. Schar.

١٤٦١ هٰذَا الشِّبْلُ مِنْ ذَاكَ الأَسَدِ

1461. Hic catulus leonis ex illo leone. G.

١٤٦٢ أَشْبَهَ أَمْرَأٌ بَعْضُ بَزِّهِ

1462 Viro quaedam utensilia sua similia sunt. Sch.

Verba haec Sohailus ben-Ahmru filio suo male ipsi respondenti dixisse fertur significaturus, eum matri suae, quae stupida esset, similem esse. Alii verborum auctorem Dsul-Azbahum Ahdwanitam fuisse dicunt, quae protulerit, quum filias suas, ante aliquod tempus viris in matrimonium datas, de statu interrogasset. Quartam enim earum et paupertatem et pravam ejus agendi rationem

descripisse, ut audiens pater ista proverbii verba proferret. Sam. Schar. conf. Meid. 12, 11.

١٤٦٣ اذا اشتبه عليك أصله فاستدل عليه بفعله

1463. Quum ejus origo tibi ignota est, in ejus agendi ratione indicium invenies. D.

١٤٦٤ أشبه الناس بالبهايم من كانت همته بطنه

1464. Bestiis simillimus homo is est, qui ventris sui summam curam agit. A.

١٤٦٥ أشبه من البيضة بالبيضة

1465. Similior quam ovum ovo. Sam. Schar.

١٤٦٦ أشبه من الذباب بالذباب

1466. Similior quam musca muscae. Sam. Sch.

١٤٦٧ أشبه من الغراب بالغراب

1467. Similior quam corvus corvo. Sam. Schar.

١٤٦٨ أشبه من القتة بالقتة

1468. Similior quam medica herba medicae herbae. Schar.

١٤٦٩ أشبه من القذة بالقذة

1469. Similior quam ala sagittae alae sagittae. Sam. Schar.

١٤٧٠ الشتاء شدة ولو كان رخاء

1470. Hiems dura est et si commoditas vitae est. D.G.

In Rostgaardii libro legitur الشدة شدة و لو كان رخاء „Angustia angustia est quamvis abundent opes (quod dicunt aegroti adflicti, licet prospera utuntur fortuna).

١٤٧١ أَشْجَعُ مِنْ لَيْث بِخَفَّان

1471. Strenuior quam leo in loco Chaffan. Sam. Schar. Conf. Meid. 5, 186. 13, 121.

١٤٧٢ أَشْجَعُ مِنْ كَلْب

1472. Strenuior quam canis. Sam. Schar.

١٤٧٣ شَحِيح غَنِيٌّ أَفْقَرُ من فَقِير سَخِيّ

1473. Avarus dives pauperior est quam pauper liberalis. A. D.

١٤٧٤ أَشَحُّ مِنْ صَبِيّ

1474. Avarior quam puer. Schar. Conf. Meid. 2, 178. 24, 425.

١٤٧٥ الشَحَاذة حُلْوَة

1475. Mendicitas dulcis est. G.

الشحاذة est pro الشحاذة.

١٤٧٦ شَحّاذة وَاسْمُهَا سِتُّ النَّعام

1476. Mendica et ejus nomen est domina pecorum. D.

النعام mihi pro الانعام esse videtur.

١٤٧٧ لا شَحْم ولا نَفْش

1477. Neque adeps neque lana est.

De capris in res transfertur, quae ab utraque parte vitiosae sunt. Sam.

١٤٧٨ شَخْصٌ بِلا أَدَبٍ كَجَسَدٍ بِلا رُوحٍ

1478. Persona sine cultura sicut corpus sine anima est. D. G.

١٤٧٩ كُلَّمَا اشْتَدَّ الظَّلام حَسُنَ ضَوْءُ المِصْباح

1479. Quotiescunque tenebrae magnae sunt, lucernae splendor pulcher est. B.

١٤٨٠ اشْتَدَّتْ يَدُه

1480. Manus ejus robusta est. Schar.

Ejus res prospera est.

١٤٨١ الشَّدُّ بَعْدَ الضَّرَاط

1481. Cursus post crepitum ventris.

Hoc ab eo desumtum videtur, quod jumentum flagello incitatum interdum crepitum ventris emittit et tum currit, ut sensus esse videatur, bonam rem pravam sequi vel virum rem quandam facere, postquam re praecedente coactus sit. Ebn-Challik. Fasc. VIII, 42. A. cl. Wüstenfeldio mihi indicatum est proverbium.

١٤٨٢ الشَّدُّ مَعَ القِدِّ خَيْرٌ من الجُلوس مَعَ الضِّدِّ

1482. Vinciri loro melius est quam cum adversario sedere. B.

١٤٨٣ الشِّدَّة مِنْ فَمِ القِرْبَة والعَافِيَة مِنْ خَرْمِ الإِبْرَة

1483. Calamitas ex ore utris et incolumitas ex perforatione acus. G.

١٤٨٤ عِنْدَ الشِّدَّة يُعْرَف الصَّدِيق

1484. In calamitate amicus cognoscitur. D.

١٤٨٥ شَدِيدٌ عَلَى الْإِنْسَان مَا لَا يَتَعَوَّد

1485. Homini difficile est id, cui adsuefactus non est. D.

In codice Par. يعود legitur.

١٤٨٦ عِنْدَ الشَّدَائِد تَذْهَبُ الْأَحْقَاد

1486. In calamitatibus invidia disparet.

E versu desumtum esse videtur, dixit enim poeta:

تَحَلَّتْ لَهُ نَفْسِي النَّصِيحَةَ إِنَّهُ عِنْدَ الشَّدَائِد تَذْهَبُ الْأَحْقَادُ

„Anima mea ei bonum consilium largita est; nam in calamitatibus invidia disparet. Metrum Wafir est conf. Meid. 3, 29.

١٤٨٧ أَشَدُّ اقْدَامًا مِنَ الْأَسَد

1487. Fortitudine majore praeditus, quam leo. Sch.

١٤٨٨ أَشَدُّ الْحَسَرَاتِ النَّدَمُ عَلَى مَا فَات

1488. Vehementissima suspiria poenitentia ob res praeteritas parit. A.

١٤٨٩ أَشَدُّ حُمْرَةً مِنَ الصَّرَبَة

1489. Intentiore rubedine quam gummi rubrum. Sam. Schar. Conf. Meid. 1, 128.

١٤٩٠ أَشَدُّ حُمْرَةً مِنَ الْقَرْف

1490. Intentiore rubedine quam corium rubrum.

Schar. In Samachscharii opere من قرف est.

١٤٩١ أَشَدُّ حُمْرَةً مِنَ الْمُصْعَة

1191. Intentiore rubedine quam fructus rubi. S. Sch.

١٤٩٢ أَشَدُّ حُمْرَةً مِنَ النُّكَعَة

1492. Interiore rubedine quam fructus plantae Thartsuts appellatae.

Planta Thartsuts est planta rubra ad radicem plantae رمث crescens et ad speciem فطر pertinens. Sam. Sch. conf. Meid. 22, 78.

١٤٩٣ أَشَدُّ سَوَادًا مِنْ حَنَك الْغُرَاب

1493. Intentiore nigredine quam corvi rostrum.

Legitur quoque من حلك الغراب „quam corvi nigredo.“ Sam. Schar.

١٤٩٤ أَشَدُّ عَصَبِيَّةً من الْجَحَّاف

1494. Fortius honorem suum defendens quam Aldjahhaf.

Proverbio eadem causa erat, quae proverbio, quod apud Meidanium. C. 20, 95. legitur.

١٤٩٥ مِنْ أَشَدِّ النَّوَازِل دَوْلَةُ الْأَرَاذِل

1495. Vehementissimis calamitatibus vilium imperium accensendum est. A.

١٤٩٦ شِدْقُك وإلَّا رُمَّانَةُ كَتِفك

1496. Chalinus tuus et si non, malum Punicum scapulae tuae. D.

١٤٩٧ شَرُّ الإِخْوَان مَنْ اذا حَضَرَ أَثْنَى ومَدَح واذا غَابَ عاب وقَدَح

1497. Pessimus amicus is est, qui, dum praesens est, laudat et adtollit ; absens vero vitio vertit et calumniat. A.

١٤٩٨ شَرُّ الإِخْوان من ظاهِرُه مُوافِق وباطِنُه مُنَافِق

1498. Pessimus amicus est, cujus externum consentit et cujûs internum hypocritam agit. A.

١٤٩٩ شَرُّ الإِخْوَان مَنْ يَزِن أَخَاه بالمِيزَان الخَفِيف ويُقَوِّمه بالثَّمَنِ اللَّطِيف

1499. Pessimus frater est , qui fratrem (amicum) suum levi bilance ponderat et parvi pretii eum aestimat. A.

١٥٠٠ شَرُّ السَّلَاطِينِ مَنْ خَافَهُ البَرِيُّ

1500. Pessimus imperator is est, quem insons metuit. D.

١٥٠١ شَرُّ الغَرِيبَة يُعْلَن وخَيْرُها يُدْفَن

1501. Pravum peregrinae publice ostenditur ejusque bonum occultatur. D. Sam.

١٥٠٢ شَرُّ الفَقْرِ الخُضُوع وخَيْرُ الغِنَا القُنوع

1502. Pessima paupertas est humilitas et optima opulentia est contentus animus.

In codice loco vocis القنوع legitur الخضوع

١٥٠٣ شَرُّ النَّاسِ العالِمُ لا يَنْفَع بِعِلْمِه

1503. Pessimus hominum est doctus, qui doctrina sua utilis non est. D.

١٥٠٤ شَرُّ النَّاسِ مَنْ يَتَّقِيه النَّاس

1504. Pessimus hominum is est, quem homines cavent. A.

١٥٠٥ شَرٌّ فى الجُوَالِق

1505. Malum in sacco.

Quum cameli, super quibus Kazirus in oppidum reginae Sabae viros armatos introduceret, per portam intrarent, portae custos, stimulo, quem manu tenebat, saccum, in quo vir inclusus erat, transfodit, ita ut vir, cujus ventrem attingeret, crepitum emitteret. Quem audiens custos ista proverbii verba protulit conf. Meid. 7, 9.

١٥٠٦ الشَّرُّ شَرَّهٌ الحِرْصُ ابُوه والبَغْى ابْنُه والطَّمَع شَقِيقُه والذُّلّ رَفِيقُه

1506. Malum est aviditas, cujus mater cupido, filia injustitia, cupiditas soror germana, vilitas socia est. A.

١٥٠٧ شِرَارُ الأُمَرَاءِ أَبْعَدُهم من العُلَمَاءِ وشِرارُ العُلَمَاءِ أَقْرَبُهم من الأُمَرَاءِ

1507. Pessimi principes ii sunt, qui remotissimi a doctis sunt et pessimi docti, qui propinquissimi principibus sunt. A.

١٥٠٨ اُشْرَبْ تَنْقَعْ

1508. Bibe, sitim sedabis!

De cautione adhibetur. Sam. Schar. conf. 13, 108.

١٥٠٩ إِنَّهُ لَشَرَّابٌ بِالنَّقَعِ

1509. Is aquas stagnantes bibit.

I. e. Multas res expertus est aut multum solers et gnarus est, vias enim in desertis qui perfecte novit, ad aquas stagnantes viatores ducere potest. Kam.

١٥١٠ مَشْرَبُ العَذْبِ مُزْدَحَمٌ

1510. Locus, ubi aqua dulcis bibitur, ob multitudinem accedentium angustus est. B.

١٥١١ الشَّرَاحُ مِنَ النَّجَاحِ

1511. Explicatio est modus quidam perficiendi.

I. e. quod si homini roganti non satisfacimus, sed statum explicamus, quodammodo rogantem contentum reddimus, ut illa explicatio modus perficiendi sit. Dixit poeta:

أَتَقْضِي حَاجَتِي فَأَحُطَّ رَحْلِي وَإِلَّا فَالشَّرَاحُ مِنَ النَّجَاحِ

Num desiderio meo satisfacis, ut sellam meam deponam? Sin aliter; tum explicatio modus quidam perficiendi est. Metrum Wafir est. conf. Meid. 12, 7. 25, 31.

١٥١٢ شَرْطُ الأُلْفَةِ تَرْكُ الكُلْفَةِ

1512. Familiaritatis conditio est omissio molestiae. A. D.

١٥١٣ شَرْطُ المُرافَقَةِ مُوافَقَةٌ

1513. Societatis conditio consensus est. G.

١٥١٤ لا تَشْرَعْ فيما لا يَعْنيك

1514. Ne rem, quae te non spectat, aggrediaris! D.

١٥١٥ شَرْعُك ما بَلَّغَك المَحَلّ

1515. Commeatus tibi sufficit, cujus ope ad locum pervenis.

In eum dicitur, qui pauco contentus est. Kam.

١٥١٦ شَرَفُ البِلاد بِسَواكِنِها لا بِأَماكِنِها

1516. Nobilitas terrarum in incolis non in locis est. B.

١٥١٧ الشَّرَفُ الظّاهِرُ الرِّباش الفاخِر

1517. Nobilitas apparens est vestis splendida se jactans. D.

١٥١٨ الشَرَفُ بالعَقْل والأَدَب لا بالأَصْل والحَسَب والنَّسَب

1518. Nobilitas ingenio et animi cultura, non origine, majorum gloria et genere est. A.

In codice D. الشرف بالفضل لا بالاصل والحسب „Nobilitas meritis comparatur non origine et genere.“

١٥١٩ الشرف بالهمم العالية لا بالأمور البالية

1519. Nobilitas mente alta, non rebus vetustis comparatur. D.

١٥٢٠ الشرف تغافل

1520. Nobilitas negligentia est.

I. e. Nobilis nobilitatem suam ostendere negligit. Verba haec Actsamus ben-Zaifi dixit.

١٥٢١ قد يشرف الوضيع بالمال

1521. Despectus opibus honoratus fit. D.

١٥٢٢ يا شريكى بارك الله فيك قال نصف الدعوة لك

1522. O socie mi! Deus tibi benedicat! Dixit: Dimidium invocationis tibi sit! D.

١٥٢٣ من شره وقع فيما كره

1523. Qui avidus est, in id, quod aversatur, incidit. A.

١٥٢٤ انما اشتريت الغنم حذار العاذية

1524. Oves emi cavens, ne pascendo procul evagarentur.

Narrant virum habuisse camelos, qui procul evagan-

tes noctu domum non reverterentur. Hanc ob causam oves emit, qui eodem vitio laborabant. Proverbium igitur in eum dicitur, qui in molestiam, quam evitare vult, incidit. Schar.

١٥٢٥ لا تَشْتَرِ عَدَاوَةَ واحِدٍ بِصَدَاقَةِ أَلْف

1525. Ne unius inimicitiam pro amicitia mille hominum emas! B. D.

١٥٢٦ مَنْ يَشْتَرِي الخُبْزَ بالدَّيْن أَرْحَمُوه ومن يَشْتَرِي اللَّحْمَ بالدَّيْن أَرْجُمُوه

1526. Qui panem debito emit, ejus miseremini et qui carnem debito emit, eum lapidate (v. calumniis petite)! G.

١٥٢٧ شَيْطَانُ الإِنْسِ غَلَبَ شَيْطَانَ الجِنّ

1527. Satanas hominum satanam daemonum vicit! D.

١٥٢٨ أَشْعَثُ مِنْ نابِ جَايِع

1528. Magis disrumpens, quam dens esurientis.

Activi significatio voci اشعث hoc in proverbio tribuenda videtur. Sam. Schar.

١٥٢٩ شَعْرَةٌ بَيْنَ عاقِلٍ ومَجْنُون ما تَنْقَطِع

1529. Pilus unus inter prudentem et dementem non abrumpitur. D.

١٥٣٠ شَعْرَةٌ مِنْ خِنْزِيرٍ مَكْسَب

1530. Pilus unus porci lucrum est. D.

١٥٣١ شَغَفُ المَرْءِ بالمَعَانِي أَشَدُّ مِنْ شَغَفِهِ بالغَوَانِي

1531. Amor, quo vir venustis sensibus deditus est, vehementior est, quam quo pulchris puellis deditus est. B.

١٥٣٢ مَن اشتَغَلَ ما لا يَعْنِيهِ فاتَهُ ما يُغْنِيهِ

1532. Qui rebus ipsum non spectantibus occupatus est, eum res, quae ipsum contentum reddunt, fugiunt. D.

١٥٣٣ مَنْ يُشْفِقْ على عَصَاهُ يُبْغِضْ وَلَدَهُ ومن يُحِبُّ
ابْنَهُ يُؤَدِّبْهُ بِالْاهْتِمَامِ

1533. Qui erga baculum suum benignus (ei pareens) est, filium suum odit et qui filium suum amat, cum cura eam educat. G.

Salomoni tribuitur. Conf Prof. Salom. 13, 24.

١٥٣٤ شِفَاءُ القُلُوبِ لِقَاءُ الحَبُوبِ

1534. Medicina animorum est occursus amati. D.

١٥٣٥ لا انْشَقَّ الظَّرْفُ ولا سال اللَّبَنُ

1535. Vas ne rumpatur et lac ne fluat! D.

١٥٣٦ أن الشَّقَاءَ عَلَى الأَشْقَيْنَ مَصْبُوبُ

1536. Miseria super miseros effusa est.

Hemistichium metri Basith est. De misero continuis malis adflicto adhibetur.

١٥٣٧ ان الشقي بكل حبل يخنق

1537. Miser omni fune strangulatur. Sam. Hemistichium metri Camil est.

١٥٣٨ انّ الشقيّ ترى له أعلاما

1538. Misero signa esse vides.

Indicia, quibus miser cognoscitur, apparent. Hemistichium metri Camil est. Sam.

١٥٣٩ أشقى من وافد البراجم

1539. Infelicior quam adveniens e gente Albaradjim. Conf. Meid. 1, 6. 13, 141.

١٥٤٠ من شكر دامت نعمته ومن صبر حقت محبته

1540. Qui gratias agit, ejus beneficium durat et qui patiens est, ejus societas conveniens est. A.

١٥٤١ أشكر الاحسان تستحق احسانا

1541. Pro beneficio gratias age, ut beneficiis dignus sis. A.

١٥٤٢ لا تشكر فتى حتى تجربه ولا تذم فتى الا
من بعد تجريب ان الرجال صناديق مقفلة
ولا مفاتيحها الا التجريب

1542. Ne virum laudes, donec eum experiris et ne virum vituperes, nisi postquam eum ex-

pertus es, nam viri comparandi sunt cistis clausis, quarum clavis nil nisi experientia est.

In hoc proverbio ut nec non sequentibus voci شكر laudandi significatio tribuenda est.

١٥٤٣ لا تَشْكُرْهُ تَحْتَاجْ تَذُمّه

1543. Ne eum lauda quem vituperes necesse est. D.

١٥٤٤ ما تَشْكُر العَرُوس الا أُمّها والماشطة

1544. Sponsam nemo laudat, nisi ejus mater et femina comens. D.

١٥٤٥ الشُّكْرُ تَمِيمَةُ الْتِمَامِ النِّعْمَة

1545. Gratiarum actio est amuletum, quo beneficia congregantur. B.

١٥٤٦ الشَّكوَة لِغَيْرِ اللّٰهِ مَذَلّة

1546. Querela cum alio quam Deo vilitas est. G.

Duobus codicis locis invenitur proverbium.

١٥٤٧ شُمّنِي ولا تَدْعَكْنِي

1547. Olfac me et ne me frica! D.

١٥٤٨ شَمَّةٌ مِنَ الْمَعْرِفَةِ خَيْرٌ مِنْ كَثِيرِ العَمَل

1548. Olfactus (parva pars) cognitionis melior est quam multum operis. A.

١٥٤٩ أَشَمُّ مِنْ كَلْب

1549. Odoratu magis valens quam canis. S. Sch.

١٥٥٠ أَشَمُّ مِنْ هِقْل

1550. Odoratu magis valens quam struthiocamelus mas. Sam. Schar. Conf. Meid. 13, 130.

١٥٥١ يا شَامِتَة لا تَشْمَتِي اليَوْم لى وغَدًا لك

1551. O ob meam calamitatem laeta, ne laeta sis! Hodie mihi, cras tibi. D.

١٥٥٢ أَشْمَس من عَرُوس

1552. Splendidior quam sponsa. Schar.

١٥٥٣ شَمَعَة ما لها وَجْه مَعْلُوم

1553. Candela cui modus certus non est. D.

١٥٥٤ اَلْمَشْنُوق بِيَخَاف مِنْ جُرَّة الحَبْل

1554. Strangulatus lignum funis in laqueo metuit. G.

١٥٥٥ شَهَاب الدِّين أَضْرَط مِنْ أَخِيه

1555. Schehab-Aldinus saepius pedit quam ejus frater. D.

Proverbio metrum Wafir est.

١٥٥٦ أَشْهَد انّ وَعْد اللّه حَقّ وأَشْهَد أَنّ عَبّاسًا جَبَان

1556. Testificor Dei promissum verum esse et testificor, Ahbbasum esse timidum.

Versus metri Wafir est, quem femina dixit. Ahbbasus ben-Mohammed fratris mortem vindicare nolebat. Conf. Hamas. p. 25. l. 4.

١٥٥٧ شاهِد الكَلْب ذَنَبه

1557. Testis canis cauda est. D.

١٥٥٨ شَهَادَةٌ بِشَهَادَةٍ

1558. Testimonium pro testimonio. D.

١٥٥٩ شَهْرٌ مَا لَكَ فِيهِ رَاتِبٌ لَا تُعَدُّ لَهُ أَيَّامٌ

1559. Mensis dies non numerantur, in quo stipendium tibi non est. D. Conf. M. 13, 172.

In Rostgaardii libro prov. 223 الشهر et loco vocis راتب legitur علوفة conf. Burckhardt. 349.

١٥٦٠ انه لَأَشْهَرُ مِنْ فَارِسِ الْأَبْلَقِ

1560. Is notior est quam eques equi variegati.

Alazmäih. Dixit Abu-Ohbaidus, proverbium esse vulgo usitatum, vulgum autem dicere من فرس ابلق „quam equus variegatus.“

١٥٦١ شَهْوَةُ الْعَاقِلِ مِنْ وَرَاءِ فِكْرَتِهِ وَفِكْرَةُ الْأَحْمَقِ مِنْ وَرَاءِ شَهْوَتِهِ

1561. Cupido prudentis post cogitationem et cogitatio stupidi post cupidinem est. A.

١٥٦٢ رُبَّ شَهْوَةِ سَاعَةٍ نُورِثُ حَزَنًا طَوِيلًا

1562. Cupido unius horae longam saepe tristitiam producit. A. B.

١٥٦٣ لَيْسَ فِي الشَّهَوَاتِ خُصُومَةٌ

1563. In cupiditatibus rixa non est. D.

١٥٦٤ أَشْهَى مِنَ القَنْد

1564. Magis cupitus quam saccharum. Sam. Sch.

١٥٦٥ أَشْهَى مِنْ كَلْبَة مُجْعَلة

1565. Cupidior quam canicula libidinosa. S. Sch.

١٥٦٦ لا تُشَاوِرْ مَشْغُولا وإِنْ كان حازِمًا فلا يَصْرِف ذِهْنَه اليك ولا جايِعًا وإِنْ كان فَهِيما فَلا يَصْفُو ذِهْنُه ولا مَذْعُورا وان كان ناصِحًا فَيَمْنَعُه الخَوْف من الرَّوِيَّة فى أَمْرِك ولا مَهْمُوما وان كان ذا رَأْى فَانه مَشْغُول بِهَمِّه عَنْك ولا بَخِيلا وان كان فَطِنًا فَيُحَمِّلك على التَّقْصير بِدَنَانَتِه ولا حَرِيصا وان كان حاذِقا فيَغُرّك بما يُرْجى

1566. Ne consulas occupatum et si providus est, nam ingenium suum in te non convertet aut famelicum, et si intelligens est, nam ejus ingenium turbatum erit aut territum et si sincerus amicus est, nam metus a consideranda re tua eum retinebit, aut moestum, etsi prudens est, nam suo moerore nimis occupatus est aut avarum, etsi per-

spicax est, nam per vilitatem suam te impellet, ut minus facias, quam debes aut avidum, etsi ingeniosus est, nam rerum vanarum spe te decipiet. A.

In postrema parte plura ex conjectura correxi.

١٥٦٧ وفى الاشارات ما يُغْنِى عَنِ الكَلام

1567. In signis datis sermone carere possumus. D.

١٥٦٨ المُسْتَشَار مُؤْتَمَن

1568. Qui consulitur, ei fides habetur. Meidanii praefat.

١٥٦٩ المُشَاوَرَة تُخَلِّص الرَّأْىَ مِنَ السَّقَط كما تُخَلِّص النَّارُ الذَّهَبَ مِنَ الغِشّ

1569. Ut ignis aurum a sordibus liberat, sic consultatio consilium a vitiis. A.

١٥٧٠ الشَّوْط بَطين

1570. Cursus (terminus) longius remotus est.

I. e. in re amplitudo est. Narrant, Solaimanum ben-Zorad die pugnae, qui dies cameli cognominatur, ad Ahlium venisse. Ad quem quum Ahlius verba sequentia يابن صراد تمانات وتزحزحت وتاخرت وتربصت فكيف رايت صنع الله قد اغنى عنك O Ebn-Zorade! Incertus in consilio capiendo fuisti et longe remotus fuisti et occasionem captasti. Et quemadmodum vidisti, Deus ita egit, ut te carere possim," illum respondisse: يا امير المومنين الشوط بطين وقد نفى من الامور ما تعرف به صديقك عن عدوك „O princeps fidelium! Cursus longe remotus est et jam

remotae sunt res, quibus amicum tuum ab inimico tuo discerneres.“ Schar.

١٥٧١ مِنَ الشَّوْكَة وَرْدَة وَمِنَ الْوَرْدَة شَوْكَة

1571. E spina rosa et e rosa spina. D.

١٥٧٢ أَنْت شَوْلَة النَّاصِحَة

1572. Tu Schaula fidelis es.

Hoc in fidelem stupidum dicitur, cujus fidelitas ipsi detrimento est. conf. Meid. 5, 129. 25, 131.

١٥٧٣ هو شَوَى فِى الْحَرِيق سَمَكَتَه

1573. Is in incendio piscem suum assavit.

Proverbium Bagdadi incolis proprium in eo adhibetur, quod quis mentem suam celat, ut agendi occasione utatur. A furibus originem duxit, qui si incendium conspiciunt, propius accedunt, ut furandi occasione fruantur; sed detecti istis excusandi causa verbis utuntur. H. 417.

١٥٧٤ شَاة أَشْعَب

1574. Ovis Aschahbi.

Aschahbus aviditate notus interrogatus erat, num se avidiorem vidisset. Respondit se habuisse ovem, quae dum in tecto esset, Irin in coelo medicam herbam esse putans et aviditate incitata, assilierit et cervice fracta decidens perierit. Conf. Harir. 287.

١٥٧٥ إِنْ شِئْتَ فَارْجِع فِى فُوق

1575. Si vis, in crenam redi!

I. e. Redi ad statum pristinum amicitiae. Tsahlabus hunc versum recitavit:

قُلْ أَنْتِ قَايِلَةٌ خَيْرًا وَتَارِكَةٌ شَرًّا وَرَاجِعَةٌ إِنْ شِئْتِ فِى قُوقِ

Num tu bonum dicis et malum relinquis et redis, si vis, in crenam?“ Metrum Basith est. Schar.

١٥٧٦ مَنْ يَشَا أَنْ يَعِيشَ سَالِمًا فَلْيَنْفَرِدْ عَنِ ٱلنَّاسِ صَامِتًا

1576. Qui incolumis vivere vult, ab hominibus silens se separet. D.

١٥٧٧ أَىُّ شَىْءٍ يَعْمَلُ الحَاسِدُ مَعَ الرَّازِقِ

1577. Quamnem rem invidus benefacienti facit? D.

١٥٧٨ عِنْدَكَ شَىْءٌ وَإِلَّا لَا

1578. Apud te res est et si non, non. D.

١٥٧٩ لَا شَىْءَ أَقْبَحُ لِلْعَاقِلِ مِنْ مَدْحِ نَفْسِهِ لِأَنَّهُ مَعَ الصِّدْقِ يُسَامُ وَمَعَ الكَذِبِ يُلَامُ

1579. Nulla res prudenti turpior est, quam propria laus, nam si verax est, fastidium ejus audiendi habent, sin mendax, eum vituperant. A.

١٥٨٠ لَا شَىْءَ أَنْفَعُ لِلْإِنْسَانِ مِنْ حِفْظِ اللِّسَانِ

1580. Nulla res homini utilior est, quam linguae custodia. A.

١٥٨١ بِلَا شَىْ مَا شِى وَلَوْ كَانَ أَخُوكَ البَاشِى

1581. Pretio non dato nulla res est et si frater tuus praefectus esset. D.

١٥٨٢ بِلاش ما يَطْرُق الحَدّاد رُأَس إِصْبَعك

1582. Nullo pretio dato faber ferrarius digiti tui summam partem non percutit. D. G.

١٥٨٣ هَذا شَيْءٌ يَشُقّ الأَرْض شَقّ

1583. Haec est res, quae terram findit. D.

١٥٨٤ هُوَ فى شَيْءٍ لا يَطِير غُرابُه

1584. Is in re est, cujus corvus non avolat. D.

Vita bona commodaque utitur, corvus enim e terra, quae pabulo abundat, non avolat. Sam. conf. Meid. 27, 68.

١٥٨٥ شَيْآن لا يَجْتَمِعان فى بَيْت الغَنَاء والزِّنَاء

1585. Duae res in domo conjunctae non sunt: Opulentia et scortatus. A.

١٥٨٦ شَيْآن لا يَنْقَطِعان أَبَدًا المَصَايِب والحَوَايِج

1586. Duae res nunquam abrumpuntur: Calamitates et necessitates. B.

١٥٨٧ مَنْ شَابَ رَأْسُه أَخْلَق لِباسُه

1587. Cujus caput incanuit, ejus vestimentum tritum est. A.

١٥٨٨ شَابَتْ وما تَابَتْ

1588. Vetula illa evasit et non resipuit. D.

١٥٨٩ حَتَّى يَشِيبَ الغُراب

1589. Donec corvus canescit. Sam.

١٥٩٠ شَيِّبْك نَاعِيك

1590. Canities tua est nuntia mortis tuae. A.

١٥٩١ لَيْسَ الشَّيْبُ مِنَ العُمْر

1591. Senectus vitae pars habenda non est. B.

١٥٩٢ شَيْخ التَّايِب عَتِيق ٱللّٰه

1592. Senex resipiscens Dei manumissus est. D.

١٥٩٣ الشَّيْخ أَقْوَى عَصَبًا مِنَ الصَّبِيّ

1593. Senex firmiores nervos habet quam puer. S.

١٥٩٤ شَاعَ وذَاعَ ومَلَّأ السِّمَاع

1594. Divulgatus est et palam factus est et aures implevit. D.

١٥٩٥ شِلْ سِمَاطَك مِنْ قُدَّامِه

1595. Tolle stratum tuum (mensam tuam) e conspectu ejus. D.

١٥٩٦ شَيْن العِلْم الصَّلَف

1596. Falsa gloriatio dedecus doctrinae est. A.

١٥٩٧ صُبّ لَه بِزَايِد رُزّة

1597. Effunde ei plus oryzae! D.

١٥٩٨ صُبّ فِى قِنْدِيلِه زَيْت

1598. Effunde (vel. effusum est) in lucernam ejus oleum! D.

١٥٩٩ أَصْبَحَ قَلْبِى صَرِدًا

1599. Cor meum frigidum est.

In solatio de re, qua nos caremus, adhibetur. Ad hoc proverbium explicandum fabulam retulerunt. Narrant lacertam ranae caudam, qua praedita fuerit, abripuisse. Rei causam talem fuisse. Lacertam cum rana, utra sitim diutius tolerare posset, certamen iniisse. Tempore sitis quum utraque exiisset, lacertam percussisse ranam et ranam clamasse: يا ضب وردا وردا „O lacerta! ad aquam veni, ad aquam veni!“ lacertam autem responsisse:

اصْبَحَ قَلْبِى صَرِدًا لا يَشْتَهِى أَنْ يَرِدَا

„Cor meum est frigidum, ad aquam accedere non cupit.“

Die autem secundo clamanti ranae iisdem verbis lacertam respondisse et sequentia addidisse:

أَلَا عَرَارًا عَرِدَا وصِلِّيانًا زَرِدَا وعَنْكَثًا مُلْتَبِدَا

„O buphthalmum durum et plantam Zilijjan et plantam Alncats *) perplexam!

Tertio autem die quum rana eadem verba protulisset, lacertam non respondisse fabulantur et tum ranae ad aquam festinantis caudam lacertam, quae secuta esset, arripuisse. Alcomaitus ben-Tsahlebah rei in versu mentionem fecit dicens:

---

*) Vox عنكث plantae nomen est. Kam.

عَلَى أَخْذِهَا يَوْمَ غِبِّ الْوُرُودِ وَعِنْدَ الْحُكُومَةِ أَذْنَابَهَا

Quum illa die, quo ipsa, die intermisso, ad aquam accederet et apud judicium caudam ejus arriperet. Metrum Motakarib est. Sam. Schar.

١٦٠٠ صَبَاحُكَ ثَعْلَبًا وَمَسَاكَ ذِئْبًا

1606. Tempus matutinum tuum est vulpes et vespertinum lupus. D.

١٦٠١ اَلصُّبْحَةُ مَبْخَرَةٌ مُجْفِرَةٌ

1601. Somnus matutino tempore est res foetorem oris producens et Venerem impediens. Sch.

١٦٠٢ مَنْ صَبَرَ عَلَى تَعَبِ الْعِلْمِ تَمَتَّعَ بِرَاحَةِ الْأَدَبِ

1602. Qui fatigationem scientiae patienter fert, is tranquillitate culturae animi delectatur. B.

١٦٠٣ مَنْ صَبَرَ عَلَى جَارِهِ وَرَّثَهُ اللهُ دِيَارَهُ

1603. Qui vicinum suum patienter fert, eum Deus haeredem domorum ejus constituit. D.

١٦٠٤ مَنْ صَبَرَ عَلَى مَوَدَّةِ الْكَاذِبِ فَهُوَ مِثْلُهُ

1604. Qui amorem mendacis patienter fert, is ei similis est. B.

١٦٠٥ مَنْ صَبَرَ عَنْ شَهْوَتِهِ بَالَغَ فِي الْمُرُوءَةِ

1605. Qui cupiditatibus suis constanter resistit, is virtuti operam dat. A.

١٦٠٦ مَنْ صَبَرَ غَنِمَ وَمَنْ تَفَكَّرَ عَلِمَ

1606. Qui patiens est, rebus potitur et qui multum cogitat, scit. A.

١٦٠٧ مَنْ صَبَرَ قَدَرَ وَمَنْ لَجَّ كَفَرَ

1607. Qui patiens est, valet, et qui pertinax est, impius est. G.

In altero codicis loco in eodem proverbio loco vocis قدر legitur نال capit.

١٦٠٨ مَنْ صَبَرَ وَٱسْتَنَا نَالَ ما يَتَمَنَّا

1608. Qui cum patientia exspectat, is rebus desideratis potietur. G.

١٦٠٩ مَنْ لم يَصْبِرْ عَلَى حُسْنِ التَّعَلُّمِ فَلْيَصْبِرْ عَلَى قُبْحِ الجَهْلِ

1609. Qui patienter non fert, quod pulchro modo docetur, is turpem ignorantiam patienter ferre debet. B.

١٦١٠ مَنْ لم يَصْبِرْ على كَلِمَةٍ يَسْمَعْ كَلِمَات

1610. Qui unum verbum patienter non fert, plura verba audiet. D.

١٦١١ اصْبِرْ على جَارِكَ المَيْشُوم إِمَّا يَرْحَل اَمَّا يَمُوت

1611. Patienter fer vicinum tuum infelicem, (molestum)! Aut itinere abibit aut morietur. G.

١٦١٢ اِصْبِرِى بِأَلَم ما تُخْتَنِنِّهْ

1612. Perfer, o femina, dolorem, dum circumcideris!

Apud Arabes feminae quoque circumciduntur. Proverbium igitur nos monet, ut patientia utamur in re, quae evitari non potest Sam. Schar.

١٦١٣ صَبْرُك يُورِثُ الظَّفَر

1613. Patientia tua victoriam producit. A.

١٦١٤ الصبر حِيلَةُ مَنْ لَا حِيلَةَ لَهُ

1614. Patientia est remedium ejus, cui contra malum remedium non est. A.

١٦١٥ الصَّبْرُ سَلامَة والعَجَلَةُ نَدامَة

1615. Patientia est salus, et festinatio est poenitentia. G. Conf. prov. فى العجلة

١٦١٦ الصَّبْرُ على الغُصَّة يُؤَدِّى الفُرْصَة

1616. Patientia in ferendis molestiis occasionem adducit. A.

١٦١٧ الصَّبْرُ عِنْدَ المَصَايِبِ مِنْ أَعْظَمِ المَوَاهِب

1617. Patientia in calamitatibus donis (Dei) maximis accensenda est. A.

١٦١٨ الصَّبْرُ مِفْتَاحُ الفَرَجِ والبَقِين مِفْتَاحُ الصَّبْر
والذَّنْبُ مِفْتَاحُ التَّوْبَة والتَّوْبَة مِفْتَاحُ الغِفْرَة

والتّواضع مفتاح الرّاحة والقناعة مفتاح الرّضا والرّضا مفتاح المحبّة

1618. Patientia clavis laetitiae, certitudo clavis patientiae, crimen clavis poenitentiae, poenitentia clavis veniae, modestia clavis tranquillitatis, contentus animus clavis favoris, et favor clavis amoris est. A.

١٦١٩ ما بعد الصّبر غير القبر

1619. Post patientiam nil nisi sepulcrum est. G.

١٦٢٠. الصّابر يدبّر بكثرة الفطنة واللّجوج يرفع جهله

1620. Patiens multa cum intelligentia res instruit; sed pertinax in litigando ignorantiam suam extollit.

١٦٢١ أصبر على الذّلّ من وتد

1621. Patientior in vilitate ferenda quam paxillus. conf. Meid. 11, 51. Sam. Schar.

١٦٢٢ أصبر على السّواف من ثالثة الأثافي

1622. Patientius ferens pecorum interitum, quam tertia pars tripodis.

Arabes in deserto ad montis partem duos lapides ponere solebant, ut tripodis loco, in quo ollam ponerent, inservirent. Illa montis pars tertia tripodis pars est. Conf. Meid. 14, 111. 27. 68. Sam. Schar.

١٦٢٣ إِصْبَعٌ قَطَعَهَا الشَّرْعُ ما تَرَجَّع

1623. Digitus, quem lex amputavit, non redit. D.

Sed in codice Par. loco vocis ترجع legitur توجع „dolore adficit.“

١٦٢٤ أَصَابِعُك فِى أَيْدِيك ما هُمْ سَوَاء

1624. Digiti in manibus tuis non sunt aequales. D.

In Rostgaardii libro سواد legitur.

١٦٢٥ صَبِىٌّ عَاقِل أَفْضَل مِنْ شَيْخ جَاهِل

1625. Puer prudens praestantior est quam senex insipidus. G.

١٦٢٦ الصَّبِىُّ صَبِىّ ولو خَاطَب النَبِى

1626. Puer puer est et si prophetam allocutus esset. G.

١٦٢٧ صِحَّة الإِنْسَان فِى الصَّوْم

1627. Hominis sanitas abstinentia nititur. A.

١٦٢٨ صِحَّة الجَسَد أَوفَر القِسْم

1628. Corporis sanitas est maxime abundans portio. D.

١٦٢٩ صِحَّة الجَسَد من قِلَّة الحَسَد

1629. Sanitatis corporis causa in pauca invidia est. D.

١٦٣٠ صِحَّةُ الجَسَدِ خَيْرٌ مِنْ شُرْبِ الدَّوَاءِ وَتَرْكُ الذَّنْبِ خَيْرٌ مِنَ الاِسْتِغْفَارِ

1630. Sanitas corporis melior est, quam medicamenta bibere et peccata omittere melius est, quam veniam petere. A.

١٦٣١ أَصَحُّ رِعَايَةً مِنْ كَلْبٍ

1631. Melius custodiens quam canis. Schar.

١٦٣٢ أَصَحُّ مِنَ الخَوْتَعَةِ

1632. Integrior quam Chautaah.

De viro probo adhibetur. Kam.

١٦٣٣ لَا تَصْحَبِ الشِّرِّيرَ فَانَّ طَبْعَكَ يَسْرِقُ مِنْ طَبْعِهِ شَرًّا وَأَنْتَ لَا تَعْلَمُ

1633. Ne improbi socius sis, nam natura tua, te nesciente, ejus naturam imitabitur. A.

١٦٣٤ لَا تَصْحَبْ مِنَ الاِخْوَانِ اِلَّا كُلَّ صَادِقٍ لِسَانُ

1634. Nonnisi cum iis fratribus societatem cole, quorum lingua verax est. G.

١٦٣٥ مَنْ صَاحَبَ العُلَمَاءَ وَقُرَ وَمَنْ عَاشَرَ السُّفَهَاءَ حُقِرَ

1635. Qui societatem init cum doctis, honoratus erit et qui consortium habet cum stultis, is despectus erit. A.

١٦٣٦ صاحِبِ الاخيار تَأْمَنْ مِنَ الأَشْرَار

1636. Si bonorum socius es, ab improbis securus eris. A. D.

١٦٣٧ صاحِبُ ٱلْبَطْن لم يَزَلْ غَضْبَان

1637. Is qui nonnisi ventri operam navat, iratus esse non cessat. D.

١٦٣٨ صاحِبُ البَيْتِ أَدْرَى بالذى فِيه

1638. Possessor domus optime scit eum, qui in ea est. D.

١٦٣٩ صاحِبُ الصَّنْعَة خَيْرٌ من صاحِبِ القَلْعَة

1639. Artis possessor melior est quam arcis possessor. D. G.

١٦٤٠ صاحِبُ ٱلْمَال لم يَزَلْ تَعْبَان

1640. Opum possessor molestia gravatus semper est. D.

١٦٤١ صاحِبُ سُلْطَان كَرَاكِب أَسَد يَخَافه النَّاس
وَهُوَ لِمَرْكَبه أَخْوَف

1641. Socius regis ei similis est, qui leone vehitur. Homines eum metuunt; sed ipse jumentum, quo vehitur, magis metuit. B.

١٦٤٢ صاحِبُك اذا كان عَسَلا فلا تَلْحَسْه كُلَّه

1642. Si socius tuus mel est, ne id totum lambas! D.

١٦٤٣ صُحْبَةُ الجاهِلِ تُمْرِضُ القَلْبَ

1643. Societas insipidi animum aegrotum reddit. D.

١٦٤٤ صُحْبَةُ العاقِلِ زِيادَةٌ فى المَعْرِفَةِ وصُحْبَةُ الجاهِلِ خَسارَةٌ فى المَعْرِفَةِ

1644. Consortium prudentis augmentum in cognitionibus et consortium ignorantis jactura in cognitionibus est. A.

١٦٤٥ الصُّحْبَةُ مَعَ الأَحْمَقِ نُقْصانٌ فى الدُّنْيا وحَسْرَةٌ فى الآخِرَةِ

1645. Societas cum stulto est detrimentum in hoc mundo et suspirium in altero mundo. B.

١٦٤٦ أَنْتَ كَصاحِبَةِ النَّعامَةِ

1646. Tu feminae similis est, quae struthiocamelam posidebat.

In eum dicitur, qui in homine fiducia non digno fiduciam ponit. Sam. Alludere videtur ad Meid. C. 24, 314.

١٦٤٧ مُصاحَبَةُ السُّلْطانِ خَطِرَةٌ وإِنْ صوحِبُوا بالسَّلامَةِ والثِّقَةِ والمَوَدَّةِ وحُسْنِ الصُّحْبَةِ

1647. Societas regis periculosa est et si conjuncta est cum integritate, fiducia, amore et bona conditione Calil. p. 117.

١٦٤٨ صُدُورُ الأَحْرَارِ قُبُورُ الأَسْرَارِ

1648. Pectora ingenuorum sepulcra secretorum sunt. D.

١٦٤٩ اَلْمَصْدُورُ أَنْفَثُ

1649. Pectoris morbo laborans multum sputum ejicit.

Verba in excusandis viri querelis ob tristitiam suam adhibetur. Sam. Schar. conf. Meid. 22, 444.

١٦٥٠ مَنْ صَدَقَ فِى مَقَالِهِ زَادَ فِى جَمَالِهِ

1650. Qui in sermone verax est, ejus pulchritudo augetur A.

١٦٥١ لَا تَتَصَدَّقُوا إِلَّا بِمَا تَكْرَهُوا

1651. Ne eleemosynis date alias res, nisi eas quas inviti datis (i. e. bonas res). D.

١٦٥٢ صِدْقُ اَلرِّجَالِ أَوْضَحُ دَلَائِلِ فَضْلِهِ

1652. Veracitas virorum manifestissimum indicium meriti est. B.

١٦٥٣ صِدْقُ اَلْمَرْءِ نَجَاتُهُ

1653. Veracitas viri effugium est. A. B.

١٦٥٤ اَلصِّدْقُ فِى أَقْوَالِنَا أَقْوَى لَنَا وَالْكَذِبُ فِى أَفْعَالِنَا أَفْعَى لَنَا

1654. Veritas in verbis nostris firmior nobis est et mendacium in factis nostris vipera nobis est. Verbis lusus inest. D.

١٦٥٥ صَدَقَةٌ قَلِيلَةٌ تَدْفَعُ بَلَايَا كَثِيرَةً صَاحِبُهَا لَا يَعْلَمُ وَلَا يَدْرِي

1655. Eleemosyna pauca calamitates multas repellit, dum is, qui dat, id nescit. G.

١٦٥٦ اَلصَّدَقَةُ تَدْفَعُ اَلْبَلَاءَ وَتُقَرِّبُ اَلْعَبْدَ اِلَى اللّٰهِ

1656. Eleemosyna infortunium repellit et servum ad Deum adducit. G.

١٦٥٧ صَدِيقٌ بِلَا عَيْبٍ قَلِيلٌ وُقُوعُهُ

1657. Amicus sine vitio raro invenitur. D.

١٦٥٨ صَدِيقٌ مَا لَهُ صَدِيقٌ مَالُهُ

1658. Amicus opum ejus revera amicus ejus non est. D.

١٦٥٩ صَدِيقَكَ وَصَدِيقَ أَبِيكَ لَا تُهْمِلْ

1659. Amicum tuum et amicum patris tui ne negligas! G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 27, 10. Cum hoc conjungenda sunt verba, quae in codice Gott. tanquam novum proverbium leguntur لا تدخلن منزل اخيك يوم ضيقتك „et ne in domum fratris tui die calamitatis tuae intres!“

١٦٦٠ الصَّدِيقُ الأَصِيلُ أَوْثَقُ والصَّاحِبُ القَدِيمُ أَشْفَقُ

1660. Firmus amicus fiducia dignior et vetus socius misericordior est. A.

١٦٦١ الصَّدِيقُ من الصِّدْقِ

1661. Amicus a sinceritate nomen accepit. D.

١٦٦٢ الصَّدِيقُ يَشْتَكِي أَوَّلاً عَلَى ذَاتِهِ

1662. Justus primum de se queritur G.

Salomoni tribuitur. Fortasse ex Prov. Salom. 18, 17. desumtum est.

١٦٦٣ صَدَاقَةُ فِي الآبَاءِ قَرَابَةٌ فِي الأَبْنَاءِ

1663. Amicitia inter patres est propinquitas inter filios. Conf. Fakih. Alchol. p. 13. l. 9.

١٦٦٤ إِيَّاكَ وَمُصَادَقَةَ الأَحْمَقِ فَإِنَّهُ يُرِيدُ أَنْ يَنْفَعَكَ فَيَضُرُّكَ وَإِيَّاكَ وَمُصَادَقَةَ الكَذَّابِ فَإِنَّهُ يُقَرِّبُ عَلَيْكَ البَعِيدَ وَيُبَعِّدُ عَنْكَ القَرِيبَ

1664. Cave amicitiam stupidi, nam tibi nocet, dum tibi prodesse cupit et cave amicitiam mendacis, efficit enim, ut res longe remotae tibi propinquae et tibi propinquae longe remotae esse videantur. A.

١٦٦٥ صَرِيرُ الأَقْلامِ كَصَرِيرِ الحِسَابِ

1665. Stridor calamorum ut stridor computus est. D.

١٦٦٦ لَهُ صَرْخَةُ الْحُبْلَى

1666. Ei gravidae clamor est.

Vehementem clamorem in periculo, qualis gravidae clamor est, tollit. Merzukii comment. in Ham. p. ١٨٨.

١٦٦٧ مُصَارَعَةُ الْجَاهِلِ مُوَاصَلَةُ الْعَاقِلِ

1667. Lucta cum ignorante conjunctio cum prudente est. D.

١٦٦٨ أَصْرِفْ مَا فِي الْجَيْبِ يَأْتِيكَ مَا فِي الْغَيْبِ

1668. Si erogas id, quod in sinu habes, id quod te latet, ad te veniet. G.

أصرف significationem vocis صرّف habet.

١٦٦٩ أَصْعَبُ عَلَى الْإِنْسَانِ مَعْرِفَةُ نَفْسِهِ

1669. Homini difficillimum est se ipsum nosse. G. D.

In codice Berol. معرفة عيبه „vitia sua nosse“ legitur.

١٦٧٠ لَا تَصْعَدْ لِقُلَّةِ الْجَبَلِ وَأَنْتَ مُزَيَّنٌ لِئَلَّا تَقَعَ

1670. Ne in montis cacumen adscende, dum ornatus es, timens ne cadas. D.

١٦٧١ صِغَارُ الْأُمُورِ تُهَيِّجُ الْكِبَارَ

1671. Parvae res magnas excitant. D.

١٦٧٢ وَكَمْ صَغِيرٍ صَادَفَتْهُ عِنَايَةٌ

1672. Quot parvis molestia (cura) occurrit! D.

١٦٧٣ صَغَّرَ ٱللّٰهُ الشَّيْطَانَ بِتَكَبُّرِهِ

1673. Deus Satanam per superbiam, qua impletus est, parvum reddat! D.

١٦٧٤ اِسْتَصْغِرْ ما فَعَلْتَ مِنَ الْمَعْرُوفِ وَإِنْ كانَ كَبِيرًا

وَاسْتَعْظِمْ ما أَتَاكَ مِنْهُ وَإِنْ كانَ صَغِيرًا

1674. Quod ipse in alios contulisti beneficium, parvum esse puta, etsi magnum est et quod in te collatum est, magnum esse puta, etsi parvum est. A.

١٦٧٥ أَصْغَرُ مِنْ بُلْبُلٍ

1675. Minor corpore quam luscinia. Sam. Sch.

١٦٧٦ مَنِ اصْفَرَّ لَوْنُهُ مِنَ النَّصِيحَةِ اسْوَدَّ وَجْهُهُ مِنَ الْفَضِيحَةِ

1676. Cujus color flavus ob sincerum monitum est, ejus facies nigra fit ob ignominiam. A.

١٦٧٧ صَفْعٌ بِلا نَفْعٍ لٰكِنَّهُ صَخْرِي

1677. Percussio sine utilitate; sed id saxum meum est.

Sed in codice Par. ضرر noxa loco vocis صخرى saxum meum legitur. D.

١٦٧٨ أَصْفَقُ مِنْ ظُفْرٍ

1678. Durior quam unguis. Sam. Schar.

١٦٧٩ أَصْفَقُ مِنْ وَجْهِ

1679. Impudentior quam facies. Sam. Schar.

١٦٨٠ عند صَفْوِ اللَّيَالِي يَحْدُثُ الكَدَر

1680. In claritate noctium impurum provenit. D.

١٦٨١ أَصْفَى مِنْ ماء الوَقِيعَة

1681. Purior quam aqua in scrobe montis. Kam. Turc.

١٦٨٢ أَصْفَى من قَمَرِ الشِّتَاء

1682. Purior quam luna hiemis tempore. D.

١٦٨٣ الصَقْرُ لَيْسَ بِصَايِدٍ فى وَكْرِه

1683. Accipiter in nido suo non venatur G.

١٦٨٤ صَالِبِى أَشَدُّ من نافِضِك

1684. Febris mea cum tremore conjuncta vehementior est quam febris tua.

Verba haec dicuntur, quum apud querentem alter quidam majus malum queritur. Sam,

١٦٨٥ صَلَحَتْ لِي وَلَبِقَتْ لك والدَّهْرُ وَفَّقَ بَيْنَنَا

1685. Idoneum fuit mihi et tibi convenit et tempus inter nos conciliavit. D.

١٦٨٦ لا يَصْلَحِ لِلصَّدْرِ إلاَّ واسِعُ الصَّدْر

1686. Supremo loco non convenit nisi is, qui amplum pectus habet. D.

١٦٨٧ من لا يَصْلَح تَرْكُهُ أَصْلَحُ

1687. Qui non convenit, eum relinquere magis convenit. D.

١٦٨٨ يُصْلِحُ بَيَانُ العَطَّار ما أَفْسَدَ الدَّهْن

1688. Facundia ejus, qui aromata vendit, id reparat, quod oleum corrupit. D.

١٦٨٩ مَنْ لم يُصْلِحْهُ الخَيْر أَصْلَحَه الشَّرّ

1689. Quem bonum non reparat, eum malum reparare debet. D.

١٦٩٠ الصُّلْح سَيِّدُ الأَحْكَام

1690. Pax est domina imperiorum. B.

١٦٩١ صَلَاحُ الإِنْسَان فى حِفْظِ اللِّسان

1691. Bona hominis conditio linguae custodiâ nititur. B.

١٦٩٢ صَلَاحُ البَدَنِ فى السُّكُوت

1692. Corporis incolumitas silentio nititur. B.

١٦٩٣ لا صَلَاح الخَاصَّة مع فَسَادِ العَامَّة

1693. Bona conditio proceribus esse non potest, dum vulgus corruptus est. D.

١٦٩٤ صالِحات المُقْسِطين تَسُرّ المَدِينَة وفى هَلاك المُنافِقين اُبْتِهاجُها

1694. Justorum proba opera oppidum gaudio implent; sed hypocritarum interitus ei laetitiae est.

Salomoni tribuitur. conf. Prov. Salom. **11, 10.**

١٦٩٥ إِصْلاحُ الرَّعِيَّة أَحْسَنُ مِنْ كَثْرَة الجُنُود

1695. Conditionem subditorum meliorem reddere excercituum multitudini praestat. D.

١٦٩٦ مَنْ لَه مَصْلَحة عِنْدَ الكَلْب يَقول لَه مَرْحَبًا فى الحاجّ كَلب

1696. Cui apud canem negotium est, ei dicit: Bene venisti inter peregrinos sacros, o canis! G.

١٦٩٧ صَلَفٌ تَحْتَ الرَّاعِدَة

1697. Paucitas pluviae sub nube tonante.

De homine multiloquo, in quo nil boni est, adhibetur. Kam. Dj. Harir. p. ٣٩٥.

١٦٩٨ صَلاةُ الدُّبّ والغُولَة صَلاة لا تَكون مَقْبولَة

1698. Preces ursi et daemonis preces sunt, quae non admittuntur. D.

١٦٩٩ صَمْتُ الجاهِل سِتْرٌ وكَلامُ العالِم فَخْر

1699. Silentium ignorantis velum est et sermo docti gloria. A.

In codicibus A. B. صمت الجاهل ستره Silentium ignorantis velum est legitur.

١٧٠٠ الصَّمْتُ خَيْرٌ لِمَنْ لا يُحْسِنُ الكَلام

1700. Silentium ei, qui non bene loquitur, praeferendum est. D.

١٧٠١ الصَّمْتُ يُورِثُ أَهْلَهُ مَحَبَّة

1701. Silentium hominibus amorem comparat. G.

١٧٠٢ بَيْنِي وبَيْنَه ما صَنَع الحَدَّاد

1702. Inter me eumque id est, quod faber ferrarius fecit (i. e. gladius) D.

١٧٠٣ ما صَنَعَ اللهُ فَهُوَ خَيْر

1703. Quod Deus fecit, id bonum est, D.

١٧٠٤ ما أَصْنَعُ بِشَمْس لَا تُدَفِّئُنِي

1704. Quaenam solis utilitas mihi est, qui me non calefacit. D.

١٧٠٥ اِصْنَعِ الخَيْرَ الى مَنْ هو أَهْلُه والى من لَيْسَ
من أَهْلِه فَإِنْ أَصَبْتَ أَهْلَه فهو أَهْلُه وان لم
تُصِبْ أَهْلَهُ فأنتَ أَهْلُه

1705. Bonum ei fac, qui eo dignus est et qui eo dignus non est. Si talem invenis, eo dignus est, sin vero non invenis, tu eo dignus es. A.

١٧٠٥ اصْنَعِ الخَيْرَ عِنْدَ إمْكانِهِ يَبْقَ لكَ حَمْدُهُ بَعْدَ زَوالِ زَمانِهِ

1706. Bonum si peragis tempore, quo peragi potest, ejus laus cessante tempore tibi manebit. A.

١٧٠٧ اصْنَعِ المَعْرُوفَ ولَوْ الى كَلْب

1707. Beneficium confer et si in canem conferendum sit!

Omnimodo et in quemlibet beneficos nos esse proverbium jubet. Sam. Sch.

١٨٠٨ اصْنَعْهُ صَنْعَةَ مَنْ طَبَّ لِمَنْ حَبَّ

1708. Fac id modo, quo agit solers erga eum, quem amat. Conf. Meid. 14, 19.

١٧١٩ صَنْعَةٌ بلا أُسْتاذ يُدْرِكها الفَسَاد

1709. Artem sine magistro corruptio attingit. G.

١٧١٠ صَنْعَةٌ فِي اليَدِ أَمَنٌ مِنَ الفَقْرِ

1710. Ars in manu a paupertate securum reddit. D.

١٧١١ اذا أَصابَتِ الظِّباءُ الماءَ فلا عَبابَ وإنْ لم تُصِبْهُ فلا أَبابَ

1711. Quod si dorcades aquam inveniunt, non est sorptio, sin autem non inveniunt, non est quaerendi studium.

Sic verba in Kamusi opere explicantur: اى ان وجدته لم تعب وان لم تجده لم تتهيا لطلبته ولشربه I. e. si eam inveniunt, tum eam non sorbent; sin vero eam non inveniunt, ad eam quaerendam et bibendam paratae non sunt.

١٧١٢ يُصِيبُ وما يَدْرِي ويُخْطِي وما دَرَى

1712. Nesciens ratum attingit et nesciens errat.

Hemistichium metri Thawil est ab Abu-Mohammede Alahrabio ad Hamasam p. 60. citatum.

١٧١٣ أَصْوَبُ الأُمُورِ تَرْكُ الفُضُولِ

1713. Rectissima res est superfluum omittere. Sch.

١٧١٤ لا مُصِيبَةَ أَعْظَمُ مِنَ الجَهْلِ

1714. Infortunium majus non est quam ignorantia. D.

١٧١٥ المُصِيبَةُ للصَّابِرِ واحِدَةٌ وللجَزُوعِ اثْنَيْنِ

1715. Infortunium patienti unum est, impatienti duplex. G.

١٧١٦ صِيطَ (صيبت l.) الجَيِّدُ خَيْرٌ مِنْ مالِ الدُّنْيَا

1716. Fama egregia melior est quam opes hujus mundi. G.

١٧١٧ الصِّيتُ الصَّالِحُ أَفْضَلُ مِنْ غِنًى كَثِيرٍ

1717. Fama bona praestantior est, quam divitiae multae. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Salom. 22, 1.

١٧١٨ لَوْ تَصَوَّرَ العَقْل صُورَةً لَأَضَاءَ معه اللَّيْلُ ولو صُوِّرَ الجَهْل صُورَةً لَأَظْلَمَ معه النَّهَارُ

1718. Si prudentiae forma data esset, cum ea nox clara esset et si ignorantiae forma data esset, cum ea dies obscurus esset. A.

١٧١٩ صُمْ وصَلِّي واعبُد اللهَ قال ما بَقِي شَيْءٌ إلاَّ بَعْدَ العِيد

1719. Jejuna et preces fac et Deum cole! Dixit: Non restat res, nisi post festum. D.

١٧٢٠ كَمْ مِنْ صَائِمٍ لَيْسَ له مِنْ صِيَامه إلاَّ الجُوع والعَطَش

1720. Quot sunt jejunantes, quibus ex jejunio nil aliud est, nisi fames sitisque. A.

١٧٢١ كَمْ مِنْ صَائِمٍ مُفْطِر وكَمْ مِنْ مُفْطِرٍ صَائِم

1721. Quot jejunantes jejunium solvunt et quot jejunium solventes sunt jejunantes. A.

١٧٢٢ رُبَّ صِيحَةٍ تَذْبَح دِيك

1722. Saepe unus clamor gallum mactavit. D.

١٧٢٣ هٰذا يَصِيد وهٰذا يأْكُل السَّمَك

1723. Unus venatur et alter pisces edit. D.

١٧٢٤ إذا صار لك ما تريد أرضى بما صار

1724. Quum id, quod vis, fit, eo, quod factum est, contentus esto. G.

١٧٢٥ يصبر أمرء الصبور الى مراده

1725. Patiens in re voluntati suae satisfaciet. A.

١٧٢٦ هل يصبر الحوت على وجه الماء

1726. Num magnus piscis super aquae superficie provenit? D.

١٧٢٧ ذاك ضب أنا حرشته

1727. Illa lacerta est, quam ego venatus sum. Rei praefui, ut mihi omnino nota esset. Sam.

١٧٢٨ ضحك البوز على الدرج

1728. Risus falconum de attagine. D.

In codice Paris. loco vocis البوز legitur الكوز. الدرج videtur pro الدراج.

١٧٢٩ ضحك بلا سبب من قلة الأدب

1729. Risus sine causa indicium levis educationis est. D.

In codice G. loco vocis سبب causa legitur عجب admiratio.

١٧٣٠ يضر لى ولا ينفعك

1730. Mihi nocet et tibi non prodest. D.

١٧٣١ ضُرُّ أَيُّوب

1731. Calamitas Jobi. D.

١٧٣٢ ضَرَرُ الجَهْلِ أَعَمُّ مِنْ ضَرَرِ الشَّرِّ لِأَنَّ قَانُونَ الشَّرِّ مَعْلُوم وَقَانُون الجَهْل غَيْر مَعْلُوم

1732. Noxa ignorantiae generalior est, quam noxa mali, quia regula mali nota est et regula ignorantiae ignota. A.

١٧٣٣ الضَّرُورَاتُ تُبِيحُ المَحْظُورَات

1733. Necessitates res illicitas licitas reddunt. D.

١٧٣٤ اذا ضَرَبْتَ فَأَوْجِعْ وَاذَا أَطْعَمْتَ فَأَشْبِعْ

1734. Quum percutis, dolorem fac et quum cibum das, satia! G. conf. Meid. 1, 103.

١٧٣٥ إِذَا ضَرَبْتَ فلا تُحَمِّطْ

1735. Quum percutis, studium in percutiendo adhibe! D. conf. Meid. 1, 108. 468.

١٧٣٦ قَدْ يَضْرِبُهما الهَرَمُ أَسَفًا عَلَى شَبَابِهِ

1736. Jam percutit utrumque senectute decrepitus tristitiâ ob suam juventutem. Sam.

١٧٣٧ قَدْ يُضْرَبُ الدُّبُرُ الدَّامِي بِأَحْلَاس

1737. Interdum podex cruentus stragulis percutitur.

Hoc e versu poetae desumtum est:

وَلَا يَغُرَّنْكَ أَحْقَادٌ مُزَمَّلَةٌ قَدْ يُضْرَبُ الدُّبُرُ الدَّامِي بِأَحْلَاسِ

Ne odia abscondita te decipiant, interdum podex cruentus stragulis percutitur. Metrum Basith est.

De eo adhibetur, qui tibi malum ostendit dum aliter cogitat. Sam.

١٧٣٨ اِضْرِبْهُ ضَرْبَ غَرِيبَةِ ٱلْإِبِلِ

1738. Modo, quo peregrina camela percutitur, eum percute!

I. e. vehementer; peregrina enim camela ab aqua verberibus vehementibus repellitur. Injuria adflictus hisce verbis monetur, ut injuriam repellat. Schar. Simile proverbium in Meidanii opere legitur.

١٧٣٩ ضَرْبُ الْحَبِيبِ أَوْجَعُ

1739. Percussio amici majorem dolorem parat. A. B.

١٧٤٠ ضَرْبُ الْحَبِيبِ زَبِيبٌ وَحِجَارَتُهُ رُمَّانٌ

1740. Percussio amici est uva passa et ejus lapis est malum Punicum. D.

In Burckhardtii libro prov. 387 legitur ضرب الحبيب مثل اكل زبيب „Percussio amici uvae passae, quae editur, comparanda est.“

١٧٤١ ضَرْبُ اللِّسَانِ أَشَدُّ مِنْ طَعْنِ ٱلسِّنَانِ

1741. Percussio linguae vehementior est, quam confossio cuspidis. A. B.

١٧٤٢ ضَرْبُ ٱلنِّبال ولا تَوْبيخ النِّسَاء والرِّجَال

1742. Jactus sagittarum et non comminatio feminarum et virorum. D.

١٧٤٣ ضَرْبَةُ النَّاصِح خَيْرٌ مِنْ تَحِيَّة الكاشِح

1743. Percussio sinceri amici melior est, quam salutatio clandestinum in animo odium foventis. A. B.

١٧٤٤ هُوَ أَضْرَبُ مَنْ مَشَى بِشَفَة

1744. Is eorum, qui calumniantur, maxime percutiens est. Hamas. ١٩٨ l. 12.

١٧٤٥ ضِرْس المَعْيُوب أَقْلَعُهُ تَسْرِيح

1745. Dentem vitiosum repudium uxoris evulsit. D.

١٧٤٦ ضَرَّسُوا فُلانا

1746. Quendam dentibus momorderunt.
Vituperantes eum ignominia adfecerunt. Sam.

١٧٤٧ ضُراطُهُ أَنْفَعُ مِنْ سُعَالِك

1747. Crepitus ventris ejus utilior est quam tussis tua. D.

2075. Prudentia quaelibet res recta redditur et sapientia quodlibet malum abrumpitur. A.

٢٠٧٦ عاقِلٌ بِلا أَدَبٍ كَشُجاعٍ بلا سِلاحٍ

2076. Ingeniosus sine cultura strenuo sine armis similis est. A.

٢٠٧٧ العاقِلُ إذا تَكَلَّمَ بِكَلِمَةٍ أَتْبَعَها مَثَلًا والأَحْمَقُ

اذا تَكَلَّمَ بِكَلِمَةٍ أَتْبَعَها يَمِينًا

2077. Prudens si verbum profert, proverbio id confirmat, stupidus vero, si verbum profert, juramento. A.

٢٠٧٨ العاقِلُ المَحْرُومُ خَيْرٌ مِنَ الجاهِلِ المَرْزُوقِ

2078. Prudens qui nil accepit melior est, quam insipidus, qui dona accepit. D.

٢٠٧٩ العاقِلُ لا يَتَكَلَّمُ إلَّا لِحاجَتِهِ أَوْ لِحُجَّتِهِ

2079. Prudens non loquitur nisi necessitate adductus aut ad se defendendum. B.

٢٠٨٠ العاقِلُ لا يَرْجُو ما يُعْنَفُ على رَجائِهِ ولا

يَسْأَلُ ما يُخافُ مِنْهُ ولا يُضْمِرُ إلَّا ما يَثِقُ

بالقُدْرَةِ عَلَيْهِ

2080. Prudens non sperat rem, propter quam sperans dure vituperatur et non rogat petendo rem, quam metuit et sibi non proponit rem, cujus perficiendae fiduciam in se non habet. A.

٢٠٨١ العاقِلُ لا يَشْرَبُ السَّمَّ اتِّكاءً على ما عِنْدَهُ مِنَ التِّرْيَاق

2081. Prudens venenum non bibit, confidens quod theriacam (antidotum) possideat. B.

٢٠٨٢ العاقِلُ مَنْ راقَبَ حَوادِثَ الزَّمان

2082. Prudens est, qui temporis casus observat. A.

٢٠٨٣ العاقِلُ مَنْ يُسْتَدَلّ بِأَسارِيرِ الوُجُوهِ على أَسْرارِ القُلُوب

2083. Prudens est, qui ex lineis faciei secreta animi cognoscit. B.

٢٠٨٤ العاقِلُ يَبْلُغ بِحِيلَتِه ما لَيْسَ يَبْلُغ بِجُنْدِه

2084. Prudens per prudentiam suam res consequitur, quas per exercitum suum consequi non potest. A.

٢٠٨٥ العاقل يَتَحَفَّظُ مِنْ شَيْئَيْن مَكْرِ أَعْدائِه وحَسَدِ

أَصْدِقَايِه ويَرْهَد فى شَيْئَيْن اسْتِشَارَة النِّسْوان

وإمارة الصِّبْيَان

2085. Prudens duas res cavet; dolum inimicorum suorum et invidiam amicorum et duas res facere omittit; mulieres in consilium adhibere et pueris imperium tradere. A.

٢٠٨٦ العاقِلُ يَرْغَبُ فى الأَدَب والجاهِل يَهْرَبُ مِنْه

2086. Prudens, ut animum excolat, optat, et insipidus hoc fugit. B.

٢٠٨٧ العاقِلُ يَرَى باوَّل رَأْيِه آخِرَ الأُمُور ويَكْشِف

مِنْ مُبْهَمَاتِه ظُلَمَ السُّتُور

2087. Prudens prima sua prudentia finem rerum videt et obscuritates tegumentorum a rebus incognitis detegit. A.

٢٠٨٨ العاقل يَضِل عَقْلُه بِمُصَاحَبَة الجاهِل

2088. Prudentis ingenium ignorantis consortio in errorem ducitur. A.

٢٠٨٩ العاقِلُ يَطْلُب الكَمَال والجاهِل يَطْلُب المَال

2089. Prudens perfectionem petit, insipidus divitias. A.

٢٠٩٠ العاقِلُ يَسْتَنْبِط دَفَايِنَ الصُّدُور ويَسْتَخْرِج وَدَايِعَ الغُيُوب

2090. Prudens thesauros occultos animorum elicit et arcanorum deposita educit. A.

٢٠٩١ لَيْسَ العاقِلُ الَّذِى يَحْتَالُ فِى الأَمْرِ وبَعْدَ ذلِك يَقَعُ فِيه

2091. Prudens non est, qui, postquam in re versute egit, in eam incidit. D.

In codice Par. العاقل et tum يقعد sedit legitur.

٢٠٩٢ لَيْسَ العاقِلُ مَنْ تَخَلَّصَ من مَكْرُوه وَقَعَ فِيه بَل العاقِل مَنْ لا يُوقِع نَفْسَه فى أَمْرٍ يَحْتَاج الى الخَلاص مِنْه

2092. Prudens non est, qui re ingrata, in quam incidit, se liberat; prudens potius is appellandus est, qui cavet, ne in rem incidat, qua liberari necesse est. A.

٢٠٩٣ عُقُول كُلِّ قَوْم على قَدْرِ زَمَانِهم

2093. Cujuslibet gentis ingenia e tempore, quo vivit, pendent. D.

٢٠٩٤ أَعْقَلُ النَّاسِ أَعْذَرُهُمْ لِلنَّاسِ

2094. Prudentissimus hominum est, qui apud homines maxime excusatus est. D.

٢٠٩٥ أَعْقَلُ النَّاسِ مَنِ ٱعْتَبَرَ بِما رَأَى وٱتَّعَظَ بِما سَمِعَ

2095. Prudentissimus hominum est, qui eo, quod videt, docetur et eo, quod audit, monetur. A.

٢٠٩٦ أَعْقَلُ النَّاسِ مَنْ يَنْظُرُ العَوَاقِبَ

2096. Prudentissimus hominum est, qui rerum eventus videt. G.

٢٠٩٧ أَعَكَرْتَيْنِ بِضَفِيرٍ

2097. Num lora dupliciter contorso (percutis?)

Accusativus عكرتين e verbo تعكر pendet. Significatio vocis عكرتين eadem est, quam عركتين. Ei, qui res alteri ingratas repetit, ista verba dicuntur. Sam. Schar.

٢٠٩٨ عِلَّةُ المَوْتِ ما لَهَا دَوَاءٌ

2098. Morbo lethali remedium non est. D.

٢٠٩٩ قَدْ عَلِقَ بِدَلْوِكَ دَلْوٌ آخَرُ

2099. Situlae tuae situla altera adhaeret. D.

٢١٠٠ عِنْدَ العَلِيقِ دَقِيقٌ

2100. Apud hordeum farina est. D.

٢١٠١ لَوْ عَلِمَ الجَاهِلُ جَهْلَه لَمْ يَكُنْ جَاهِلا

2101. Si ignorans ignorantiam suam novisset, ignorans non fuisset. D.

٢١٠٢ مَنْ عُلِمَ بالصَّمْت فَضْلُهُ فَقَدْ ظَهَرَ لِلنَّاسِ عَقْلُهُ

2102. Cujus praestantia e silentio cognoscitur, ejus prudentia hominibus apparet. A.

٢١٠٣ إعْلَمْ أنَّ سَبَبَ هَلاكِ المُلُوكِ وفَسَادِ المَمَالِكِ
إطْرَاحُ ذَوِي الفَضَايِلِ وَاصْطِنَاعُ ذَوِي الوَسَايِلِ
والاسْتِخْفَافُ بِعِظَةِ النَاصِحِ والإغْتِرَارُ بتَزْكِيَةِ
المَادِحِ

2103. Scito causam interitus regum et regnorum corruptionis in eo esse, quod viri praestantes rejiciuntur et gratiosi apud regem adhibentur et admonitiones amicorum sincerorum levipenduntur et quod ipsi laude laudatorum decipiuntur. A.

٢١٠٤ لا يَعْلَمُ ما فِي الأَخْفَافِ إلَّا اللهُ والإسْكَافُ

2104. Quid in ocreis sit, nemo nisi Deus sutorque scit. D.

٢١٠٥ لا تُعَلِّمِ الدُّبَّ رَمْيَ الحَجَرِ

2105. Ne ursum lapides jacere doce! D.

٢١٠٦ تَعَلَّمْ يا فَتَى فالجَهْلُ عارٌ ولا يَرْضى به إلّا لِحِمار

2106. Disce, o adolescens, nam ignorantia dedecus est et nemo nisi asinus eo contentus est. D.

٢١٠٧ تَعَلَّمْ يا فَتَى لِتَكُون أَمِيرًا ولا تكون جَاهِلا

فَتَصِير حَقِيرا

2107. Disce, o adolescens, ut princeps sis neque ignorans sis, ut despectus fias! D.

٢١٠٨ مَنْ لم يَتَعلَّمْ فى الصِّغَر لَمْ يَتَقَدَّمْ فى الكِبَر

2108. Qui, dum parvus est, non docetur, is quum grandaevus est, alios non praecedet. A. B.

In altero codicis A. loco pro لم يتقدم legitur هان despectus erit.

٢١٠٩ عِلْمٌ بلا عَمَلٍ كَشَجَرَةٍ بِلا ثَمَرٍ

2109. Scientia sine opere sicut arbor sine fructibus est. D.

٢١١٠ عِلْم لا يُصْلِحُك ضَلال ومالٌ لا يَنْفَعُك وَبَال

2110. Scientia, quae te non corrigit, error est et opes, quae tibi non prosunt, noxa sunt. A.

٢١١١ لا عِلْمَ الّا ما كان مَكْنُوم فى الصَّدْرِ مَتَى

شِئْتَ أَظْهَرْتَه

2111. Non est scientia nisi ejus, quod in pectore

absconditum, quando vis, in publicum a te emittitur. D.

٢١١٢ العِلْمُ أَنِيسٌ فِي الوَحْدَة وصاحِبٌ فِي الخَلْوَة
ودَلِيل فِي السَّرَّاء والضَّرَّاء ووَزِير عِنْد الأَخِلَّاء
وقَرِيب عِنْدَ الغُرَبَاء

2112. Doctrina est familiaris in vita solitaria, socia in solitudine, et viae ductrix in rebus laetis ac tristibus et praefecta apud amicos et cognata apud peregrinos. A.

٢١١٣ العِلْم بالشَّيْء ولا الجَهْل به

2113. Scientia est res (cui operam dare debetis) et non ignorantia. D.

٢١١٤ العِلْم تاجٌ لِلْفَتَى والعَقْل طَوْق مِنْ ذَهَب
والصِّدْق نُور واضِحٌ والكَذِب نارٌ تَلْتَهِب

2114. Doctrina est corona juveni et ingenium est torques aurea et veritas lux clara et mendacium ignis ardens. G.

٢١١٥ العِلْم جَبَلٌ صَعْبُ المَصْعَد لَكِنَّهُ سَهْل المُنْحَدَر

2115. Scientia mons difficilis adscensu; sed facilis descensu est. A.

٢١١٦ العِلْم جَلاء لِلْقُلُوب ونُور لِلأَبْصَار وشِفَاء

للنُّفُوس ومُرْشِد لِلْعُقُول وقُوَّة لِلْأَبْدان وميزان

للطِّباع وهادٍ للأَرْوَاح

2116. Scientia est politio ingenio, lux oculis, medicina animis, dirigens ingeniis, robur corporibus, bilanx naturis, ductrix animis. A.

٢١١٧ العِلْم خَزَائِن مَفَاتِيحُهَا السُّؤَال فَاسْئَلُوا فانّه

يُؤْجَر أَرْبَعَة السَّايل وَالعالِم والمُستَمِع والمُحِبّ لهم

2117. Scientia thesaurus est, cujus clavis interrogatio est; interrogate igitur, nam quatuor personae rependuntur: quaerens, sciens, audiens et eos (doctos) amans. A.

٢١١٨ العِلْم خَلِيل الإِنْسَان والحِلْم وَزِيرُه والعَقْل دَلِيلُه

والعَمَل قَايِدُه والرِّفْق والِدُه والصَّبْر أَمِير جُنُودِه

2118. Doctrina amica hominis, mansuetudo ejus consiliatrix, prudentia ejus viae dux, opus ejus ductrix, benignitas ejus mater, patientia imperatrix exercituum ejus. A.

٢١١٩ العِلْم رُوح والعَمَل بَدَن والعِلْم أَصْل والمعلِّم

والِدٌ والعَمَل مَوْلُود

2119. Scientia est anima, opus est corpus, doctrina

est radix, docens est pater et opus est natus. A.

٢١٢٠ العِلْمُ فى الصِّغَرِ كالنَّقْرِ فى الحَجَرِ

2120. Doctrina tenera aetate comparata sculpturae in lapide similis est. G. conf. التعليم, التاديب.

٢١٢١ العِلْمُ كالشَّجَرَةِ والعَمَلُ فيه كالثَّمَرَةِ

2121. Doctrina arbori similis est et opus in ea fructui. conf. Calil. p. 49.

٢١٢٢ العِلْمُ لا يَتِمُّ إلَّا بالعَمَلِ

2122. Doctrina nonnisi opere perfecta est. conf. Calil. p. 48.

٢١٢٣ العِلْمُ مُرْشِدٌ وتَرْكُ ٱدِّعَائِهِ يَنْفِى الحَسَدَ

2123. Doctrina bene dirigit et si eam tibi vindicare intermittis, invidia depellitur. Schar.

٢١٢٤ العِلْمُ والأَدَبُ خَيْرٌ من الفِضَّةِ والذَّهَبِ

2124. Doctrina et animi cultura meliores sunt quam argentum aurumque. A.

٢١٢٥ العِلْمُ وَسِيلَةُ كُلِّ فَضِيلَةٍ وذَرِيعَةٌ الَى كُلِّ شَرِيعَةٍ

2125. Doctrina res est, cujus ope ad omnem praestantiam pervenire possumus et causa, qua ad rectam viam adducimur. A.

٢١٢٦ العِلْم والعَمَل قَرِينَانِ كمُقَارَنَة الرُّوح والجَسَد

لا يَنْفَعُ أَحَدُهُمَا إلَّا بالآخَر

2126. Doctrina opusque duo socii sunt consociati ut animus corpusque, quorum unus nonnisi alterius ope utilis est. A.

٢١٢٧ لَوْ لا العِلْم كان النَّاس كُلُّهُمْ بَهَايِم

2127. Nisi scientia esset, omnes homines bestiae essent. D.

٢١٢٨ العُلُومُ أَقْفَال والسُّؤَالَاتُ مَفَاتِحُهَا

2128. Scientiae sunt claustra, quorum claves quaestiones sunt. D.

٢١٢٩ العُلُوم تَدُور عَلَى أَرْبَعَة النَّحْو لِتَقْوِيم اللِّسان

والطِّبُّ لتَقْوِيم الأَبْدان والحكايات لتَقْوِيم المُرُوَّات

وحُسْنُ التَّدْبِير لتَقْوِيم المَعِيشات

2129. Scientiae quatuor partes complectuntur: grammaticam, quae linguam conformare debet, medicinam, ut corpora conserventur, narrationes ut virtutes virorum provocentur et pulchram rerum dispositionem, ut res ad vitam necessarias comparentur. A.

٢١٣٠ العُلُومُ ثَلَاثَةٌ عِلْمُ الدِّينِ لِلْمَعَادِ وعِلْمُ الطِّبِّ لِلْمَعَاشِ وعِلْمُ النَّحْوِ لِلِّسَانِ

2130. Scientia triplex est: scientia religionis ob vitam futuram; scientia medicinae ob vitam et scientia grammaticae ob sermonem. A.

٢١٣١ عالِمٌ بلا عَمَلٍ كَسَحَابَةٍ بلا مَطَرٍ

2131. Doctus sine opere est ut nubes sine pluvia. D.
In codice G. كسحاب est.

٢١٣٢ عالِمٌ بلا وَرَعٍ كَشَجَرٍ بلا ثَمَرٍ

2132. Doctus sine timore Dei sicut arbor sine fructu est. conf. Fakih. Alchol. p. 224.

٢١٣٣ عالِمٌ مُعَانِدٌ خَيْرٌ مِنْ جاهِلٍ مُسَاعِدٍ

2133. Doctus adversans melior est quam ignorans auxilians. B.

٢١٣٤ العالِمُ إذَا لَمْ يَعْمَلْ بِعِلْمِهِ زَلَّتْ مَوْعِظَتُهُ مِن القُلُوبِ كما يَزِلُّ القَطْرُ عَنِ الصَّفَا

2134. Docti, qui doctrinam suam in agendo non adhibet, adhortatio ex animis delabitur, sicut gutta a petra delabitur. A.

٢١٣٥ العالِمُ والمُتَعَلِّمُ شَرِيكَانِ فِي الخَيْرِ

2135. Doctus et is, qui discit, in bono consortes sunt. A.

٢١٣٦ العالِمُ يَعْرِف الجاهِلَ لانه كان قَبْلَ عِلمِه جاهِلا والجاهل لا يَعْرِف العالِم اذْ لم يَكُنْ قَبْلَ جَهْلِه عالِمًا

2136. Doctus ignorantem novit, quia ante doctrinam suam ignorans fuit et ignorans doctum non novit, quia ante ignorantiam suam doctus non fuit.

Codex G. eundem sensum verbis mutatis expressit.

٢١٣٧ ما عِنْدَ العالِمِ إلّا الأَجْر

2137. Nonnisi apud doctum merces est. D.

٢١٣٨ العُلَمَاء اذا عَلِمُوا عَمِلوا واذا عملوا شغلوا واذا شُغِلوا فُقِدوا واذا فُقِدوا طُلِبوا واذا طُلِبوا هَرَبُوا

2138. Docti quum sciunt, opus faciunt et quum opus faciunt, occupati sunt et quum occupati sunt, desiderantur et quum desiderantur, quaeruntur et quum quaeruntur fugiunt. A.

٢١٣٩ عَلامَةُ العَقْلِ أَنْ لا يَشْكُوَ مِنَ المَصايِب

2139. Prudentis signum est, quod de infortuniis non queritur. A.

٢١٤٠ مِنْ عَلَامَاتِ السَّيِّد بابٌ بلا حِجاب ومَايِدَة بلا حِشْمَة وعَطَاء بلا سُؤَال وتَفَقُّدُ ذَوِى الحَاجاتِ وعَفْو عن الجَرَايم

2140. Indicium domini est porta sine velo et mensa sine molestia, quae verbis creatur et dona data sine precibus et absentia egenorum et venia peccatorum. A.

٢١٤١ مِنْ عَلَامَاتِ العَاقِلِ ان لا يُكَذِّب بما لا يَسْتَطيع تَكْذِيب

2141. Indicium prudentis est non abnegare id, quod abnegare non potest. A.

٢١٤٢ أَعْلَمُ مِنْ قِجْرِس

2143. Docilior quam simia. Kam.

٢١٤٣ تَعْلِيمُ الجَاهِلِ زِيَادَةٌ له فى الجَهْل وتَعْلِيم الأَبْلَهِ إِبْطَال العُمْر

2143. Quum insipidum docemus, ejus ignorantiam augemus et quum socordem docemus, vitam nostram irritam facimus. A.

٢١٤٤ التَّعْلِيم فى الصِّغَر كالنَّقْش فى الحَجَر

2144. Doceri tenera aetate sculpturae in lapide simile est. A.

Conf. العلم et التاديب.

٢١٤٥ عَلَانِيَةُ العَاقِلِ سِرٌّ وسِرُّ الجَاهِلِ عَلَانِيَةٌ

2145. Res publica prudentis secretum est et secretum insipidi res publica est. A.

٢١٤٦ مَنْ عَلَتْ هِمَّتُهُ طَالَ هَمُّهُ

2146. Qui altiora petit, ejus cura diuturna est. A.

٢١٤٧ أَعْلَى اللَّهُ كَعْبَهُ

2147. Deus ejus talum tollat!

I. e. Ejus dignitatem fortunamque augeat! Hisce verbis bene precantur. Sam. Schar.

٢١٤٨ تُعْلِي الوِهَادَ على الفُنَنِ

2148. Efficis, ut loca depressa super montium cacumina elata sint.

Elatum esse vilem super nobilem proverbium significat. Harir.

٢١٤٩ نَعَمْ وتَعَلَّيْتُ

2149. Certe et plus feci, quam quod fides postulat.

Narrant quendam ad uxorem, cujus maritum absentem putaret, noctu ivisse et maritum, qui interim rediisset, in parte tentorii anteriore cubantem pede tetigisse, quod amatam ibi esse putaret. Qui quum gladio arrepto surgeret, virum, qui in clientela Moahwijahi ben-Sinan esset, clamasse: هل اوفيت „num fidem servasti?“ et virum, qui illum moerore adflictum putaret, proverbii verbis respondisse. Proverbium de viro adhibetur, qui

opus ut finiat, rogatus dicit: Certo et plus feci, quam debeo.

٢١٥٠ بَعْدَ العَوالى رَكِبْنَا الحَمِير

2150. Post altas res asinis vecti sumus. D.

٢١٥١ أَعْلَاهَا ذا فُوق

2151. Supremus ejus (gentis) quoad sagittam est.

I. e. inter gentem potentia et dignitate longe praestat. Schar.

٢١٥٢ عَمّ نُوبَاء النَّاعِس

2152. Communis est oscitatio somnolenti.

Oscitatio ab uno ad alterum transit, ut multis communis fiat. De re nova dicitur, quae in omnes terras transgreditur. Sam.

٢١٥٣ عَمُّك خَالُك رُحْ فى حالِك

2153. Patruus tuus avunculus tuus est; i in statu tuo! D.

٢١٥٤ عَمُّك خُرْجُك

2154. Patruus tuus est saccus cibi tui.

Narrant virum cum patruo iter facientem nil commeatus secum portasse, et quum fame premeretur, patruum rogasse, ut ipsi cibum communicaret. Patruum ista proverbii verba dixisse. Cod. Abu-Ohbaid.

٢١٥٥ عَمِّى خُذْنِى مَعَك أَضُرُّك ولا أَنفَعُك

2155. O patrue mi! tecum me sume! Tibi nocebo et tibi non prodero!

٢١٥٦ اَلْعِمَارَةُ تَصْلَحُ لِلْإِمَارَةِ

2156. Cultura principatui convenit. D.

٢١٥٧ أَعْمَرُ مِنْ حَيَّةٍ

2157. Diutius vivens quam serpens.

Serpens non mori dicitur, donec occidatur. Decrepitus et tum parvus fit. Dixit poeta:

أَمَا لَكَ عَمْرٌو إِنَّمَا أَنْتَ حَيَّةٌ مَتَى هِيَ لَمْ تُقْتَلْ تَعِشْ آخِرَ الدَّهْرِ

Num quid tibi est, o Ahmrue, tu serpens es, qui, nisi occideretur, usque ad temporis finem viveret. Metrum Thawil est. Schar.

٢١٥٨ أَعْمَرُ مِنْ لُبَدَ

2158. Diutius vivens quam Lobad.

Lobad nomen postremi vulturis Lokmani Ahditae erat. Conf. Meid. 7, 47. 22, 233. Schar.

٢١٥٩ مَنْ عَمِلَ مَا يُحِبُّ لَقِيَ مَا يَكْرَهُ

2159. Qui id facit, quod ipsi placet, ei quod ipsi displicet, occurrit. A.

٢١٦٠ عَمِلْنَا مَا عَلَيْنَا بَقِيَ مَا عَلَيْكُمْ

2160. Quod nostrum erat, fecimus, quod vobis faciendum est, remanet. D.

٢١٦١ عَمِلُوا الدُّنْيَا دِبْسٌ وَطَحِينَةٌ

2161. Mundum mel farinamque fecerunt. D.

٢١٦٢ يَعْمَل النَّمَّام فى ساعَةٍ فِتْنَةَ أَشْهُر

2162. Susurro per horae spatium tumultus mensium producit. A. B.

٢١٦٣ لا تَعْمَل شَيْءٌ حَتَّى تَحْسُب عُقْبَاه

2163. Ne rem fac, antequam de ejus fine cogitas! G.

٢١٦٤ لا تُعَامِل مَنْ تَوَدُّه وَيَنْقَطِع عَنْك وُدُّه

2164. Ne cum eo, quem amas, commercium habe, nam amor ejus erga te cessabit! D.

٢١٦٥ مَن استَعْمَل العَدْلَ حَصَّنَ مُلْكَه ومن ظَلَم عَجَّل هُلْكَه

2165. Qui juste agit, regnum suum munit et qui injuste agit, interitum suum celeriter adducit. A.

٢١٦٦ مَنْ يَسْتَعْمِل ٱلْبُخْل يُقْلِق بَيْتَه ومَن يَقْبَل أَخْذَ الهَدَايَا يَحْيَى

2166. Qui avaritiam adhibet, efficit, ut domus vacillet et qui dona accipere recusat, vivet G. Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Sal. 15, 27.

٢١٦٧ عَمَلٌ قَلِيل فى عِلْم كَثِير خَيْر من كَثِير مِنْه فى الجَهْل

2167. Parvum opus cum cognitione multa factum melius est, quam multa opera cum ignorantia. A.

٢١٦٨ اَلْمُعَامَلَةُ نِصْفُ الدَّيْنِ

2168. Commercium dimidium debiti (vel religionis) est. D.

٢١٦٩ عَمْيَا تَكْحَل مَجْنُونَة وتَقُول لها حَوَاجِبُك سُود مَقْرُونَة

2169. Caeca stultam collyrio ornat et ei dicit: Cilia tua sunt nigra conjuncta. D. conf. Burckh. prov. 420.

٢١٧٠ عِنْدَ عُمْيَان القُلُوب تُنْفَق السِّلَع

2170. In caecitate animorum merces erogantur. D.

٢١٧١ عُمْيَان القُلُوب ما لَهَا طَبِيب

2171. Caecitati animorum medicus non est. D.

٢١٧٢ أَعْمَى وعَبَرْت فِى عَيْنِه قِشَّة

2172. Caecus et transii in ejus oculo tanquam simia. D.

٢١٧٣ الأَعْمَى مَيِّت وَإِنْ لَمْ يُقْبَر

2173. Caecus mortuus est et si non sepelitur. A.

٢١٧٤ العِنِّين خَيْر مِنَ العَاهِر

2174. Ad Venerem impotens melior est quam moechus.

Proverbium significat, rei defectum praeferendum esse rei possesioni, qua abutimur. Sam. Schar.

٢١٧٥ عَنْزَةٌ ولَوْ طَارَتْ

2175. Capra est et si volaret. D.

٢١٧٦ لا تُعَنِّفْ طَالِبًا لِرِزْقِهِ

2176. Ne dure tractes eum, qui res ipsi ad vitam necessarias quaerit. D.

٢١٧٧ فِي عُنُقِ الحَسَنَاتِ يُسْتَحْسَنُ العِقْدُ

2177. In collo pulchrarum monile colli pulchrum putatur. B.

٢١٧٨ مِنَ العَنْكَبُوتِ مِنْ بَطْنِ أُمِّهِ نَسَّاجٌ

2178. Aranea ab ortus initio textrix est. D.

٢١٧٩ عَادَةُ الكُفْرَانِ تَقْطَعُ الإِحْسَانَ

2179. Consuetudo ingratitudinis beneficia abrumpit.

٢١٨٠ الذي فِيهِ عادَةٌ ما يُغَيِّرُها سِوَى الكَفَنِ

2180. In quo habitus (consuetudo) est, nil eum mutabit, nisi involucrum lineum cadraverale.

Usque ad mortem manebit.

٢١٨١ عَوِّدْ عادَةً ولا تَقْطَعْ عادَةً

2181. Adduc in consuetudinem et ne consuetudinem abrumpe! D.

De beneficiis videtur usurpatum.

٢١٨٢ عَوَّدْتَ كُنْدَةَ عادَةً فَاصْبِرْ لَهَا

2182. Gentem Cendah ad consuetudinem adsuefecisti; cum patientia igitur illam (consuetudinem) fer!

Proverbium ex poetae Alahschae versu desumtum est:

عَوَّدتَ كَنْدَةَ عَادَةً فَاصْبِرْ لها اغْفِرْ بِجَاهِلِها وَرُدَّ سِجَالَها

Gentem Cendah ad consuetudinem adsuefecisti, cum patientia igitur illam fer! Ignoranti ejus veniam da ejusque situlas imple! Metrum Wafir est.

Proverbium monet, ne quis bonam agendi rationem, ad quam homines adsuefecerit, abrumpat. Sam.

٢١٨٣ الذى تَعَوَّدَ عَمَلَ ٱلْبِرِّ هُيِّنَ عَلَيْهِ عَمَلُه وَإِنْ أَضَرَّ بِهِ

2183. Qui pia opera peragere consuevit, ei agendi ratio facilis est, et si ei noxia est. Calil. p. 153.

٢١٨٤ مَن اعْتَادَ البَطَالَةَ لَمْ يُفْلِحْ

2184. Qui joco otioque adsuescitur, prosper non est. D.

٢١٨٥ نَعُوذُ بِاللّٰهِ مِنْ إِمْرَةِ الصِّبْيَانِ وَرِيَاسَةِ النِّسْوَانِ

2185. Deus nos conservet a puerorum principatu et mulierum praefectura! A.

٢١٨٦ نَعُوذُ بِاللّٰهِ مِنْ حِسَابٍ يَزِيد

2186. Deus a computo, qui auget, nos conservet. D.

In altero loco codicis Par. sic legitur: يعيذنا الله من حساب يزيد الغلط „Deum rogamus, ut a computo, qui errorem auget, nos servet. D.

٢١٨٧ نَعُوذ بالله مِنْ زَلَّة العاقِل

2187. Deus a lapsu prudentis nos conservet! D.

٢١٨٨ عَوْرَة بِمَكْحَلَتَيْن قَرَعَة بِمَشْطَيْن

2188. Pudendum cum duobus loculis, in quibus stibium est, calvities cum duobus pectinibus. D.

٢١٨٩ عُوكِي إِلَى بَيْتِك إِذَا أَعْيَاك بَيْت جَارَتِك

2189. Confuge ad domum tuam, si ad domum vicinae tuae pervenire non potes! Kam.

٢١٩٠ مَنْ عَوَّل على القَضَاء حَصَل على الرَّجَاء

2190. Qui in fato fiduciam ponit, ejus spes contingit. A.

٢١٩١ نِعْمَ العَوْن المُرُوءَة والمَال

2191. Optimum auxilium strenuitas opesque sunt. D.

٢١٩٢ مَنْ أَعَانَ ظَالِمًا سُلِّط عَلَيْه

2192. Qui injuste opem fert, is imperio subjicitur. D.

٢١٩٣ اسْتَعِينُوا عَلَى قَضَاء حَوَائِجِكُمْ بِالإِبْرَام

2193. Si rem necessariam perficere vultis, firmum animum in auxilium vocate!

٢١٩٤ اَلعِيُّ اَن تَكَلَّمَ يَفُوقُ ما تَسُدُّ بِهِ حَاجَتَك

2194. Difficultas in loquendo frangit id, quo rem tibi necessariam reparas.

٢١٩٥ أَعْيَتْكَ حُمُرُ الوَحْشِ أَنْ تَصْطَادَهَا فَعَبَأْتَ رُمْحَكَ لِلْحِمَارِ الآهِلِ

2195. Asinos silvestres quum venari non posses, hastam tuam ad venandum asinum domesticum praeparasti.

Versus metri Camil ab Abu-Mohammede Alahrabi ad Hamas. p. ٣٦٨ adnotatus, qui proverbii loco inserviret ad significandum hominem, qui impar rei majoris momenti perficiendae ad minorem se adcinxerit.

٢١٩٦ إِنْ أَعْيَتْكَ الأُمُورُ مِن رُؤُسِهَا فَأْتِهَا مِن أَذْنَابِهَا

2196. Si res, dum a capite venis, attingere nequis, a caudae parte eas aggredere! D.

٢١٩٧ أَعْيَى مِنْ أَيِّم

2197. Majore cum difficultate loquens quam serpens.

Serpens omnino mutus est. Schar.

٢١٩٨ مَنْ عَابَ سَفِلَةً فَقَدْ رَفَعَهُ

2198. Qui infimam plebem vituperat, eum elevavit. D.

٢١٩٩ مَنْ عَابَ شَرِيفًا فَقَدْ وَضَعَ نَفْسَهُ

2199. Qui nobilem vituperat, se ipsum depressit. D.

٢٢٠٠ عَيَّبَ الدَّسْت الى المِغْرَفَة قل انا اسوَدُ وأَنْتِ مُقْرَفَة

2200. Manus haustrum vituperans dixit: ego niger sum et tu e viliori stirpe oriunda es! Conf. Burckh. pr. 435.

٢٢٠١ مَنْ عَيَّبَ أَبْتَلَا

2201. Qui vitio vertit, in calamitatem incidit. D.

٢٢٠٢ عَيْبٌ فى الرَّأْسِ ولا عَيْب فى الذَّنَب

2202. Vitium in capite et non vitium in cauda. D.

٢٢٠٣ عَيْبُ الكَلَام تَطْوِيلُه

2203. Vitium sermonis longitudo est. A. D.

٢٢٠٤ يا عَايِبَ الشَّيْبِ لَا بَلَغْتَه

2204. O tu, qui senectutem vituperas, ne ad eam pervenias! D.

٢٢٠٥ هُمْ عِيبَتُه

2205. Ii ejus cophinus sunt.

I. e. ejus intimi, quibus secreta sua tradit, sicut in cophino vestimenta reconduntur. Sam.

٢٢٠٦ العِيد لِمَنْ لَبِسَ جَدِيد

2206. Festum ei est, qui novas vestes induit. D.

٢٢٠٧ لا تُعَيِّر أَخَاك يُصَافِيه اللّٰه يُبْلِيك

2207. Ne fratrem tuum contumeliis adficias! Eum Deus incolumem servabit, te adfliget. D.

٢٢٠٨ وكَيْف يُعَيِّر الأَعْوَر مَنْ هو أَعْوَر

2208. Quomodo luscus luscum vituperat?

٢٢٠٩ من عَاشَ بالْمُدَاوَة مات سَقِيم

2209. Qui medicando vivit, aegrotus moritur.

Vox بالمداوة in duobus codicibus D. et P. legitur. Scriptam eam esse puto pro بالمداواة et in codice Gott. بالمداواة legitur.

٢٢١٠ مَنْ عَاشَ بالمَكْرِ مات بالفَقْرِ

2210. Qui dolo vivit, aegrotus moritur. D.

٢٢١١ مَنْ عَاشَ بَعْدَ عَدُوِّه يَوْمًا فَقَدْ بَلَغَ المُنَا

2211. Qui post inimicum suum unum diem vivit, is votis suis potitus est. D.

٢٢١٢ مَنْ عاشَ غَيْرَ مِلَّتِه مات بِعِلَّتِه

2212. Qui in alia quam sua religioue vivit, is per morbum suum moritur. D.

In codice Par. loco vocis عاش legitur عاشر. „In Rostgaardii libro legitur:

من عاش غير ملته مات بغير علته

"Qui societatem init cum hominibus alterius religionis, moritur alio morbo quam suo", ut عاشر legerit. Addit au-

tem explicandi causa: Dicitur, cum quis ad eos, quos non noverat, probe se recepit ac deinde ab iis multa mala patitur.

٢٢١٣ لا عَاشَ بُلَيْق لا حَرَّاث ولا دَرَّاس

2213. Ne vivat Bolaikus neque arans neque via incedens. D.

Bolaik nomen equi velocis, sed vituperati est. Kam.

٢٢١٤ لا عَاشَ مالى بَعْدَ حالِى

2214. Ne vivant opes meae post statum meum! D.

٢٢١٥ عِشْ قَنِعًا تَكُنْ مَلِكًا

2215. Si pauco contentus vivis, rex eris. A.

٢٢١٦ عِشْ يا حُحَيْش حَتَّى يَجِيئَك أَيَّامُ الرَّبِيع

2216. Vive, o pulle asini, donec veris dies ad te veniunt! D. Conf. Burckh. p. 425.

٢٢١٧ عِشْ يا كَدِيش حَتَّى يَجِيئَك الحَشِيش

2217. Vive, o eque onerarie, donec ad te foenum venit!

Amborum proverbiorum sensus est: Patientia utaris o stulta, in rebus angustis!

٢٢١٨ لا عَيْشَ لِخَايِف

2218. Vita non fruitur qui timet. Conf. Meid. 23, 447.

٢٢١٩ العَيْشُ السَّعَة

2219. Vita est commoditas vitae.

I. e. Nonnisi commoda vita re vera vita putanda est. Pauper est mortuus putandus. Sam. Schar.

٢٢٢٠ العَيْش بالهَيْن خَيْرٌ مِنَ الأَكْلِ باليَدَيْن

2220. Vita sine molestia melior est, quam edere duabus manibus.

Verba Lokmano Ahditae tribuuntur, quum mulier, quae antea denegans, postea timore perculsa cibum potumque obtulisset. Conf. Meid. 10, 27. Eodem tempore dixit: رب ما لا يعنيك سيعنّيك „Interdum res ad te non dertinens te adfliget.“ Schar.

٢٢٢١ لا عِيَاطَ إِلَّا مِنْ شِدَّة

2221. Non est vociferatio nisi ob calamitatem D.

٢٢٢٢ العِيال سُوسُ المَال

2222. Domestici sunt tinea opum. Schar.

٢٢٢٣ بِعَيْن تَرَانِى يا جَمِيل أَرَاك

2223. Oculo, quo me vides, o pulcher, te video. D.

٢٢٢٤ رُبَّ عَيْنٍ إِذَا رَأَتْ زَنَتْ

2224. Saepe oculus, quum videt, scortatur. D.

٢٢٢٥ عَيْنَا الرَّبّ فى كُلّ مَكَان يَرْتَقِبَان الصَّالِحِين والطَّالِحِين

2225. Oculi Dei in quolibet loco probos improbosque observant. G.

Salomoni tribuitur. conf. Prov. Salom. 15, 3.

٢٢٢٦ اَلعَيْنُ الَّتى ما نَظَرَتْ وَشَهِدَتْ حَلَّ قَلْعُهَا

2226. Oculus, qui non videns testimonium perhibet, cum erui licet. G.

٢٢٢٧ اَلعَيْنُ تَعْرِف العَيْن

2227. Oculus oculum novit.

Conf. Fakih. Alchol. p. 172 l. 5.

٢٢٢٨ اَلعَيْنُ ما تَعْلُو على الحاجِب

2228. Oculus super supercilio elatus non est. G.

٢٢٢٩ عَيْنُك فِى الطَّبَق وأُذْنُك مِنْ زَعَق

2229, Oculus tuus in scutella est et auris tua ei, qui clamat. D.

٢٢٣٠ عَيْنُك مِيزَانُك

2230. Oculus tuus trutina tua est. D.

٢٢٣١ عَيْنُه تَشْفِى الجَرَب

2231. Oculus ejus scabiem sanat.

I. e. oculus ejus comparandus est medicamento, quod ex siccata cameli urina paratur et contra scabiem adhibetur. De prudente adhibetur, cujus consilium novam reparat. Sam.

٢٢٣٢ عَيْنُه صَيَّابَة وذَقْنُه خَيَّابَة

2232. Ejus oculus scopum attingit et ejus mentum fallens est. D.

٢٢٣٣ عَيْنُهُ فُرَارُهُ

2233. Oculus ejus est locus, e quo ejus conditio cognoscitur.

A camelo desumtum significat, non opus esse eum interrogare, quum ex adspectu rem cognoscas. Cod. Abu-Ohbaid.

٢٢٣٤ عَيْنِي مِنِّي وَإِنْ قُلِعَتْ

2234. Oculus meus pars mei est et si evellitur. D.

٢٢٣٥ العِيَانُ لا يَحْتَاجُ الى البَيَانِ

2235. Contemplatio, quae oculis fit, demonstratione non eget. B.

٢٢٣٦ غَدَرَكَ مَنْ دَلَّكَ على الإِسَاءَةِ

2236. Perfide erga te egit, qui malefaciendi indicium tibi fecit. A.

٢٢٣٧ أَغْدَرُ مِنْ أُمِّ أَبْرَاصٍ

2237. Perfidior quam mater murium (i. e. talpa).

Hujusce proverbii causam in eo vident, quod ob terram a talpa emotam incedens, qui solum aequabile esse putet, pedem offendat. Dixit Ahmir b. Malic Djahfarita Kaiso ben-Sohair:

مَا أُمُّ أَدْرَاصٍ بِأَرْضٍ مَضَلَّةٍ بِأَغْدَرَ من قَيْسٍ اذا اللَّيْلُ أَظْلَمَا

Non est mater murium (talpa) in terra, qua facile ab-

erratur, perfidior quam Kaisus, quum nox obscura est. Metrum Thawil est.

Mihi autem talpa eam ob causam perfida appellata videtur, quod emota terra viae vestigia delet, ut in desertis facile a via aberretur. Hanc quoque ob rem infortunio cognomen ام ادراص datum videtur, dicunt enim Arabes: وقع فى ام ادراص incidit in talpam (infortunium) Schar.

٢٢٣٨ مَنْ تَغَدَّى بِسُوءِ السِّيَرَةِ تَعَشَّى بِزَوَالِ الْقُدْرَةِ

2238. Qui cum prava agendi ratione prandit, is cum potentiae defectu cibum vespertinum sumet. D.

٢٢٣٩ غَرَّنِي سُهَيْلٌ وَالْقُمَرِيُّ

2239. Canopus et turtur me decepit. D.

٢٢٤٠ لَا يَغُرَّكَ صَحْوُ كَانُونَ وَلَا غَيْمُ شُبَاطَ

2240. Neque serenitas mensis Canun neque nubes mensis Schubath te decipiat! D.

٢٢٤١ مَنِ اغْتَرَّ بِكَلَامِ عَدُوِّهِ فَهُوَ عَدُوُّ نَفْسِهِ

2241. Qui se decipi sinit sermone inimici sui, is sui ipsius inimicus est. D.

٢٢٤٢ لَا تَغْتَرَّ بِالْأَمَلِ وَلَا تُكْثِرِ الْعَمَلَ

2242. Ne spe decipiaris neque multum opus facias!

٢٢٤٣ لَا تَغْتَرَّ بِصَوَابِ الْجَاهِلِ فَإِنَّهُ خُرْلَةُ الْعَاقِلِ

2243. Ne recto insipidi decipiaris, nam fractura dorsi prudentis est. D.

٢٢٤٤ لا تَغْتَرَّ بِقَوْلِ الجَاهِلِ لَكَ أَنْ فِى يَدِكَ لُؤْلُؤَةٌ

وانت تَعْلَمُ انها بَعْرَةٌ

2244. Ne dicipiaris, si insipidus tibi dicit: in manu tua unio est, dum stercus id esse scis. B.

٢٢٤٥ الغِرَّةُ ثَمَرَةُ الجَهْلِ والتَّجْرِبَةُ مِرْآةُ العَقْلِ

2245. Socordia fructus ignorantiae et experientia speculum ingenii est. A.

٢٢٤٦ التَّغْرِيرُ مِفْتَاحُ البُؤْسِ

2246. Socordiae se tradere, clavis infortunii est.

Actsamus ben-Zaifi ista verba dixisse fertur. Sch.

٢٢٤٧ يا لَيْتَ لى على الغُرَابِ دَيْنٌ

2247. Utinam mihi debitum esset, quod corvus praestare deberet. D.

٢٢٤٨ غُرْبَةٌ وكُرْبَةٌ

2248. Peregrinatio et moeror. D.

In Rostgardii libro الغربة كربة „Peregrinatio moeror est“, legitur.

٢٢٤٩ الغَرِيبُ فى الغُرْبَةِ كالمُجَاهِدِ فى سَبِيلِ اللّٰهِ

2249. Peregrinus in terra peregrina similis est dimicanti in via Dei (religione). D.

٢٢٥٠ اُغْتَرِبُوا ولا تَضْوُوا

2250. Peregrinas in matrimonium ducite, ne tenui corpore praeditos filios habeatis!

Dixit poeta:

فَتًى لَمْ تَلِدْهُ بِنْتُ عَمٍّ قَرِيبَةٌ فَيَضْوَى وَقَدْ يَضْوَى رَدِيدُ الأَقَارِبِ

هُوَ ٱبْنُ غَرِيبَاتِ ٱلنِّسَاءِ وَإِنَّهَا ذَوُو ٱلشَّانِ أَبْنَاءُ ٱلنِّسَاءِ الغَرَايِبِ

Vir, quem non peperit filia patrui propinqua, ut tenui corpore is esset, nam tenui corpore est pravus (filius) propinquarum. Is filius peregrinarum mulierum est; nonnisi filii peregrinarum valentes sunt. Metrum Thawil est.

In codice لن تلده, quod et sensui et metro contrarium est, legitur. Conf. Meid. C. 25, 72. Schar.

٢٢٥١ اُغْتَرَزَ فِى رِكَابٍ لَا تُؤَدِّيهِ إِلَّا إِلَى هَلَكٍ

2251. Pedem in stapede jumenti posuit, quod ad mortem eum ducit. D.

٢٢٥٢ مَنْ غَرَسَ الصَّبْرَ اجْتَنَى الظَّفَرَ ومَنْ غَرَسَ العِلْمَ

اجْتَنَى النَّبَاهَةَ ومَنْ غَرَسَ الوَقَارَ اجْتَنَى المَهَابَةَ

ومن غَرَسَ المُدَارَةَ (l. المداراة) اجْتَنَى السَّلَامَةَ

ومَنْ غَرَسَ الكِبْرَ اجْتَنَى المَقْتَ ومَنْ غَرَسَ

الإِحْسَانَ اجْتَنَى المَحَبَّةَ ومَنْ غَرَسَ الفِكْرَةَ اجْتَنَى

الحِكْمَة وَمَنْ غَرَس الكَرَم اجْتَنَى الأُلْفَة وَمَنْ
غَرَس الحِرْص اجْتَنَى الذُّلّ وَمَنْ غَرَس الطَّمَع
اجْتَنَى الخَزَى وَمَنْ غَرَس الحَسَد اجْتَنَى الكَمَد

2252. Qui patientiam plantat, victoriam, qui doctrinam plantat, gloriam, qui gravitatem plantat verecundiam, qui blanditias plantat, securitatem, qui superbiam plantat, odium, qui beneficentiam plantat, amorem, qui cogitationem plantat, sapientiam, qui liberalitatem plantat, familiaritatem, qui aviditatem plantat, despectum, qui cupidinem plantat, ignominiam, qui invidiam plantat, tristitiam colliget. A.

٢٢٥٣ اذا غَرِقَ مَرْكَبُك زِدْه رَفْسَة

2253. Quum vehiculum tuum (navis) submergitur, ejus percussionem (sc. remis) auge! D.

٢٢٥٤ الغَرِيق يَتَعَلَّق بِحِبَال العَرْمَط

2254. Submersurus funibus algae se adhaeret. D.

العرمط hoc in proverbio pro العرمض est.

٢٢٥٥ المَغْرُوق ما تُهِمّه المَطَر

2255. Pluvia submersum non sollicitat.

تهمه est pro يهمه D.

٢٢٥٦ أنا مِنْ غَزِيَّة

2256. Ego e gente Ghasijjah sum.

Verba haec is dicit, cujus sincerum consilium alter non admittit. Chalidus ben-Zafwan Tamimita Sofijanum ben-Moahwijah dehortatus erat a debellando Bahilita, qui Bazrae a Merwano ben- Mohammed missus praefecturam tenebat. Consilio non admisso fugatus est, dum ejus filius Moahwijah ben-Sofijan occidebatur. Tum ei Chaledus dixit: „Ego e gente Ghasijjah sum“ et interrogatus, quid verba significarent, respondit, se Doraidi ben-Alzimmah verba spectare dicentis:

أَمَرْتُهُمْ أَمْرِي بِمُنْعَرِجِ اللِّوَى فَلَمْ يَسْتَبِينُوا الرُّشْدَ إِلَّا ضُحَى الغَدِ

فَلَمَّا عَصَوْنِي كُنْتُ مِنْهُمْ وَقَدْ رَأَى غَوَايَتَهُمْ وَأَنَّنِي غَيْرُ مُهْتَدِ

وما أَنَا إِلَّا مِنْ غَزِيَّةَ إِنْ غَوَتْ غَوَيْتُ وَإِنْ تَرْشُدْ غَزِيَّةُ أَرْشُدِ

Rem meam iis mandavi in loco inclinato arenarum; sed rectum non cognoverunt nisi versus meridiem diei sequentis. Et quum mihi obsequium non praestassent, ex ipsorum numero eram et eorum error jam apparuit et quod ego non bene directus eram. Ego enim e gente Ghasijjah sum, si illa errat, ego erro; sin vero bene dirigitur gens Ghasijjah, ego bene dirigor. Metrum Thawil est. Schar.

٢٢٥٧ سَأَغْسِلُ عَنِّي هٰذَا العَارَ بِالسَّيْفِ

2257. A me hoc dedecus gladio removebo. D.

٢٢٥٨ غَشَّكَ مَنْ أَرْضَاكَ بِالْبَاطِلِ

2258. Qui vanis rebus contentum te reddit, te decipit. D.

Loco vocis ارضاك in codice A. اسخطك „ad iram te excitat“ legitur.

٢٢٥٩ كَمْ غُصْنٍ أَخْضَرَ أَصْبَحَ جَمْرًا

2259. Quot rami virides mane prunae sunt! G.

٢٢٦٠. اَلْغُصْنُ اللَّيِّنُ ما يَنْكَسِر

2260. Ramus mollis non frangitur. G.

٢٢٦١ غَضَبُك عَنِ الْحَقِّ مَقْبَحَة

2261. Ira tua sine jure res turpis est. A. D.

٢٢٦٢ اَلْغَضَبُ عِنْدَ الْمُنَاظَرَةِ منساة لِلْحُجَّة

2262. Ira in disputatione (disquisitione) efficit, ut argumentorum obliviscamur. B.

٢٢٦٣ اَلْغَضَبُ مِفْتَاحُ كُلِّ شَرٍّ وَالْحِلْمُ مِفْتَاحُ كُلِّ خَيْر

2263. Ira cujuslibet mali, mansuetudo cujuslibet boni clavis est. A.

٢٢٦٤ عِنْدَ الْغَضَبِ تَعْمَى الْقُلُوبُ وَالْأَبْصَار

2264. In ira animi oculique caeci sunt. A.

٢٢٦٥ مَنْ أَغْضَبَ الدُّنْيَا وَالْآخِرَةَ حَبِيبُه

2265. Qui hunc mundum ad iram provocat, ejusque amatus alter mundus est? B.

٢٢٦٦ مَن استُغْضِبَ ولا يَغْضَب فَهُوَ حِمَار

2266. Qui ad iram excitatur et non irascitur, asinus est. D.

٢٢٦٧ يُغَطّى عَيْنَ الشَّمْسِ بِالْغِرْبال

2267. Solis faciem cribro tegit. D.

٢٢٦٨ المُتَغَطّى بالأَيّام عُرْيان

2268. Qui diebus se tegit, nudus est. D.

٢٢٦٩ ما أَعْفَلَهُ عَنْك شَيْا

2269. Quam socors est; ne dubites!

Samachscharius verba شيا عنك a praecedentibus in explicando ita separavit, ut ei, quem alloquatur, loquens dicat: دع عنك شيا من الشك „Dubium omnino abjice!“ De viro summopere socorde verba adhibentur. Sam.

٢٢٧٠ مَنْ غلب هَوَاهُ لِشَهْوَته قد غَلَب

2270. Cujus cupido cupiditates suas vincit, revera vicit. D.

٢٢٧١ مَنْ غَلَب هَوَاهُ لعَقْله هَلَك

2271. Cujus cupido prudentiam vincit, perit. D.

٢٢٧٢ مَا يَغْلِبُك الّا مَنْ يَقُول لك أَعْطِنى مَتَاعِى

2272. Te non vincit, nisi qui tibi dicit: Suppellectilem meam mihi da! D.

٢٢٧٣ غَلَبَةُ المُقَاوِمِين غَلَبَةُ النّارِ والماء والرِّجَال

2273. Victoria adversariorum victoria ignis, aquae et virorum est. D.

٢٢٧٤ غُلَامٌ بِلَا جَمَكِيَّة دُسْتُورُه مَعَه

2274. Juvenis (miles) sine stipendio adversaria sua secum habet. D.

٢٢٧٥ غُلَام عَاقِلٌ خَيْرٌ مِن شَيْخ جَاهِل

2275. Adolescens prudens melior est quam senex insipidus. A.

٢٢٧٦ مَنْ لَا لَه غُلَام فَهُوَ غُلَامُ نَفْسِه

2276. Cui servus non est, is sui ipsius servus est. D.

٢٢٧٧ أَعْلَمُ مِنْ سَجَاح

2277. Libidinosior quam Sadjahi.

Prophetissae nomen est filiae Almondsiri, quae pseudoprophetae Mosailemaho se tradidit. Conf. Meid. 11, 38. Har. 445.

٢٢٧٨ غَلَاءٌ وَكِيل سُوء

2278. Caritas pretii prava curatrix est. D.

٢٢٧٩ غَالِي السُّوق وَلَا رَخِيص البَيْت

2279. Carus pretii in foro et non vilis pretii in domo. D.

٢٢٨٠ غُمْرَةُ المَوْت أَهْوَنُ مِنْ مُجَالَسَة مَنْ لَا يَهْوَاه قَلْبُك

2280. Gurgites mortis leviores sunt, quam consessus eorum, quos cor tuum non amat. A. B.

٢٢٨١ غَنِمَ مَنْ سَلِمَ

2281. Qui salvus est, praeda potitus est. A.

٦٢٨٢ اغْتَنِمْ خَمْسًا قَبْلَ خَمْسٍ شَبَابَكَ قَبْلَ هَرَمِكَ

صِحَّتَكَ قَبْلَ سَقَمِكَ وَفَرَاغَكَ قَبْلَ شُغْلِكَ وَغِنَاكَ

قَبْلَ فَقْرِكَ وَحَيَاتَكَ قَبْلَ مَوْتِكَ

2282. Utendum esse puta quinque rebus ante quinque res: juventute tua ante decrepitam aetatem; sanitate tua ante morbum; otio tuo ante occupationem; divitiis tuis ante paupertatem et vita tua ante mortem. D.

٢٢٨٣ أَغْنَى الصَّبَاحُ عَنِ الْمِصْبَاحِ

2283. Tempori matutino lucerna opus non est. D.

٢٢٨٤ مَنِ اسْتَغْنَى بِعَقْلِهِ زَلَّ

2284. Qui prudentia sua contentus est, vilis est.

Conf. Meid, 24, 462. Fortasse زل labitur legendum est. D.

٢٢٨٥ مَنِ اسْتَغْنَى كَرُمَ عَلَى أَهْلِهِ

2285. Dives genti suae honoratus est.

٢٢٨٦ اسْتَغْنَتِ السَّلَاةُ عَنِ التَّنْقِيحِ

2286. Palmarum spinae nodis privari non opus est.

Sic dicitur, quod nodos omnino non habent. Loco vocis السلاة legitur الشوكة cum eadem significatione. De eo adhibetur, qui rem, quae recta est, mutando rectam reddere vult. Sam. Schar.

٢٢٨٧ غِنَى النَّفْسِ أَفْضَلُ مِنْ غِنَى المَالِ

2287. Divitiae animae praestantiores sunt quam divitiae opum. D.

٢٢٨٨ لَا غِنَا كَغِنَا النَّفْسِ

2288. Nullae divitiae divitiis animae comparandae sunt. D.

٢٢٨٩ الغِنَى طَوِيلُ الذَّيْلِ مَيَّاس

2289. Opulentia longam laciniam habet modo superbo incedens.

Opulentia apparet, non occultatur, Schar.

٢٢٩٠ غَنِيٌّ بِلَا سَخَاوَةٍ كَشَجَرَةٍ بِلَا ثَمَرٍ

2290. Opulens sine liberalitate instar arboris sine fructu est, D.

In libro Fakih. Alchol. p. 24. legitur غنى بلا سخا كقفل بلا مفتاح „Dives sine liberalitate instar claustri sine clavi est.“

٢٢٩١ أَغْنَى الغِنَاءِ العَقْلُ وَأَفْقَرُ الفَقْرِ الحُمْقُ وَأَوْحَشُ الوَحْشَةِ العُجْبُ وَأَكْرَمُ الحَسَبِ حُسْنُ الخُلُقِ

2291. Optima opulentia est prudentia, pessima paupertas est stupiditas, pessima solitudo est amor sui et nobilissimum genus est pulchritudo naturae. A.

٢٢٩٢ غَاط بن باط

2292. Inanis filius inanis.

De re omnino falso et errore adhibetur. Verba vocibus باطل بن باطل explicantur. Abu-Mohammedes Alahrabi proverbium ad Hamas p. ٤٠٣. l. **7.** adnotavit.

٢٢٩٣ عِنْدَ الْغُولَةِ دَعْوَةٌ يا الله شَيْء يَكْفَاه

2293. Apud daemonem est Dei invocatio: o Deus! res ei sufficit. D.

٢٢٩٤ غَايَةُ كُلِّ مُتَحَرِّك السُّكون

2294. Finis cujuslibet se moventis quies est. D.

٢٢٩٥ غَابَ حَظُّ مَنْ غَابَ نَفْسه

2295. Qui ipse absens est, ejus portio absens est. A.

٢٢٩٦ غاب حَوْلَيْن ورجَع بِخُفَّيْن

2296. Per biennium absens erat et duas ocreas reportavit. D. Conf. Meid. **19, 71.**

٢٢٩٧ مَنْ غَابَ خَابَ وأَكَلَ نَصيبَه الأَصْحَاب

2297. Qui absens est, jacturam facit ejusque portionem socii edunt. D. Conf. Meid. **24, 594.** et Burckh. **637.**

٢٢٩٨ مَنْ غَابَ عَنِ العَيْنِ غَابَ عَنِ الخاطِر

2298. Qui ab oculo remotus est, ab animo remotus est. D.

٢٢٩٩ الغَيْثُ مُصْلِحُ ما خَبَّل

2299. Pluvia id, quod vitiavit, reparat.

De viro adhibetur, cujus bona plura sunt, quam mala. Alazmäihus proverbium sic retulit, alii aliter. conf. Meid. 14, 36. 18, 59.

٢٣٠٠ غَيْرُ يأْكُلُ الدَّجَاجَ وأَنَا أَقَعُ فى السِّيَاجِ

2300. Alii gallinas edunt et ego in sepem incido D.

٢٣٠١ هٰذِهِ عِيرَتُك فى الدُّنْيَا فَكَيْفَ فى الآخِرَة

2301. Hic est commeatus tuus in hoc mundo; at quomodo in altero? D.

٢٣٠٢ غَيْظُ البَخِيلِ عَلَى مَنْ يَجُود أَعْجَبُ عِنْدَ العُقَلاء مِنْ بُخْلِه

2302. Ira avari contra eum, qui liberalis est, prudentibus majori admiratione digna est, quam ejus avaritia. B.

٢٣٠٣ فَأْرَة فى كُوَارَة

2303. Glis in alveari apum. D.

٢٣٠٤ لا تُفَتِّحِ الأَطْوَاق قِبَالَ قَوْسِ الملائكة

2304. Ne fenestras ex adverso arcus coelestis aperias! D.

٢٣٠٥ لا تُفتّحْ بابًا يُتعبُك سدّه

2305. Ne portam aperias, cujus obstructio te fatigat. D.

Codex Par. cum hoc alteram sententiam conjunxit: لا ترسل كلاما يعجزك رده „Ne sermonem proferas, quam revocare non potes.“

٢٣٠٦ فَتَلَ ذُؤَابَتَهُ

2306. Torsit crinem ejus in fronte propendulum. A consilio suo eum removit. Kam. conf. Meid. 20, 7.

٢٣٠٧ فِتْنَةُ العالم أَنْ يَكُون الكَلَامُ أَحَبَّ اليه مِنَ الاسْتِماعِ

2307. Infortunium docti eo consistit, quod loqui ei gratius est, quam audire. A.

٢٣٠٨ الفِتْنَةُ أَشَرُّ مِنَ القَتْلِ

2308. Seditio pejor est quam caedes. G.

٢٣٠٩ لا فَتًى مَكَانَ عَجُوزٍ

2309. Juvenis non est loco anus. D.

٢٣١٠ فاجِرَةٌ أَقْرانِها سِتٌّ جِيرانِها

2310. Improba inter compares suas, domina inter vicinas suas. D.

٢٣١١ فَحْلُ السُّوءِ يَبْدَأُ بِأُمِّهِ

2311. Admissarius pravus matre sua incipit. D.

٢٣١٢ فَخْرُ المَرْءِ بِفَضْلِهِ أَوْلَى مِنْ فَخْرِهِ بِأَصْلِهِ

2312. Gloria viri ob merita sua dignior est, quam gloria ob originem. A. B.

٢٣١٣ لا فَخْرَ بالمَالِ والنَّسَبِ بَلْ فَخْرٌ بالعِلْمِ والأَدَبِ

2313. Gloriandi causa non est in divitiis et genere; sed in scientia moribusque. D.

٢٣١٤ لا تَفْتَخِرْ بِما فِي الغَدِ فَإِنَّكَ ما تَعْلَمُ ما يُنْتِجُهُ اليَوْمُ الوَارِدُ

2314. Ne re crastini diei gloriare, nam nescis, quid dies veniens adlaturus sit! G.

Salomoni adscribitur. Conf. Prov. Salom. C. 27, 1.

٢٣١٥ فَرَّ مِنَ الذِّئْبِ وَقَعَ فِي الجُبِّ

2315. Lupum fugit, in foveam incidit. D.

٢٣١٦ الفِرَارُ فِي الوَقْتِ ظَفَرٌ

2316. Fuga tempore suo victoria est. D.

٢٣١٧ ما فَرِحْنا بِإِبْلِيسَ كَيْفَ بِأَوْلَادِهِ

2317. Satanas gaudium nobis non adtulit; quomodo ejus liberi id facient? D.

٢٣١٨ لا تَفْرَحْ بِأَوَّلِ ما تَرَاهُ فَأَوَّلُ طالِعٍ فَجْرٌ كَذُوبُ

2318. Ne ob primum, quod vides, laetus sis; Aurora enim mentiens primum oritur. A.

٢٣١٩ لا تَفْرَحْ بِما حَوَيْتَ

2319. Ne ob id, quod congregasti, laetus sis! D.

٢٣٢٠ الفَرْحَةُ لِاثْنَيْنِ والحِكْمَةُ لِأَلْفَيْنِ

2320. Gaudium duobus est et sapientia duobus millibus. D.

Sed in codice Par. loco vocis والحكمة legitur والحكة „et fricatio“.

٢٣٢١ فَرْخَانِ فِي بَطْنٍ

2321. Duo pulli in ventre.

I. e. duae res similes. Kam.

٢٣٢٢ الفَارِسُ ما يَتَفَرَّسُ حَتَّى يَتَفَرَّسَ

2322. Eques artis equestris peritum se non ostendit, donec vehementer contunditur. D.

٢٣٢٣ الفُرْصَةُ تَمُرُّ مَرَّ السَّحَابِ

2323. Occasio sicut nubes transit. B.

٢٣٢٤ أَفْرَطَ فَأَسْقَطَ

2324. Modum excessit et tum errorem commisit.

Hocce proverbium verbis Mohammedis comparandum est: من كثر كلامه كثر سقطه ومن كثر سقطه كثر كذبه ومن كثر كذبه كثرت ذنوبه ومن كثرت ذنوبه كانت النار اولى به

„Cujus verba multa sunt, ejus errores multi sunt; cujus errores multi sunt, ejus mendacia multa sunt; cujus mendacia multa sunt, ejus peccata multa sunt; cujus peccata multa sunt, is igne inferno dignus est.“ Alii verba haec Olmaro tribuerunt. Schar.

٢٣٢٥ رُبَّ فَرَقٍ خَيْرٌ مِنْ حُبٍّ

2325. Fieri potest, ut timor melior sit, quam amor. Sam.

٢٣٢٦ لَا فَرْقَ بَيْنَ إِنْسَانٍ يُقَادُ وَبَهِيمَةٍ تُنْقَادُ

2326. Discrimen non est inter hominem, qui ducitur et bestiam, quae ducitur. D.

In codice Par. بَهِيمَةٍ تَنْقَادُ „et bestiam quae duci se patitur“ legitur.

٢٣٢٧ لَا فِرَاقَ إِلَّا بِمَلِيحٍ

2327. Non est separatio nisi per pulchrum. D.

٢٣٢٨ تَفَرَّى اللَّيْلُ عَنْ صُبْحِهِ

2328. Nox, ut Aurora appareret, recessit.

Proverbium est, quod in re clara et manifesta adhibetur. Harir. p. 56. conf. Meid. 21, 34.

٢٣٢٩ اِذَا فَزِعَ الْفُؤَادُ ذَهَبَ الرُّقَادُ

2329. Quum animus metuit, somnus abit. Sam.

٢٣٣٠ فَسُدَتْ نِعْمَةٌ مَنْ كَفَرَهَا

2330. Beneficium, quod in ingratum confertur, corrumpitur. A.

٢٣٣١ اذا أفسدت أول كل أمر أبت أعجازه الا التواء

2331. Cujuslibet rei finis, cujus initium corrumpis, nonnisi inflexus erit.

Versus metri Wafir, quem proverbii loco Mohammedes Alahrabi in comentario ad Hamasam citavit p. ٧٣١. **11.**

٢٣٣٢ فساد العامة من فساد الخاصة

2332. Corruptio plebis e corruptione procerum oritur. D.

٢٣٣٣ أفسد من القمل

2333. Magis perdens quam insectum Kommal appellatum.

De voce قمل non consentiunt. Est res in segetes, priusquam spicae apparent, incidens, qua corrumpitur. Alii الدبا locustae, alii الذر formicae, alii الحمنان ricinos esse dicunt. Sam. Schar.

٢٣٣٤ فشر انما الدنيا فشار

2334. Delira, mundus nil nisi delirium est! D.

٢٣٣٥ فشت عليه الضبعة

2335. Interitus (negotium) contra eum divulgatus est.

De eo, qui rem ipsum non spectantem tractat, adhibetur. Hamas. p. **33.**

٢٣٣٦ من أفشى سره أفسد أمره

2336. Qui secretum suum divulgat, rem suam corrumpit. A.

٢٣٣٧ اِفْشَاءُ ٱلسِّرِّ الى النِّسَاءِ فِعْلُ الأَحْمَقِ

2337. Qui secretum mulieribus divulgat, stulti modo agit. Fakih. Alchol. p. 44. l. 5. infr.

٢٣٣٨ أَقْصَى عَنْهُ الشِّتَاءُ

2338. Hiems ab eo recessit.

Penuria liberatus fuit. De eo, qui post molestias toleratas desiderio potitur, proverbium adhibent. Schar.

٢٣٣٩ بَيْنَ ٱلفِضَّةِ والقَسْدِيرِ فَرْقٌ كَبِيرٌ

2339. Inter argentum stannumque magnum discrimen est.

In codice Par. sic legitur: بين الذهب والقصدير فرق كثير „Inter aurum et stannum multum discriminis est.“

٢٣٤٠ مَنْ فَضَّلَ مِنْ عَشَاهُ الى غَدَاهُ ما يَشْمَتُ بِهِ أَعْدَاهُ

2340. Qui a cibo vespertino suo usque ad cibum matutinum suum beneficum se gerit, ob ejus calamitatem inimici non gaudebunt. D.

Hoc in proverbio verbum فضل significationem „beneficum se gessit“ habere videtur. اعداه est pro اعداوه nec non غداه et عشاه pro غداءه et عشاءه.

٢٣٤١ الفُضُولُ لاَ بُدَّ لَهُ مِنَ الكُدُورِ

2341. In superfluo necessario impuritas est. G.

٢٣٤٢ إِيَّاكَ وَفُضُولَ ٱلكَلَامِ فَإِنَّهَا تُظْهِرُ مِنْ عُيُوبِكَ مَا بَطَنَ وَتُحَرِّكُ مِنْ عَدُوِّكَ مَا سَكَنَ

2342. Cave sermonem superfluum, nam occulta vitia tua ostendit et in inimico tuo ea, quae quiescunt, movet. A.

٢٣٤٣ أَفْضَلُ العَقْلِ بِالمَالِ

2343. Quam praeclarae opes ingenii sunt! G.

٢٣٤٤ أَفْضَلُ الجِهَادِ كَلِمَةُ حَقٍّ عِنْدَ أَمِيرٍ جَائِرٍ

2344. Optimum bellum sacrum est, verum dicere principi injusto. Fakih. Alchol. p. 180. l. 10. infr.

٢٣٤٥ أَفْضَلُ السُّلْطَانِ مَنْ أَمِنَهُ ٱلبَرِيءُ وَخَافَهُ المُجْرِمُ وَشَرُّ السُّلْطَانِ مَنْ خَافَهُ البَرِيءُ وَأَمِنَهُ المُجْرِمُ

2345. Praestantissimus imperator est, a quo insons securus est et quem peccator metuit et pessimus imperator est, quem insons metuit et a quo peccator securus est. A.

٢٣٤٦ أَفْضَلُ العَقْلِ مَعْرِفَةُ ٱلإِنْسَانِ نَفْسَهُ

2346. Praestantissima hominis prudentia est se ipsum nosse. A.

٢٣٤٧ أَفْضَلُ المُلُوكِ مَنْ لَبِسَ أَحَدٌ أَحَقَّ بِهِ مِنْ

أَحَدٍ ولا يَطْمَعُ القَوِيُّ فى حَيْفِهِ ولا يَيْئَسُ

الضَّعِيفُ مِنْ عَدْلِهِ

2347. Praestantissimus rex est, quo unus altero dignior non est, dum neque robustus injuriam ei inferre cupit neque debilis justitiae ab eo exercendae spem abjicit. A.

٢٣٤٨ أَفْضَلُ ٱلنَّاسِ مَنْ كَانَ بِعَيْبِهِ بَصِيرًا وَعَنْ عَيْبِ

غَيْرِهِ ضَرِيرًا

2348. Optimus homo est, qui vitia sua videt et aliorum vitia non videt. A.

٢٣٤٩ أَفْضَلُ النَّاسِ مُوَقَّرٌ زَاهِدٌ

2349. Praestantissimus homo est, qui honoratus est et a rebus illicitis abstinet. G.

٢٣٥٠ الفُطُورُ عَلَى بَاكِرٍ يَشْرَحُ ٱلْخَاطِرَ

2350. Jejunium solvere matutino tempore animum dilatat. D.

٢٣٥١ لا فَاطِمَةَ فى ٱلْمَعْلَمَةِ ولا مُحَمَّدَ فى الْكُتَّابِ

2351, Non est Fathimah in schola et non Mohammedes in schola. D.

٢٣٥٢ إِذَا فَعَلْتَ مَعْرُوفًا فَٱسْتُرْهُ وَإِذَا أُولِيتَهُ فَٱشْكُرْهُ

وَلا تَفْعَلْ ما يَسُوءُكَ عَاجِلُهُ وَيَضُرُّكَ آجِلُهُ

2352. Si beneficium confers, id occulta, et si beneficium accipis, pro eo gratias age! ne id facias, quod in hoc mundo tibi displicet et in altero mundo tibi nocet. A.

٢٣٥٣ يَفْعَلُ اللّٰهُ ما يَشَاءُ لا تَكُنْ مُعْتَرِضًا

2353. Deus id, quod vult, facit, ne igitur impediens sis! G.

٢٣٥٤ مَنْ يَفْعَلُ الخَيْرَ كُتِبَ مِنْ أَهْلِهِ

2354. Qui bonum facit, bonis adnumeratur. D.

٢٣٥٥ مَنْ يَفْعَلُ الخَيْرَ لا يَعْدَمُ جَوَابِزَهُ

2355. Qui bonum facit, is retributione destitutus non erit. D.

In cod. Gott. ثوابه legitur.

٢٣٥٦ لا أَفْعَلُ الأَزْلَمَ الجَذَعَ

2356. Tempore non faciam.

I. e. nunquam faciam. الازلم الجذع hoc in proverbio temporis cognomen est. Conf. الجذع الازلم اودى. Sam.

٢٣٥٧ لا أَفْعَلُ ٱلسَّمَرَ وَٱلْقَمَرُ

2357. Non faciam quamdiu nocturna confabulatio et luna existit.

Eodem modo dicitur: لا اتيك et لا اكلمه Conf. Meid. **23, 346.** Sam.

٢٣٥٨ لا أَفْعَلُ ما اخْتَلَفَ الأَجَدَّانِ

2358. Non faciam, quamdiu duo nova diversa sunt.

Duo nova diem noctemque designant. Sam.

٢٣٥٩ لا أَفعَلُ ما اختَلَفَ الصِّرفَان

2359. Non faciam, quamdiu duo rubra diversa sunt.

Duo rubra (ob auroram et solem occidentem) diem noctemque designant. Sam.

٢٣٦٠ لا أَفعَلُ ما اختَلَفَ الفَتَيان

2360. Non faciam, quamdiu duo juvenes diversi sunt.

Duo juvenes dies et nox sunt. Sam.

٢٣٦١ لا أَفعَلُ ما اختَلَفَ المَلَوان

2361. Non faciam, quamdiu duo tempora diversa sunt.

Duo tempora diem noctemque designant. Sam.

٢٣٦٢ لا أَفعَلُ مَا أَطَّتِ الإِبِل

2362. Non faciam quamdiu cameli vocem edunt. S.

٢٣٦٣ لا أَفعَلُ ما أَنَّ فى السَّماءِ نُجُوم

2363. Non faciam quamdiu in coelo stellae sunt. Conf. Meid. 23, 345. Sam.

٢٣٦٤ لا أَفعَلُ ما بَاضَ الحَمَامُ وفَرَّخ

2364. Non faciam, quamdiu columbae ova ponunt et pullos excludunt. Sam.

٢٣٦٥ لا أَفعَلُ ما حَدَا اللَّيلُ والنَّهَارُ

2365. Non faciam quamdiu nox diesque sequuntur. Sam.

٢٣٦٦ لَا أَفْعَلُ مَا حَمَلَتْ عَيْنِي ٱلْمَاءَ

2366. Non faciam quamdiu oculus meus aquam portat.

Legitur quoque وسقت ما „quamdiu congestam portat.“

٢٣٦٧ لَا أَفْعَلُ مَا حَنَّتِ ٱلنِّيبُ

2367. Non faciam, quamdiu camelae annosae gemunt.

Ob amorem in pullum camelae annosae id maxime faciunt. Sam.

٢٣٦٨ لَا أَفْعَلُ مَا دَامَ لِلزَّيْتِ عَاصِرٌ

2368. Non faciam, quamdiu oleo exprimens est. S.

٢٣٦٩ لَا أَفْعَلُ مَا دَعَا ٱللَّهَ دَاعٍ

2369. Non faciam, quamdiu homo Deum invocat.

٢٣٧٠ لَا أَفْعَلُ مَا دَرَّ شَارِقٌ

2370. Non faciam quamdiu sol oriens radios dispergit. Sam.

٢٣٧١ لَا أَفْعَلُ مَا طَافَ حَوْلَ ٱلْأَرْضِ حَافٍ وَنَاعِلٌ

2371. Non faciam quamdiu super terra nudipes et calceatus incedit. Sam.

٢٣٧٢ لَا أَفْعَلُ مَا عَرَّدَ رَاكِبٌ

2372. Non faciam quamdiu eques init.

De voce عزد dubito et nescio, num significatio primae conjugationis huic proverbio conveniat. Sam.

٢٣٧٣ لا أَفْعَلُ هُبَيْرَةُ بنُ سَعْد

2373. Non faciam, quamdiu Hobairah ben-Sahd absens est.

Nunquam iste vir rediit. Conf. Meid. 23, 273. S.

٢٣٧٤ ما أَفْعَلُ ما اخْتَلَفَ العَصْرَان

2374. Non faciam, quamdiu duo tempora diversa sunt.

Duo tempora diem noctemque designant. Sam.

٢٣٧٥ ما أَفْعَلُ مِعْزَى الغِزْر

2375. Non faciam quamdiu caprae Alfisri dispersae sunt. Conf. Meid. 23. 274. Sam.

٢٣٧٦ مِنَ الأَفَاعِي كُلَّما طَالَ عُمْرُه كَثُرَ شَرُّه

2376. Viperis proprium est, multum malum inferre, si diu vivunt.

Longa enim vita et venenum earum et noxa augetur. D.

٢٣٧٧ مَا يُفَقِّئُ البَيْضَ ولا يُنْضِجُ الكُرَاع

2377. Neque rumpit ova neque bene coquit crura. Sam.

٢٣٧٨ لا فَقْرَ أَشَدُّ مِنَ الجَهْلِ ولا مَالَ أَعْوَدُ مِنَ العَقْلِ ولا

وَحْدَةَ أَوْحَشُ مِنَ الْعُجْبِ ولا مُظَاهَرَةَ أَوْثَقُ من

الْمُشَاوَرَةِ

2378. Paupertas nulla durior est, quam ignorantia, opulentia nulla constantior quam prudentia, nulla vita solitaria tristior quam admiratio sui et nullum auxilium melius quam consultatio amicorum. A.

٢٣٧٩ لا فَقْرَ أَفْقَرُ مِنَ الْجَهْلِ ولا وَحْدَةَ أَوْحَشُ مِن

الْعُجْبِ ولا صَاحِبَ أَكْيَسُ مِنَ الشُّورَى

2379. Paupertas nulla pauperior est quam ignorantia et nulla vita solitaria tristior quam admiratio sui et nullus socius astutior quam consilium. A.

٢٣٨٠ لا فَقْرَ لِلْعَاقِلِ ولا حُرْمَةَ لِلْفَاسِقِ

2380. Prudenti paupertas, improbo reverentia non est. A.

٢٣٨١ الْفَقْرُ بِغَيْرِ دَيْنٍ غِنًى

2381. Paupertas sine debito opulentia est. G.

٢٣٨٢ الْفَقْرُ خَيْرٌ مِنَ الْغِنَى الْحَرَامِ

2382. Paupertas melior est quam divitiae illicitae. G.

٢٣٨٣ الْفَقْرُ مَعَ الْأَمْنِ خَيْرٌ من الْغِنَاءِ مَعَ الْخَوْفِ

2383. Paupertas cum securitate melior est quam opulentia cum metu. D.

٢٣٨٤ اَلْفَقْرُ مِنَ ٱللّٰهِ وَلَيْسَ الْوَسَخُ مِنْهُ

2384. Paupertas a Deo mittitur; sed non sordes. B.

٢٣٨٥ فَقِيرٌ بِلا أَدَبٍ كَطَابِخٍ بِلا حَطَبٍ

2385. Pauper sine animi cultura est instar coqui sine ligno. Fakih. Alchol. p. 224.

٢٣٨٦ فَقِيرٌ بِلا صَبْرٍ كَقَنْدِيلٍ بِلا زَيْتٍ

2386. Pauper sine patientia instar lucernae sine oleo est. D.

٢٣٨٧ فَقِيرٌ صادِقٌ خَيْرٌ مِنْ غَنِيٍّ كاذِبٍ

2387. Pauper verax melior est, quam dives mendax. D.

٢٣٨٨ فَقِيرٌ وأَيرُهُ كَبِيرٌ

2388. Pauper et ejus veretrum magnum est. D.

In Rostgaardii libro legitur فقير ونقير وزبه كبير et explicandi gratia addit: Dicitur in eos, qui, utut pauperes sunt, sumtus tamen magnos faciunt et genio indulgent aeque ac si essent maxime divites.

٢٣٨٩ كَمْ مِنْ فَقِيرٍ غَنِيِّ النَّفْسِ وَكَمْ مِنْ غَنِيٍّ فَقِيرِ النَّفْسِ

2389. Quot pauperes divites animo sunt et quot divites pauperes animo sunt. A.

٢٣٩٠ اَلْفَقِيرُ يَكُونُ مَبْغُوضًا عِنْدَ صَاحِبِهِ وَأَصْدِقَاءُ الْأَغْنِيَاءِ كَثِيرُونَ

2390. Pauper socio suo exosus est, sed divitum amici multi sunt, G.

Salomoni adscribitur. Conf. Prov. Salom. 14, 20.

٢٣٩١ أَفْقَرُ مِنْ وَدٍّ

2391. Pauperior quam paxillus.

Vocem ود pro وتد positum esse putant. Alii Wadd nomen pauperis fuisse dicunt. Sam. Schar.

٢٣٩٢ اَلْفِكْرُ نُورٌ وَالْغَفْلَةُ ظُلْمَةٌ

2392. Cogitatio lux est; socordia autem obscuritas. A.

٢٣٩٣ لَا تُفَكِّرْ فَإِنَّ لَهَا مُدَبِّرٌ

2393. Non cogitat; nam ei moderator est. D.

٢٣٩٤ تَفَكَّرْ قَبْلَ أَنْ تَعْزِمَ وَتَبَيَّنْ قَبْلَ أَنْ تَهْجِمَ وَشَاوِرْ قَبْلَ أَنْ تُقْدِمَ

2394. Cogita, priusquam firmum consilium capis, et bene considera, priusquam audacter aggrederis et consilium ini, priusquam audes! A.

٢٣٩٥ مَنْ تَفَكَّرَ اعْتَبَرَ وَمَنِ اعْتَبَرَ اعْتَزَلَ وَمَنِ اعْتَزَلَ سَلِمَ

2395. Qui de rebus cogitat, exemplum ab iis su-

mit, et qui exemplum sumit, ab hominibus se separat et qui se separat, salvus est. A.

٢٣٩٦ بِفَلْس كُرْفُس ولا تُهِين النَفْس

2396. Pro obolo gossipium; ne igitur animam parvi habeas!

In Rostgaardii libro sic: بفلس كرفس ولا اهينك يا نفس „Obolo apium (comparare potes); neque despiciam te, o anima! I. e. Non esse precarium sumendum, quod parvi emere possimus.

٢٣٩٧ بِفَلْس كِبْرِيت لا تَنْفَع ولا تَتْعَب

2397. Pro obolo sulphur (comparari potest); ne igitur fles neque te fatiges!

Et hoc in Rostgaardii libro paulo vitiosum legitur.

٢٣٩٨ أَفْلَس الجُنْدِيّ فَتَّش الدَّفَاتِر العِتَاق

2398. Miles pauper evasit; ratocinia vetera perscrutatus est. D.

Rostgaardius, in cujus libro paulo aliter legitur, explicandi causa addit: Dicitur in eos, qui obliterata debita repetunt.

٢٣٩٩ أَفْلَس مِنْ ضَارِب لِحْف أَسْتِه

2399. Pauperior quam is, qui podicem suum percutit.

I. e. Qui tantum non possidet, ut istam corporis partem tegere possit. Kam.

٢٤٠٠ أَفْلَس مِنْ طُنْبُور عَلَيْه وَتَر

2400. Pauperior quam cithara nervo instructa. D.

٢٤٠١ اَلْمُفْلِسُ ما له صاحِب

2401. Pauperi socius non est. G.

٢٤٠٢ يَفْنَى ما فى القُدُور ويَبْقَى ما فِى الصُّدُور

2402. Quod in ollis est, perit et quod in animis est, manet. D.

٢٤٠٣ اَلَّذِى مَا يَفْهَمُ بِالتَّلْوِيحِ مَا يَفْهَمُ بِالتَّصْرِيحِ

2403. Qui per metonymiam non intelligit, is aperte exponendo non intelliget. D.

٢٤٠٤ مَنْ فاتَهُ الأَدَبُ لَمْ يَنْفَعْهُ الحَسَب

2404. Qui animi cultura destitutus est, ei nobilitas generis nil prodest. D.

٢٤٠٥ تَعَوَّدْ بالخَيْرِ تَنَالَه

2405. Si bono operam das, id assequeris. D.

٢٤٠٦ مَنْ لم يَسْتَفِدْ بالأَدَبِ مالًا اسْتَفَادَ به جَمالا

2406. Qui exculto animo divitias non acquirit, is pulchritudine per eum ornatur. B.

٢٤٠٧ فاز من سَلِمَ مِنْ شَرِّ نَفْسِه

2407. Qui a malo sui ipsius securus est, is victoria potitus est. B.

٢٤٠٨ قَبَّحَ اللهُ مِعْزَى خَيْرُهَا خُطَّة

2408. Deus capras perdat, quarum optima Choththah est!

Proverbium de hominibus pravis adhibetur, quorum cuidam levissimum meritum adscribitur. conf. Kam. sub. خط et Meid. 23, 32. Sam.

٢٤٠٩ قَبَّحَ تَعْرُفُ

2409. Turpiter age, cognosceris! D.

٢٤١٠ ما أَقْبَحَ الخُضُوعَ عِنْدَ الحاجَةِ وَالتَّكَبُّرَ عِنْدَ الاسْتِغْناءِ عَنْهَا

2410. Quam turpis est submissio tempore necessitatis et superbia necessitate cessante! D.

٢٤١١ أَقْبَحُ مِنْ زَوَالِ النِّعْمَةِ

2411. Foedior, quam commoda vita cessans. Hamas. p. 819. l. 8.

٢٤١٢ أَقْبَحُ مِنْ قِرْدَةٍ

2412. Foedior quam simia femina.

Proverbium Arabibus non genuinis adscribitur. conf. Harir. 446 et Meid. 21, 142.

٢٤١٣ كَالقَابِضِ على المَاءِ بِيَدِهِ وَهُوَ يُرَقِّمُ الماءَ وَلَيْسَ فِي يَدِهِ شَيْءٌ

2413. Ut is, qui aquam manu capit, nam aquam striis signat, dum nil aquae in manu habet. D.

Conf. Meid. 22, 82. Ex Djeuharii sententia verba: هو يرقم الماء „Is aquam striis signat“ de homine ingenioso adhibentur.

٢٤١٤ فلان كالقابض على النّار

2414. Quidam ei similis est, qui ignem manu capit. D.

٢٤١٥ لا يقبل الحمر الأدب ولا يثمر الشوك العنب

2415. Asinus culturam animi non admittit et rubetum uvas non profert. A.

٢٤١٦ لا تقبل الخبر من كتاب وإن أتى بحديث عجاب

2416. Ne ex epistola nuntium admittas et si rem admirandam tibi adfert. A.

٢٤١٧ لأقبلن لك

2417. Profecto! versus te me dirigam! D.

٢٤١٨ قابل بعض أخلاقك ببعض قابل غضبك بحلمك

وجهلك بعلمك ولسانك بذكرك وغفلتك بحضورك

2418. Compensa unam partem indolum tuarum altera: iram tuam mansuetudine tua, ignorantiam tuam cognitione tua, linguam tuam recordatione tua, socordiam tuam praesentia tua. A.

٢٤١٩ مَنْ قَابَلَ السَّيِّئَةَ مِنْ عَدُوِّهِ بِالْحَسَنَةِ فَقَدْ أَنْتَقَمَ مِنْهُ

2419. Qui pravum inimici sui factum benefacto pensat, is ab eo se vindicat. A.

٢٤٢٠ إِذَا أَقْبَلَتِ الدَّوْلَةُ خَدَمَتِ الشَّهَوَاتُ الْعُقُولَ وَإِذَا أَدْبَرَتْ خَدَمَتِ الْعُقُولُ الشَّهَوَاتِ

2420. Quum imperium (tempus) fortunatum est, cupiditates prudentiae inserviunt; quum infelix est, prudentia cupiditatibus inservit. A.

٢٤٢١ اذا أَقْبَلْتَ باضَ الْحَمَامُ عَلَى الْوَتِدِ وَاذَا حَمَلْتَ شَخَّ الْحِمَارُ على الْأَسَدِ

2421. Quum irruis, columba super paxillo ova ponet et si tu impetum facis, asinus contra leonem urinam egeret. D.

٢٤٢٢ قَبُولُ الْعُذْرِ مِنْ مَحَاسِنِ الشِّيَمِ

2422. Excusationem admittere, pulchrae indolis signum est. D.

٢٤٢٣ مَقْبُولُ السُّلْطَانِ مَسْعُودٌ وَمَبْغُوضُ الْخَاقَانِ مَرْدُودٌ

2423. Quem imperator acceptum habet, is fortunatus est et quem imperator odio habet, rejectus est. D.

٢٤٢٤ قَتَلَنِى وَبَكَى ثُمَّ سَبَقَنِى وَٱشْتَكَى

2424. Me occidit et ploravit, tum me praecessit et questus est. D.

٢٤٢٥ يَقْتُلُ القَتِيلَ وَيَمْشِي فِى جِنَازَتِه

2425. Occisum necat et ejus feretrum sequitur. G.

٢٤٢٦ لَا تُقَاتِلْ مَنْ يَعْرِفُكَ يُعَرِّفُ بِكَ مَنْ لَا يَعْرِفُكَ

2426. Ne cum eo, qui te novit, dimices, nam ei notus fies, qui te non novit. D.

٢٤٢٧ تَقَاتَلَ الرِّيحُ وَالبَحْرُ وَقَعَ الصُّلْحُ عَلَى مَرْكَبِ الرَّائِسِ

2427. Certantibus ventis marique, pax in navi praefecti producitur. D.

٢٤٢٨ القَتْلُ أَنْفَى لِلْقَتْلِ

2428. Caedes caedem maxime repellit. Fak. Alchol. p. 13.

٢٤٢٩ قَاتِلُ الحَرِيصِ حِرْصُه

2429. Avidi occisor aviditas est. B.

٢٤٣٠ يَا قَاتِلَ الرُّوحِ أَيْنَ تَرُوحُ

2430. O animae occisor! quo is? D.

٢٤٣١ قَحْبَةٌ وَشَاطِرَةٌ

2431. Meretrix et vafra. D.

٢٤٣٢ قَدُّه قَدُّ الفَارَة وصوتُه مَلا الحارَة

2432. Statura ejus statura gliris est et vox ejus vicum implet. D.

٢٤٣٣ أَقَدُّ مِنْ شَفْرَة

3433. Magis secans quam culter magnus.

Dixit poeta:

أَقَدُّ لِنُعْمَاكَ مِنْ شَفْرَة وَأَقْطَعُ فِي كُفْرِهَا مِنْ حَلَمْ

„Beneficium tuum magis dissecat, quam culter magnus et in ejus ingratitudine magis amputans est quam forfex.“

Metrum Motakarib est. Sam. Schar.

٢٤٣٤ اِذَا ما قَدَرْتَ عَلَى عَدُوِّك فَاجْعَل العَفْوَ عَنْهُ

شُكْرًا لِقُدْرَتِك عَلَيْه

2434. Quum in inimicum tuum potestatem habes, fac ut venia, quam ei concedis, gratia tuae potestatis sit. D.

٢٤٣٥ ما قَدَرْتُ عَلَى كَذَا حَتَّى تَعَطَّفَتْ أَرْعَاظُ

النَّبْل عَلَيَّ

2435. Hoc non possum, donec radices sagittarum contra me inclinantur.

I, e. nunquam id possum. Kam.

٢٤٣٦ أُقْدُرْ بِذَرْعِك

2436. Defini brachio tuo!

I. e. Suscipe id, quod perficere potes. conf. Meid. C. 21, 7. Dixit poeta:

فَاعْمَلْ لِمَا تَعْلُو فَمَا لَكَ فِي الَّذِي لا تَسْتَطِيعُ مِنَ الأُمُورِ يَدَانِ

„Id fac, cui par es; nam tibi in rebus, quas perficere non potes, duae manus (potestas) non sunt“ Metrum Camil est.

Dixit Ahmru ben-Mahdi Carb:

إِذَا لَمْ تَسْتَطِعْ شَيْئًا فَدَعْهُ وَجَاوِزْهُ الى ما تَسْتَطِيعُ

Quod si rem perficere non potes, sine eam et transi eam omittens, ad rem, cui par es. Metrum Wafir est.

٢٤٣٧ إِذَا لَمْ تَقْدِرْ عَلَى الكُلِّ فَلا تَتْرُكِ الكُلَّ

2437. Quum tota re potiri non potes, ne totam rem relinque! D.

٢٤٣٨ قَدِّرْ فِي العَمَلِ تَنْجُ مِنَ الزَّلَلِ

2438. Defini in agendo, ut lapsu liber sis! A.

٢٤٣٩ بِقَدْرِ الصُّعُودِ يَكُونُ الهُبُوطُ فَإِيَّاكَ وَالرُّتْبَةَ العَالِيَةَ

2439. E ratione adscensus erit descensus; cave igitur excelsum dignitatis locum! A.

٢٤٤٠ عَلَى قَدْرِ جِرْمِ الفِيلِ تُبْنَى قَوَائِمُهُ

2440. Secundum corporis molem pedes elephantis formati sunt. D.

٢٤٤١ المُقَدَّرُ كَائِنٌ

2441. Res a Deo decreta futura est. D.

٢٤٤٢ قَدِّمِ الخُرُوج قَبْلَ الوُلُوج

2442. Exitum ante introitum praecedere fac! D.

٢٤٤٣ مَنْ قَدَّمَ هَدِيَّةً قُضِيت حَاجَتُه

2443. Qui donum praemittit, ejus desiderium impletur. D.

٢٤٤٤ يُقَدِّمُ رِجْلًا ولا يُؤَخِّر أُخْرَى

2444. Unum pedem praemittit, alterum retrahit. D.

٢٤٤٥ مَنْ لا يُقَدِّم تَوْبَتَه قَبْلَ المَوْتِ فَقَدْ شَقِى

2445. Qui ante mortem poenitentiam non agit, is miser est. D.

٢٤٤٦ القَادِمُ يُزَار

2446. Adveniens (ex itinere) visitatur. D.

٢٤٤٧ على قُدُومِك يا سادَتِي خُرِب البِلاد

2447. In adventu tuo, o domina mea, terrae vastatae sunt. D.

٢٤٤٨ الإقْدَامُ على الكِرام مَذَمَّة

2448. Audacia contra generosos vituperio digna est. D.

٢٤٤٩ ما له أَقَدُّ ولا مَرِيش

2449. Neque alis carens (sagitta) neque alata ei est. Sam.

٢٤٥٠ لا تَقْرَب السُّلْطَان إذا غَضِب والبَحْرَ اذا مَدَّ

3450. Ne regi irascenti et mari crescenti appropinques! D.

٢٤٥١ تَقَرَّبْ إلَى ٱللَّه بِعَدَاوَة نَفْسِك

2451. Deo per inimicitiam erga te ipsum appropinqua!

٢٤٥٢ إذَا تَقَارَبَ الشَّيْء أعْطِه حُكْمَه

2452. Quum res propinqua est, rationem suam eam sequi sine! D.

٢٤٥٣ قُرْبُ الأشْرَار مَضَرَّة

2453. Pravorum propinquitas noxa est. D.

In codice D. قلب الاشرار „cor pravorum“ legitur.

٢٤٥٤ القَرِيبُ مَنْ تَقَرَّبَ لا مَنْ تَنَسَّب

2454. Qui tanquam propinquum se gerit, is propinquus est, non qui dicit, se genere esse conjunctum. Kam.

٢٤٥٥ القَرِيبُ مَنْ يُقَرِّبُ نَفْسَه

2455. Qui se ipsum adducit (offert), propinquus est.

Verba haec Hozain ben-Hodsaifah dixit. Schar.

٢٤٥٦ أقْرَبُ الأشْيَاء الأجَل وأبْعَدُ الأشْيَاء الأمَل

2456. Propinquissima res mors et remotissima res spes est. A.

٢٤٥٧ أَقْرَبُ الأَشْيَاءِ صَرْعَةُ ٱلظَّلُومِ وَأَنْفَذُ ٱلسِّهَامِ دَعْوَةُ ٱلْمَظْلُومِ

2457. Propinquissima res est, quod injustus prosternitur et sagitta maxime penetrans est, quod injuria adflictus Deum invocat. A.

٢٤٥٨ ٱلْقُرَادُ يَعِيشُ بِظَهْرِهِ عَامًا وَبِبَطْنِهِ عَامًا

2458. Ricinus in dorso suo annum et in ventre suo annum vivit.

Ad patientiam in fortuna adversa significandam adhibetur. Narrant ricinum, quum lutum, quo insit, muro impingatur, in isto statu per anni spatium super ventre jacentem permanere, tum se convertentem per anni spatium super dorso esse. Schar.

٢٤٥٩ قَرَعَ سِنَّ ٱلنَّادِمِ

2459. Poenitentis dentem fricuit.

Eum rei poenituit. Sam.

٢٤٦٠ مَنْ قَرَعَ بَابًا وَلَجَّ وَلَجَ

2460. Qui portam pulsat et assiduus est, intrat.

Inest verborum lusus. B.

٢٤٦١ قَرِعَةٌ بِمِشْطَيْنِ وَعَمْيَا بِمُكْحُلَتَيْنِ

2461. Calvitium habens cum duobus pectinibus

et caeca cum duobus loculis, in quibus stibium est. D.

Propter vocem عميا vocabulo قرعة istam significationem tribui. Hoc non admisso عَمًى scribendum est, ut verti possit: „calvities et caecitas.“

٢٤٦٢ لا اقْتِرَاف مَعَ الاعْتِرَاف

2462. Crimen non commisimus, si id confitemur. B.

٢٤٦٣ يا قَارِئَ الخَطّ لا تَرْكَنْ لِأَحَدٍ قَط

2463. O tu, qui scripturam legis, ne in ullo unquam fiduciam ponas! D.

٢٤٦٤ القَسُّ راضِى على الكَنِيسَة

2464. Presbyter ecclesia contentus est. D.

٢٤٦٥ لا يُقَاسِى المُحِبُّ أَشَدَّ مِنْ قَسْوَةِ قَلْبِ الحَبِيب

2465. Amans nullam rem ipsi molestiorem perfert, quam durum amati cor. A.

٢٤٦٦ قَسْوَةُ القَلْب مِنَ الشَّبَع

2466. Durities cordis e satietate oritur. A. B.

٢٤٦٧ قَشَرَ لَه عَصَاةً

2467. Ei baculum decorticavit. D.

٢٤٦٨ اِقْشَع العَنْزَة وخُذْ مِنْ حَلِيبِها

2468. Capram mulge ejusque lac sume! D.

٢٤٦٩ يِبَقْشَع لِحمَارَة مَغْطِيَّة بِمَنْدِيل فَيَظُنّ انَّهَا
امّ نَاصِرِ ٱلدِّين

2469. Asinam mantili tectam mulget eamque matrem Nazir-Aldini esse putat. D.

٢٤٧٠ القَصَّابُ ما له صاحِبٌ

2470. Lanio socius non est. D.

٢٤٧١ مَنْ قَصَدَ البَحْرَ يَسْتَقِلُّ السَّوَاقِي

2471. Qui ad mare tendit, canales levipendit. G.

٢٤٧٢ قَصْدُ المَلِك اذا كان صَالِحًا كان أَمْرُه فى جَمِيعِ
الأَزْمَانِ نَاجِحًا

2472. Regis propositum si probum est, ejus res quolibet tempore bene se habent. Fakih. Alchol. p. 142. l. 9.

٢٤٧٣ القَصْدُ أَنْجَى لِلسَّيْرِ

2473. Diligentia itineri prospera est.

Laudatio diligentiae in rebus peragendis. Dixit poeta Alahscha:

اذا حَاجَةٌ وَلَّتْكَ لا تَسْتَطِيعُهَا فَخُذْ طَرَفًا مِنْ غَيْرِهَا حِينَ تَسْبِقُ
فَذٰلِكَ أَحْرَى أَنْ تَنَالَ جَسِيمَهَا وَلِلْقَصْدُ أَنْجَى لِلْمَسِيرِ وَأَلْحَقُ

Quum res necessaria te fugit, ut ea potiri non possis,

alius oram cape, quando praecedit; est enim te dignius, ut magnum ejus capias et diligentia itineri prosperior est et magis perducens". Metrum Thawil est. Sam. Sch.

٢٤٧٤ الاقتصاد أبقى للحمام

2474. Modum rectum tenere, quietem conservat.

Haec verba Actsamo ben-Zaifi adscribuntur. Schar.

٢٤٧٥ من قصر عن السياسة صغر (عن) الرياسة

2475. Qui res recte disponere non valet, regere non potest. A.

٢٤٧٦ لا تقصروا أولادكم على آدابكم فانهم مخلوقون لزمان غير زمانكم

2476. Ne filios vestros nonnisi tanta doctrina imbuatis, quanta vos ornati estis, ii enim alii tempori quam vestro nati sunt. A.

٢٤٧٧ ما أقصر الليل على الراقد

2477. Quam brevis est nox dormienti! D.

٢٤٧٨ من اقتصر على الحلم وطئه أقدام السفلة والجهال

2478. Qui nonnisi mansuetudini operam dat, eum pedes plebis et insipidorum conculcant D.

Vocem وطئه uterque codex habet cum Teschdidi signo litterae ى imposito.

٢٤٧٩ من اقتصر على قدره كان أبقى لجمال وجهه

2479. Qui eo, quod valet, contentus est, ejus faciei pulchritudo diu manet. A.

٢٤٨٠ اِنَّ القَصِيرَةَ قَدْ تُطِيل

2480. Brevis interdum longos parit.

Kamusi auctor haec verba tanquam proverbium adnotans Djeuharium, qui traditionis verba esse dixerit, vituperavit. Sed apud Djeuharium sub radice قصر sic legitur: الطويلة قد تقصر والقصيرة قد تطيل „Longa interdum breves parit, dum brevis interdum longos producit.“

٢٤٨١ قَاضٍ جَايِرٌ كَمِلْحٍ عَلَى جُرْح

2481. Judex injustus instar salis super vulnere est. Fakih. Alchol. p. 224.

٢٤٨٢ القَاضِى لَا يَسْمَع اِلَّا مِنْ فَمِ اِثْنَيْن

2482. Judex nonnisi ex ore duorum audit. D.

٢٤٨٣ قَضَاءُ الحُقُوقِ مَشْفَقَة وَتَرْكُهَا مَذَلَّة

2483. Officia implere benignitas est et ea negligere vilitas. B.

٢٤٨٤ مَا اِنْقَضَتْ سَاعَةٌ مِنْ دَهْرِكَ اِلَّا بِقِطْعَةٍ مِنْ عُمْرِك

2484. Quodlibet momentum temporis tui vitae tuae partem aufert. A.

٢٤٨٥ القِطُّ يَعْرِف خُنَّاقَه

2485. Felis strangulatores suos novit. D.

٢٤٨٦ قَطْرَةٌ بِقَطْرَة تَصِيرُ غَدِيرًا

2486. Gutta cum gutta conjuncta stagnum fit. D.

٢٤٨٧ اَلْقَطْرَةُ بِدَوَامِها تَحْتَفِرُ الصَّخْرَ

2487. Gutta semper decidens petram excavat. Sch.

In codice Gott. legitur: نقطة دايمة تخرق فى الحجر „Punctum continuo factum lapidem diffindit“.

٢٤٨٨ اُقْطَعْ رَأْسَ تَنْقَطِعْ خَبَرَ

2488. Si caput amputas, nuntium amputas. D.

٢٤٨٩ لا تَقْطَعْ صَدِيقًا وَإِنْ كَفَرَ ولا تَرْكَنْ إِلَى عَدُوٍّ وَإِنْ شَكَرَ

2489. Ne amicum abjicias et si ingratus est et ne inimico nitaris et si gratiam dicit. A.

٢٤٩٠ مَنْ لا يَقْطَعُ عِرْقًا ما يُسِيلُ دَمًا

2490. Qui venam non secat, non efficit, ut sanguis effluat. D.

٢٤٩١ اِنْقَطَعَ بِطَانُهُ

2491. Cingulum sellae ejus ruptum fuit.

Robur ejus disparuit. Schar.

٢٤٩٢ اِنْقَطَعَ قُوًى مِنْ قَارِبَةٍ

2492. Ovum ruptum fuit, ut pullus prodiret.

Simili ratione dicitur تخلصت قائبة من قوب. conf. Harir. 101. Sam. Schar.

2493. Artuum amputatio facilior est, quam consortii abruptio. D.

٢٤٩٤ قَطِيعَةُ ٱلْجَاهِلِ تَعْدِلُ صِلَةَ ٱلْعَاقِلِ

2494. Ignorantis aversio prudentis conjunctionem aequat. A.

٢٤٩٥ مَنْ قَعَدَ عَنْ حِيلَتِهِ أَضْعَفَتْهُ ٱلشَّدَائِدُ وَمَنْ نَامَ عَنْ عَدُوِّهِ أَيْقَظَتْهُ ٱلْمَكَايِدُ

2495. Qui remedia sua non adhibet, eum calamitates debilitant et qui dormit inimici rationem non habens, eum doli expergefaciunt. A.

Posterior pars altero quoque loco legitur.

٢٤٩٦ مَقْعَدُ ٱلْخَاتِنِ

2496. Loco, ubi circumcidens sedet.

De maxime propinquo loco adhibetur, quia circumcidens in propinquo apud circumcidendum sedet. Harir. 428.

٢٤٩٧ قَدْ قَفَّ شَعْرُهُ

2497. Ejus pili jam erecti sunt.

Terrore impletus est. Sam.

٢٤٩٨ قَفَّلَ ٱلْقُفْلَ وَضَيَّعَ ٱلْمِفْتَاحَ

2498. Portam sera clausit et clavem perdidit. G.

٢٤٩٩ مَنْ قَلَّ صِدْقُهُ قَلَّ صَدِيقُهُ

2499. Cujus sinceritas pauca est, ejus amici pauci sunt. A. D.

٢٥٠٠ مَنْ قَلَّ عَقْلُه كَثُرَ هَزْلُه

2500. Qui parum prudentiae habet, ejus jocus multus est. D.

٢٥٠١ مَنْ قَلَّ كَلَامُه قَلَّتْ آثَامُه ومَنْ كَثُرَ لَفْظُه كَثُرَ غَلَطُه

2501. Cujus sermo paucus est, ejus delicta pauca sunt et cujus verba multa sunt, ejus errores multi sunt. A.

٢٥٠٢ اذا قَلَّتِ ٱلعُقُول كَثُرَ الفُضُول

2502. Quum prudentia pauca est, superfluum multum est. D.

٢٥٠٣ مَنْ قَلَّتْ فِكْرَتُه كَثُرَتْ عَثْرَتُه

2503. Qui paucum cogitat, multum caespitat. A.

٢٥٠٤ قِلَّةُ مَعْرِفَةِ الرَّجُلِ بِعُيُوبِهِ أَكْبَرُ عُيُوبِهِ

2504. Quod vir vitia sua minime novit, maximum ejus vitium est. A.

٢٥٠٥ القِلَّةُ دَوَاء

2505. Paucitas (inopia) medicina est. G.

٢٥٠٦ قَلِيلُ العِلْمِ خَيْرٌ من كَثِيرِ العَمَل

2506. Parum scientiae melius est quam multum operis. B.

٢٥٠٧ قَلِيلٌ مِنَ الجُبْنِ ولا كَثِيرٍ مِنَ الرُّمَّانِ

2507. Parum casei et non multum mali Punici. D.

٢٥٠٨ قَلِيلٌ مِنَ المَرَارَةِ يُفْسِدُ كَثِيرٍ مِنَ الحَلَاوَةِ

2508. Paucum amari multum dulcis corrumpit. G.

٢٥٠٩ قَلِيلٌ جَاءَ إِلَيْكَ خَيْرٌ مِنْ كَثِيرٍ تَسْعَى إِلَيْهِ

2509. Parum quod ad te venit, melius est, quam multum, ad quod tu venis. D.

٢٥١٠ قَلِيلٌ يُغْنِي خَيْرٌ مِنْ كَثِيرٍ يُطْغِي

2510. Parum quod contentum reddit (prodest), melius est, quam multum, quod exstinguit. A.

٢٥١١ القَلِيلُ مَعَ التَّدْبِيرِ خَيْرٌ مِنَ الكَثِيرِ مَعَ التَّبْذِيرِ

2511. Paucum cum prudentia in administrando melius est, quam multum cum profusione. A.

٢٥١٢ القَلِيلُ مَعَ قِلَّةِ الهَمِّ أَهْنَأُ مِنَ الكَثِيرِ ذِي التَّبِعَةِ

2512. Parum cum paucis curis melius est, quam multum cum noxa conjunctum. A.

٢٥١٣ القَلِيلُ مِنَ الضَّارِّ خَيْرٌ مِنَ الكَثِيرِ مِنَ النَّافِعِ

2513. Parum a damnum inferente melius est, quam multum ab eo, qui utilis est. D.

٢٥١٤ أَقَلُّ النَّاسِ رَاحَةً الحَقُودُ

2514. Invidus inter omnes homines minimam quietem capit. Conf. Meid. 6, 239.

٢٥١٥ أَقَلُّ مِنْ لَفْظِ لا

2515. Minor (paucior) quam vox لا (non) conf. Harir. p. 437.

٢٥١٦ قَلْبُ الأَحْمَقِ فى فِيهِ ولِسانُ العاقِلِ فى قَلْبِهِ

2516. Cor stulti in ejus ore et lingua prudentis in ejus corde est. D. G. Conf. Jes. Sirac. C. 21, 28.

٢٥١٧ قَلْبُ الكَذُوبِ أَكْذَبُ مِنْ لِسَانِهِ

2517. Cor mendacis magis mentitur quam ejus lingua. D. A.

٢٥١٨ قَلْبُ المُؤْمِنِ دَلِيلُهُ

2518. Cor Mohammedano dux viae est. D.

٢٥١٩ قَلْبُهُ فَاضِى وَرَبُّهُ رَاضِى

2519. Cor ejus amplum et dominus ejus (Deus) contentus est. G.

٢٥٢٠ قَلْبُهُ كَحَجَرِ صَوَّانٍ يَقْدَحُ ٱلنَّارَ وَهُوَ بَارِدٌ

2520. Ejus cor silici simile est, qui licet frigidus est, tamen ignem extundit. G.

٢٥٢١ قَلْبِى على ٱبْنِى وقَلْبُ ٱبْنِى على الحَجَرِ

2521. Cor meum filio et cor filii mei lapidibus (deditum) est. D.

In codice Gott. وندى loco vocis ابنى legitur.

٢٥٢٢ اَلْقَلْبُ اَلْعَلِيل يَمِيل اِلى اَلْأَبَاطِيل

2522. Cor aegrotum in res vanas inclinat. A.

٢٥٢٣ اَلْقَلْبُ على اَلْقَلْبِ سَوَاء

2323. Cor super corde aequale est. D.

٢٥٢٤ اَلْقَلْبُ قَدْ يُتَّهَمُ وَاِنْ صَدَقَ اَللِّسَان

2524. Cor interdum suspectum habetur et si lingua verax est.

Verborum auctor Actsamus ben-Zaifi fuisse dicitur. Sch.

٢٥٢٥ اَلْقَلْبُ يَخْلَق كَمَا يَخْلَق اَلثَّوْب

2525. Cor atteritur sicut vestis atteritur. A.

٢٥٢٦ مِنَ اَلْقَلْب اِلى اَلْقَلْبِ سَاقِيَة

2526. E corde ad cor canalis ducit. D. G.

٢٥٢٧ قُلُوب اَلْأَحْرَار قُبُور اَلْأَسْرَار

2527. Ingenuorum corda sunt secretorum sepulcra. D.

٢٥٢٨ لَا تَتَقَلَّبْ مَعَ أَسَدٍ ذِى أَرْبَعَةِ قَوَايِمَ

2528. Ne cum leone quatuor pedes habente verseris! D.

٢٥٢٩ اِنْقَلَبَتِ اَلْقَوْس رَكْوَة

2529. Arcus mutatus est in panniculum, qui lapidibus, quorum ope uvae exprimuntur, supponitur.

De re male cedente et in pejorem mutata. Hamas.

630. In Kamusi opere صارت legitur.

٢٥٣٠ قَلَايِدُ المِنَنِ فِى أَعْنَاقِ الرِّجَالِ

2530. Torques donorum in collis virorum sunt.

Vocabulum المنن pluralis esse videtur ab المنة derivandus, cui donorum significationem hoc in proverbio tribuendam esse putavi. In codice Par. المسنن legitur. D.

٢٥٣١ اِقْلَعْ شَوْكَكَ بِيَدِكَ

2531. Manu tua spinam tuam evelle! G.

٢٥٣٢ بِالأَقْلَامِ تُدَبَّرُ البُلْدَانُ

2532. Per calamos scriptorios terrae reguntur. D.

٢٥٣٣ فِى القَمَرِ ضِيَاءٌ وَأَمَّا الشَّمْسُ فَأَنْوَرُ مِنْهُ

2533. In luna lux est; sed sol majorem lucem adfert. G.

٢٥٣٤ هُوَ يُقَامِسُ حُوتًا

2534. Is cum magno pisce submergendo certat.

Legitur quoque يماقس. Sensus est: Occurrit ipso validiori, potentiori. Kam. s. قمس.

٢٥٣٥ قُنْبُرٌ ذَكَرٌ لَا عُشٌّ وَلَا فَرْخٌ

2335. Alauda mas; neque nidus neque pulli. D.

٢٥٣٦ مَنْ قَنِعَ شَبِعَ

2536. Qui pauco contentus est, satiatur. D.

In codice G. sic legitur: مَنْ قَنِعَ شَبِعَ ومن طمع ذل „Qui pauco contentus est, satiatur et qui cupidus est, vilis est.“ In codice A. sic:

ومن قنع شبع ومن سكت سلم ومن اعتزل نجا

„Qui pauco contentus est, satiatur et qui tacet, salvus est et qui ab hominibus se separat, e periculo liberatur.“

٢٥٣٧ مَنْ قَنِعَ لَمْ يَهْتَمّ

2537. Qui pauco contentus est, curis non premitur. A.

٢٥٣٨ اُقْنَعْ بما قَسَمَ اللهُ لك تَكُون غَنِيًّا

2538. Contentus esto eo, quod tibi Deus decrevit et dives eris. D.

٢٥٣٩ اَلْقَنَاعَةُ رَأْسُ الغِنَاء وأَسَاسُ البَقَاء

2539. Paucis contentum esse contenti animi principium et vitae longae fundamentum est. A.

٢٥٤٠ اَلْقَنَاعَةُ كَنْزٌ لا يَفْنَى

2540. Contentus animus thesaurus est, qui non perit. A. G.

٢٥٤١ قُوتُ الأَجْسَاد المَطْعَم وقُوتُ العُقُول الحِكَم

2541. Corporum alimentum cibus et animorum alimentum sapientia est. A.

٢٥٤٢ قُوتُ الرُّوحِ رُوحُ الأَزْهَارِ وَتَرَنُّمُ الأَوْتَارِ

2542. Spiritus alimentum florum odor est et chordarum sonus. B.

٢٥٤٣ مَنْ قَالَ أَنَا وَقَعَ فِي العَنَا

2543. Qui dicit: ego; in aerumnam incidit. D.

٢٥٤٤ مَنْ قَالَ بِلَا احْتِرَامٍ أُجِيبَ بِلَا احْتِشَامٍ

2544. Qui loquitur sine veneratione, is sine reverentia responsum fert. A.

٢٥٤٥ من قَالَ كُلُّ النَّاسِ سَوَاءٌ مَا كَانَ لِجُنُونِهِ دَوَاءٌ

2545. Qui dicit, omnes homines aequales esse, ejus insaniae remedium non est. D.

٢٥٤٦ مَنْ قَالَ لَا أَدْرِي وَهُوَ يَتَعَلَّمُ أَفْضَلُ مِمَّنْ يَدْرِي وَهُوَ يَتَعَظَّمُ

2546. Qui dicit: nescio et discere cupit, praestantior est, quam is, qui scit et se magni facit. A.

٢٥٤٧ مَنْ قَالَ مَا لَا يَنْبَغِي سَمِعَ مَا لَا يَشْتَهِي

2547. Qui dicit id, quod non decet, is audit id, quod non cupit. A.

٢٥٤٨ مَنْ قَالَ نَارٌ مَا تَحْتَرِقُ لِسَانُهُ

2548. Qui dicit: Ignis; ejus lingua non comburitur. D.

٢٥٤٩ لَوْ قالَها تَيْس ما ذُبِح

2549. Si id hircus dixisset, mactatus non fuisset. D.

٢٥٥٠ قالَتِ العَنْزَة وَهْىَ سارِحَةٌ اللَّيْلَة ما هى أُخْتُ البارِحَة

2550. Dixit capra, dum libere pastum incedebat: Nox haec soror praeteritae non est. D.

٢٥٥١ اذا قُلْتَ فَاقْصِدْ

2551. Quum loqueris, modum rectum tene!

Monet, ne nimium loquamur. Proverbii auctorem Kossum ben-Säihdah esse dicunt. Schar.

٢٥٥٢ قالُوا لِلْقُرْعان لا تَأْكُلُوا مَكْشُوفِين الرَّاس قالُوا أَقْوَى مِنَ الذى جَرَى ما بَقِى يَجْرِى

2552. Dixerunt iis, qui calvitie capitis praediti erant: Ne capitibus detectis edite! Responderunt illi: Durius, quam id quod antea accidit, quod superest, accidet. G.

٢٥٥٣ قالُوا لِلْقِطَاط خَرَاكُمْ فِيه نَفْع حِفْرُوا وَطُمُّوه

2553. Dixerunt felibus: In vestra merda utilitas est: Fodite eamque operite! D.

٢٥٥٤ قالُوا لِلْكِلَاب احْرِثُوا قالوا ما جَرَتْ عادَة

2554. Dixerunt canibus: Arate! dixerunt: Consuetudo non est. D.

٢٥٥٥ قَالُوا لِهٰذَا الْأَمْرِ كَفَيْنَاه

2555. Dixerunt: Huic rei pares nos sumus. D.

٢٥٥٦ قِيلَ لِلْعَقْرَبَةِ لِمَ لَا تَمْشِينَ فِي ٱلشِّتَاء قَالَتْ

مِنْ حُسْنِ فِعْلِي مَعَهُمْ فِي الصَّيْف

2557. Scorpioni dicebatur: Quamnam ob causam hiemis tempore tu non incedis? Respondebat: Quod tempore aestatis erga eos pulchre ago. D.

٢٥٥٧ يَقُول لَك يَا كَنَّة حَتَّى تَسْمَعِي يَا جَارَه

2557. Dicit tibi: O nurus! ut tu, o vicina! audias. G.

٢٥٥٨ لَا تَقُلْ بِغَيْرِ تَفْكِير وَلَا تَعْمَل بِغَيْرِ تَدْبِير

2558. Ne sine cogitatione loquaris neque sine prudente institutione opus facias! A.

In codicis altero loco تفكر et تدبر legitur.

٢٥٥٩ لَا تَقُلْ فِي غَيْبَةِ أَخِيك مَا لَا تَقُولُه بِحَضْرَتِه

2559. Ne absente fratre tuo id loquaris, quod praesente eo non loqueris. A.

٢٥٦٠ لَا تَقُلْ فِي غَيْبَةِ الْمُلُوك مَا لَا تَقُول بِحَضْرَتِهِم

2560. Ne in absentia regum id dicas, quod iis praesentibus non dicis. B.

٢٥٦١ لا تَقُلْ لا بَعْدَ ما قُلْتَ نِعَم

2561. Ne dicas: Non, postquam certe dixisti. D.

٢٥٦٢ لا تَقُولَ لِلْجَرِى كَيْفَ جَرَى كُلُّ شَىْءٍ بِقَدْرٍ وَقَضَاء

2562. Ne dicas rei contingenti: Quomodo contigit? Omnis res per fatum decretumque divinum est.

Vocem للجرى loco verborum للذى جرى positum esse puto, in codice Gott. enim legitur: لا تقول للذى جرى كيف جرى لان هذا كله بعلمه تعالى

٢٥٦٣ لا تَقُولَ لِلْمُغَنِّى غَنِّى

2563. Ne canenti dicas: Cane!

In codice Gott. hisce verbis praecedit: للمصلى صلى „preces facienti, preces fac!“

٢٥٦٤ قُلِ الْحَقَّ وَإِلَّا أَسْكُتْ

2564. Veritatem dic; sin aliter, tace! D.

٢٥٦٥ قُولُوا بِقَوْلِكُمْ وَلَا يَسْتَجْرِيَنَّكُمُ الشَّيْطَانُ

2565. Dicite verbum verbum et ne Satanas vos procuratores suos constituat!

Hisce verbis Mohammedes virum vituperavit, qui eum laudans dixerat: انت افضل قريش قولا واعظمها فعلا „Tu inter gentem Koraisch sermone praestantissimus et factis maximus es“. Monet proverbium, ne in laude mo-

dum excedamus, ut loquendo Satanae quasi procuratores ad homines decipiendos simus. Sam.

٢٥٦٦ قَدْ قِيلَ ان الانْسانَ هُوَ ابْنُ نُقْصَان

2566. Dictum est: Hominem filium defectus esse. G.

Sed fieri potest, ut قد قيل pars sententiae non sit.

٢٥٦٧ ما يُقَال لِكُلِّ الْوُجُوه مَرْحَبًا

2567. Non omni facici dicitur: Bene venisti! D.

٢٥٦٨ قَوْلُ الْمَرْءِ يُخْبِرُ عَمَّا فِى قَلْبِه

2568. Viri verbum, quae in animo sunt, nuntiat. A. D.

٢٥٦٩ ما قَوْلُ قَايِلٍ مَقْتُولِ

2569. Quaenam verba dicentis sunt, qui morti dicatur?

Verba haec Ohbaid ben-Alabraz dixisse fertur, quum Alnohmanus die infausto eum occisurus rogaret, ut versus diceret. Citab Alaghani.

٢٥٧٠ قَوْلُه وبَوْلُه سَوَاء

2570. Ejus verbum ejusque urina aequalia sunt. D.

٢٥٧١ قَامَ عَلَى مَنْزَعَةٍ زَلِخٍ فَزَلَّ

2571. Super saxo ad puteum in lubrico loco stetit; lapsavit igitur.

Legitur quoque زلج, id quod fere idem designat. De viro proverbium adhibetur, qui rem periculosam suscipiens in interitum irruit. Sam.

٢٥٧٢ لا يَقُومُ بَطْنُ نَفْسِهِ

2572. Venter ipsius non stat.

Tantum, ut se nutriat, ei non est. De vili, debili adhibetur. S a m.

٢٥٧٣ ما تَقُومُ رَابِضَتُهُ

2573. Praeda ejus jactu occisa non stat!

De viro perito adhibetur. Dj.

٢٥٧٤ قَيِّمِ الكَلْبَ وَٱقْعُدْ مَكَانَهُ

2574. Surgere fac canem ejusque loco sede! D.

٢٥٧٥ قَوْمٌ كَأَنَّهُمْ أَغْنِيَاءُ وَلَا شَيْءَ لَهُمْ وَقَوْمٌ كَأَنَّهُمْ مَسَاكِينُ وَلَهُمْ غِنًى كَثِيرٌ

2575. Gens, quae opulenta esse videtur, dum nil possidet et gens, quae pauper esse videtur, dum magnas divitias habet. G.

Salomoni tribuitur. c o n f. P r o v. S a l o m. **13, 7.**

٢٥٧٦ القَائِمُ بِرَغِيفٍ وَالقَاعِدُ بِرَغِيفٍ

2576. Stans cum libo et sedens cum libo. D.

Videtur decretum divinum spectare, ex quo cuilibet sive stet sive sedeat, res contingunt.

٢٥٧٧ قَائِمَةٌ تَنْمِي وَعَقْلٌ يَخْزَى

2577. Pes crescit et mens abjecta est. D.

٢٥٧٨ قَيِّدْ قُيُودَكَ بِالقَيْدِ الوَاثِقَةْ

2578. Vincula tua firmiter constringe!

٢٥٧٩ قَيِّدُوا العِلْمَ بِالكِتَابَةْ

2579, Scientiam per scripturam vincite! A. D.

٢٥٨٠ قَيِّدُوا نِعْمَةَ اللَّهِ بِالشُّكْرِ

2580. Dei gratiam gratiis agendis vincite! D.

٢٥٨١ كَأْسُ المَوْتِ دَايِرٌ عَلَى الجَمِيعِ مُفْنِي الأُمَمِ

2581. Poculum mortis ad omnes pervenit, gentes perdens. G.

٢٥٨٢ فِي كَأْسِ الجَسَدِ لَا تَشْرَبِ الخَمْرْ

2582. In poculo corporis vinum ne bibas. D.

Sed in codice D. الخمور, in codice Par. الخمر legitur.

٢٥٨٣ هَلْ يَكُبُّ ٱلنَّاسَ على مَنَاخِرِهِمْ إِلَّا حَصَايِدُ

ٱلسِّنَتِهِمْ

2583. Non homines in faciem prosternit alia res, quam linguarum suarum messes. Conf. Harir. praef. 3. 4.

٢٥٨٤ مَنْ كَبُرَتْ هِمَّتُهُ كَثُرَتْ قِيمَتُهُ

2584. Qui in proposito suo ad altiora tendit, ejus valor magnus est. A.

٢٥٨٥ أَكْبَرُ مِنْكَ بِيَوْمٍ أَعْرَفُ مِنْكَ بِسَنَةٍ

2585. Qui uno die major natu est, quam tu, is uno anno gnarior est, quam tu. D. G.

٢٥٨٦ مَنْ تَكَبَّرَ عَلَى النَّاسِ ذَلَّ وَمَنْ سَفِهَ عَلَيْهِمْ شُتِمَ

2586. Qui erga homines superbum se gerit, vilis est et qui erga eos imprudens est, contumelia adficitur. A.

٢٥٨٧ مَنْ تَكَبَّرَ فَقَدْ أَخْبَرَ عَنْ رَذَالَةِ نَفْسِهِ وَمَنْ تَوَاضَعَ فَقَدْ أَظْهَرَ زَكْوَةَ طَبْعِهِ

2587. Qui superbe se gerit, de animae suae vili conditione certiores nos facit et qui cum modestia agit, puritatem naturae suae nobis ostendit. A.

Vocem زكوة ex conjectura scripsi; in codice كرة legitur.

٢٥٨٨ كَمْ كَبْشٍ عِنْدَ ٱلرَّاعِي وَ(كَمْ) خَرُوفٍ عِنْدَ ٱلشَّوَّاءِ

2588. Quot arietes apud pastorem sunt et (quot) agni apud coquum sunt. D.

Addidi vocem كم posteriorem ex conjectura.

٢٥٨٩ لَا تَكْتُهُ أَوْ تَكُتَّ ٱلنُّجُومَ

2589. Eum non numerabis aut stellas numerabis.

I. e. Ut stellas numerare non potes, sic eum non numerabis.

٢٥٩٠ مَنْ كَتَمَ سِرَّهُ أَحْكَمَ أَمْرَهُ

2590. Qui secretum suum celat, is rem suam confirmat. A.

٢٥٩١ مَنْ كَتَمَ سِرَّهُ بَلَغَ مُرَادَهُ

2591. Qui secretum suum celat, desiderio suo potitur. D. G.

٢٥٩٢ مَنْ كَتَمَ سِرَّهُ سَرَّهُ وَأَمِنَ شَرَّهُ وَمَنْ حَكَّمَ لِسَانَهُ شَانَهُ وَأَفْسَدَ شَانَهُ

2592. Qui secretum suum celat, gaudio adficitur et a malo ejus securus est et qui linguae suae potestatem concedit, is dedecore adfectus rem suam corrumpit. A.

٢٥٩٣ مَنْ كَتَمَ سِرَّهُ مَلَكَ نَفْسَهُ

2593. Qui secretum suum celat, se ipsum regnat. G.

٢٥٩٤ ما كَتَمْتَهُ مِنْ عَدُوِّكَ فَلا تَطْعَنْ عَلَيْهِ صَدِيقَكَ

2594. Quod ab inimico tuo occultas, de eo amicum tuum ne vituperes! B.

٢٥٩٥ أَكْتُمْ عَيْبَ أَخِيكَ بِما تَعْلَمُ مِنْ نَفْسِكَ

2595. Vitium fratris tui cela, quia tui ipsius conditionem novisti. A.

٢٥٩٦ مَنْ كَثُرَ إِحْسَانُهُ كَثُرَ إِخْوَانُهُ

2596. Cujus beneficium multum est, ejus fratres multi sunt. B.

٢٥٩٧ مَنْ كَثُرَ كَلَامُهُ زَلَّ

2597. Cujus sermo multus est, errat. D.

٢٥٩٨ مَنْ كَثُرَ كَلَامُهُ كَثُرَ آثَامُهُ

2598. Cujus verba multa sunt, ejus peccata multa sunt. A.

٢٥٩٩ مَنْ كَثُرَ كَلَامُهُ كَثُرَ مَلَامُهُ

2599. Cujus sermo multus est, ejus vituperium multum est. A. B.

٢٦٠٠ مَنْ كَثُرَ مِنْ شَيْءٍ عُرِفَ بِهِ

2600. Qui rem saepe facit, ea notus fit. D.

٢٦٠١ . مَنْ كَثُرَ هُجْرُهُ وَجَبَ هَجْرُهُ

2601. Cujus sermo turpis frequens est, eum fugere debemus. A. B.

٢٦٠٢ اذا كَثُرَتِ الْأَيْدِى شَاطَ الْعَدَسُ

2602. Quum manus multae sunt, lentes aduruntur (in coquendo). D.

٢٦٠٣ اذا كَثُرَتِ الرُّهْبَانُ خُرِبَتِ الْكَنِيسَةُ

2603. Quum monachi multi sunt, ecclesia vastatur. D.

Paulo aliter in Rostgaardii libro:

٢٦٠٤ مَنْ كَثُرَتْ مَخَافَتُهُ قَلَّتْ آفَتُهُ

2604. Cujus metus multus est, ejus damnum parvum est. A.

٢٦٠٥ مَنْ أَكْثَرَ النَّوْمَ لَمْ يَجِدْ فِى عُمْرِهِ بَرَكَةً

2605. Qui multum dormit, is in vita sua abundantiam non consequitur. A.

٢٦٠٦ مَنْ أَكْثَرَ العُدْوَانَ لَمْ يَأْمَنْ أَبَدًا ومَنْ سَلَكَ العَدْلَ لم يَخْشَ أَحَدًا

2606. Qui multam inimicitiam exercet, nunquam securus est et qui via injustitiae incedit, neminem timet. A.

٢٦٠٧ مَنْ أَكْثَرَ مِنْ مُذَاكَرَةِ العُلَمَاءِ لَمْ يَنْسَ ما تَعَلَّمَ وَٱسْتَفَادَ ما لَمْ يَتَعَلَّمْ

2607. Qui doctorum saepe meminit, eorum non obliviscitur, quae didicit et id acquirit, quod non didicit. D.

٢٦٠٨ لا تُكْثِرْ مِنْ عِشْرَةِ المُلُوكِ يَمَلُّوكَ

2608. Ne mutuam consuetudinem cum regibus frequenter habe, nam tui fastidium habebunt. D.

٢٦٠٩ كَثْرَةُ الإِخْوَانِ مَعُونَةٌ على الزَّمَانِ

2609. Fratrum multitudo contra tempus auxilium est. D.

٢٦١٠ كَثْرَةُ الاِسْتِمَاعِ تُرِثُ الاِنْتِفَاعَ وكَثْرَةُ السُّؤَالِ تُرِثُ المَلَالَ

2610. Multum audire commodum parat et multum interrogare, taedium parat. A.

ترث videtur pro تورث, nam forma prima non bene admittitur.

٢٦١١ كَثْرَةُ الأَيَادِى تحرق الطَّعامات

2611. Multae manus cibos comburunt (corrumpunt). Sed de voce حرق dubito.

٢٦١٢ كَثْرَةُ التَّجَارِب زِيَادَةٌ فى العَقْل

2612. Multitudo experientiarum prudentiam auget. G.

٢٦١٣ كَثْرَةُ الجَرَاد تُرْخِصُ اللَّحْمَ

2613. Multitudo loctustarum efficit, ut caro vilis pretii sit. D.

٢٦١٤ كَثْرَةُ الرُّوسَاء تُغَرِّق المَرَاكب

2614. Multitudo principum naves submergit. conf. Meid. 24, 535.

٢٦١٥ كَثْرَةُ الزِّيَارَة تورث المَلَل

2615. Multa visitatio fastidium parit. A.

٢٦١٦ كَثْرَةُ القُرْب الى النَّاسِ تَجْلُب السُّوء

2616. Multa hominum propinquitas malum adducit. D.

٢٦١٧ كَثْرَةُ الكَلَام تُزِلُّ اللِّسَان وتُمِلُّ الإِخْوَان

2617. Sermonis multitudo efficit, ut lingua erret et fratres fastidium capiant. B.

٢٦١٨ كَثْرَةُ النُّصْحِ تَحْمِلُ عَلَى سُوءِ ٱلظَّنِّ

2618. Multa monita malam opinionem excitant. A.

٢٦١٩ كَثْرَةُ النَّوْمِ تَجْلُبُ الدَّمَارَ وتَسْلُبُ الأَعْمَارَ

2619. Multus somnus interitum adducit et vitas rapit. A.

٢٦٢٠ كَثْرَةُ الوَقَعَاتِ تُعَلِّمُ الطِّفْلَ المَشْيَ

2620. Multitudine lapsus infans ambulare discit. G.

٢٦٢١ إِيَّاكُمْ وكَثْرَةَ الضَّحِكِ فإِنَّهَا تُمِيتُ القَلْبَ وتُورِثُ النِّسْيَانَ

2621. Caveté multum risum, is enim animum occidit et oblivionem producit. A.

٢٦٢٢ مِنْ كَثْرَةِ لَحَظَاتِهِ دَامَتْ حَسَرَاتُهُ

2622. Ob multos ejus intuitus, suspiria ejus continua sunt. D.

٢٦٢٣ كَثِيرٌ مِنَ الأُمُورِ لا يَصْلُحُ إِلَّا بِقَرَايِنِهَا لا يَصْلُحُ العِلْمُ بِغَيْرِ وَرَعٍ ولا الحِفْظُ بِغَيْرِ فَهْمٍ ولا الجَمَالُ بِغَيْرِ حَلَاوَةٍ ولا الحَسَبُ بِغَيْرِ أَدَبٍ ولا السُّرُورُ بِغَيْرِ أَمْنٍ ولا الغَنَاءُ بِغَيْرِ كِفَايَةٍ ولا الاجْتِهَادُ بِغَيْرِ تَوْفِيقٍ

2623. Multae res nonnisi rebus cum iis conjunctis bonae sunt; doctrina nonnisi cum timore Dei conjuncta, memoria cum ingenio, pulchritudo cum morum suavitate, nobilitas majorum cum bonis moribus, gaudium cum securitate, divitiae cum sufficientia, studium cum Dei auxilio. A.

٢٦٢٤ كَثِيرٌ مِنَ الحَطَب يَكْفِيه قَلِيل مِنَ النَّارِ

2624. Multo ligno parum ignis sufficit. D.

٢٦٢٥ إِنْ كَذَبَ ٱلْغَنِيُّ قَالوا صَدَق وَإِنْ رَقَص قالوا مَلِيح

2625. Si dives mentitur, dicunt: verum dixit et si saltat, dicunt: pulchrum est. G.

٢٦٢٦ الكَذِب حَبْلُه قَصِير

2626. Mendacii funis brevis est. G.

٢٦٢٧ الكَذِبُ دَاءٌ والصِّدْق دَوَاء

2627. Mendacium morbus et veritas remedium est. A.

In codice G. loco vocis دواء legitur شفاء.

٢٦٢٨ الكَذِبُ ذُلٌّ والصِّدْق عِزٌّ

2628. Mendacium vilitas et veritas honor est. A.

٢٦٢٩ الكَذِبُ صِفَةُ المُنَافِقِين

2629. Mendacium qualitas hypocritarum est. G.

٢٦٣٠ اَلْكَذِبُ لَا يُسْتَحْسَنُ إِلَّا مِنَ الشُّعَرَاءِ

2630. Mendacium pulchrum non putatur, nisi si a poetis provenit. B.

٢٦٣١ اَلْكَاذِبُ وَالْمَيِّتُ سَوَاءٌ لِأَنَّ فَضِيلَةَ الْحَيِّ النُّطْقُ

وَإِذَا لَمْ يُوثَقْ بِكَلَامِهِ فَقَدْ بَطَلَتْ حَيَوتُهُ

2631. Mentiens et mortuus aequales sunt, quia viventis praestantia loquela consistit. Si ejus sermoni fiducia haberi non potest, ejus vita irrita est. A.

٢٦٣٢ أَكْذَبُ مِنْ نُمَيَّةَ

2632. Magis mentiens quam palumbes torquatus. Schar.

Conf. Meid. 22, 217. Vocabulum نمية in scholis voce فاختة explicatur. Sam. Schar.

٢٦٣٣ مَنْ كَرُمَ خُلْقُهُ وَجَبَ حَقُّهُ وَمَنْ ساءَ خُلْقُهُ

ضَاقَ رِزْقُهُ

2633. Cujus indoles generosa est, ejus jus necessarium est et cujus indoles prava est, ejus portio parva est. A.

٢٦٣٤ مِنْ كَرَمِ الْكَرِيمِ الدَّفْعُ عَنِ الْحَرِيمِ

2634. Generosi est uxores defendere.

Verba haec Aufus ben-Haritsah protulit. Sam.

٢٦٣٥ أَكْرِمُوا ٱلصَّرِيع

2635. Prostratum honorate!

Proverbium vulgo usitatum, ne contra infelicem potestate nostra usi vindictam sumamus, monet. Cod. Abu-Ohb.

٢٦٣٦ مَنْ أَكْرَمَ أَبَاهُ طَالَتْ أَيَّامُه

2636. Qui patrem suum honorat, ejus dies multi sunt. D.

٢٦٣٧ لا يُكْرَمُ ٱلْمَرْءُ فِى مَنْزِلِه ولا يُهَان

2637. Vir in sua domo neque honoratur neque despicitur. D.

٢٦٣٨ الكَرِيم إِذَا رَهَنَ لِسَانَه بِالإِيجَابِ فَكِهَ بِالإِنْجَازِ

2638. Generosus si linguam promissis oppigneravit, perficienda re laetus est. B.

٢٦٣٩ الكَرِيمُ طَرُوب

2639. Generosus commotus est.

I. e. Alacritas eum movet, dum vilis naturam duritiem occupabit. Sam. Schar.

٢٦٤٠ الكَرِيمُ هُوَ ٱلَّذِى يُخْفِى كَرَمَهُ حَتَّى لا تَعْلَمَ شِمَالُهُ ما تُنْفِقُ يَمِينُه

2640. Generosus est, qui generositatem suam oc-

cultat, ita ut ejus sinistra manus nesciat, quid ejus dextera eroget. A.

٢٦٤١ انّ الكَرِيمَةَ يَنْصُرُ الكَرَمَ ابنُها وابنُ اللَّئِيمَةِ
لِلئَام نَصُور

2641. Generosae filius generosis auxilium fert, et filius vilis vilium adjutor est. Abu-Mohammed. Alahrabi Ham. p. 664.

Versus metri Camel est.

٢٦٤٢ اُكْرُهْ لِنَفْسِك ما كَرِهْتَهُ لِغَيْرِك

2642. Ne tibi permittas, quod aliis permittere non vis. A.

٢٦٤٣ لا كَسَبَ ثَوَابَهُ ولا خَلَّاهُ لِصَاحِبِه

2643. Ne remuneratione sua potiatur neque socio suo eam relinquat! D.

٢٦٤٤ اكْتَسِبْ أَدَبًا تَكْتَسِبْ نَسَبًا

2644. Si animi culturam acquiris, gloriam acquires. A.

٢٦٤٥ رُبَّمَا كَسَدَتِ الْيَوَاقِيت فِى بَعْضِ الْمَوَاقِيت

2645. Interdum hyacinthi quibusdam temporibus emtores non inveniunt. D.

٢٦٤٦ كُسِرَ بَيْنَهُمْ رُمْح

2646. Lancea inter eos fracta fuit.

I. e. Inimici facti sunt.

٢٦٤٧ اُنكَسَرَتْ شَوْكَتُهُ

2647. Spina ejus fracta est.

Robur et potestas ejus evanuit. Schar.

٢٦٤٨ لولا الكَاسُورَة ما عُمِّرت الفَاخُورة

2648. Si olitores non fuissent, herba Majorana culta non esset. G.

٢٦٤٩ الكَسَلُ وكَثْرَةُ النَّوم يُبْعِدَان مِنَ اللَّهِ

ويُورِثَانِ الفَقْر

2649. Pigritia et multus somnus a Deo removent et paupertatem adducunt. G.

٢٦٥٠ تَكَاسُلُ المَرْءِ فِي الصَّلوة مِنْ ضُعْفِ الإِيمَان

2650. Quum vir in precibus faciendis segnis est, hoc fidei infirmae indicium est. D.

٢٦٥١ مَنْ كَسَاهُ الحَيَاءُ ثَوْبَهُ حَجَبَ عَنِ النَّاسِ عُيُوبَه

ومَنْ نَشَرَ صَبْرَه طَوَى عَنِ النَّاسِ أَمْرَه

2651. Quem pudor veste sua tegit, is vitia sua ab hominibus occultat et qui patientiam suam expandit, is rem suam ab hominibus complicat. A.

٢٦٥٢ لا تَكْشِفْ سِرَّكَ لِلْقَرُود

2652. Ne similis secretum tuum detegas! D.

٢٦٥٣ هٰذا الكَعْك ما هُوَ مِنْ ذاك العَجِين

2653. Hic panis bis coctus ex illa farinae massa non est. D.

٢٦٥٤ مَنْ كَفَّ لِسَانَهُ عَنِ المَذَام كُفَّتْ عَنْهُ أَلْسِنَةُ الأَنَام

2654. Qui linguam suam a rebus vituperandis cohibet, ab eo hominum linguae cohibentur. A.

٢٦٥٥ كَفُّ الغَضَب تَمَامُ حُسْن الخَلْق

2655. Cohibere iram est perfectio pulchritudinis formae corporis. B.

٢٦٥٦ الكَفُّ عَنِ الشَّهَوات غِنًى

2656. Cupiditatibus se abstinere opulentia est. G.

٢٦٥٧ مَنْ كَفَرَ النِّعْمَةَ اسْتَوْجَبَ السَّلْب وحُرِمَ المَزِيد

2657. Qui pro beneficio gratias non agit, meret, ut eo privetur et impedit, quominus augeatur. A.

٢٦٥٨ كُفْرَانُ النِّعْمَة مُزِيلُهَا

2658. Ingratitudo efficit, ut beneficium cesset. A.

٢٦٥٩ كَافِرِين ومُرْزَقِين

2659. Increduli et res ad vitam necessariam accipientes! D.

٢٦٦٠ الذى كَفَل الغَرِيب يُبْتَلَى بالشَّرِ ومَنْ يَحْذَر الفِخاخ يكون مُطْمَأنًّا

2660. Qui peregrini sponsor est, malo adficitur et qui laqueos cavet, tranquillus est. G.
Salomoni tribuitur. Conf. prov. Sal. 11, 14.

٢٦٦١ كَفْنُ النِّعْمَةِ لُؤْم وصُحْبَةُ الجَاهِل شُؤْم

2661. Occultare beneficium vilitas est, cum insipido consortium habere infelicitas. A.

٢٦٦٢ كفَا أَدَبًا لِنَفْسِك ما كَرِهْتَه مِنْ غَيْرِك

2662. Omnis res, quae tibi in alio ingrata est, te mores docere potest. B.

٢٦٦٣ كَفَى بالشَّيْبِ داءً

2663. Senectus morbus sufficiens est. A.

٢٦٦٤ كَفَى للحَسُود حَسَدُه

2664. Invido invidia sua sufficit. A.

٢٦٦٥ كَفَاك مِنْ عُيُوب الدُّنْيَا أَنْ لا تَبْقَى

2665. Contra vitia hujusce mundi te defendit id, quod non durat. A. B.

٢٦٦٦ يَكْفِيك بالحَسِد أنَّه يَغْتَمّ عِنْدَ سُرُورِك

2666. Invidum ex eo cognoscere potes, quod in gaudio tuo moerore adficitur. D.

Vox الحسد pro الحاسد videtur.

٢٦٦٧ يَكْفيك مَا بَلَّغَك المَحَلّ

2667. Tibi id sufficit, quod ad locum te perducit.

Dixit poeta:

مَنْ شَاء أَنْ يُكْثِرَ أَوْ يُقِلَّا يَكْفِيهِ ما بَلَّغَهُ المَحَلَّا

Qui aut divitis aut pauperis modo se gerit, ei id sufficit, quod ad locum ipsum perducit. Metrum Sarih est

Duplex explicandi modus est. Aut sensus est: postquam satiatus es, hominibus omnia, quae possides, da, aut: pauco contentus esto! Cod. Abu-Ohbaid.

٢٦٦٨ كُلُّ أَحَدٍ يَجُرُّ النَّارَ إِلَى قُرْصِهِ

2668. Unus quisque ad panem suum ignem trahit. D.

٢٦٦٩ كُلُّ أَحَدٍ مُخَطَّتُهُ فِي فَمِهِ حُلْوَةٌ

2669. In cujuslibet ore mucus nasi sui dulcis est. D.

Vocabulum مخطة videtur pro مخاطة

٢٦٧٠ كُلُّ أَخٍ مُفَارِقُهُ أَخُوهُ لَعَمْرُ أَبِيكَ إِلَّا الفَرْقَدَانِ

2670. Ab omni fratre frater se separat, exceptis stellis duabus Farkadan.

Tempus omnes homines separat; illae autem stellae semper conjunctae sunt. Cod. Abu-Ohbaid.

٢٦٧١ كُلُّ امْرِئٍ فِي شَانِ نَفْسِهِ سَاعِي

2671. Omnis vir rei suae operam dat. D.

٢٦٧٢ كُلُّ إِنْسَانٍ بناس (l. بِأُنَاسٍ) الى شَكْلِه وكُلُّ طَيْرٍ لا يأْلَفُ الَّا إِلى جِنْسِه

2672. Quilibet homo cum eo, qui ipsi similis est, consuescit et quaelibet avis ad eas, quae ejusdem generis sunt, adsuescit. A.

٢٦٧٣ كُلُّ إِنْسَانٍ يُنْسَبُ الى ما كانَ يَفْعَلُه ويُذْكَرُ بما كان يَعْمَلُه

2673. Cuilibet viro id, quod faciebat, tribuitur et e ratione ejus, quod agebat, hominis mentio fit. A.

٢٦٧٤ كُلُّ جَدِيدٍ لَه لَذَّةٌ أَمَّا العَتِيقُ عَلَيْه السَّلام

2674. Cuilibet novo voluptas est; sed vetus a nobis salutatum sit! D. G. conf. Meid **23**, 582.

٢٦٧٥ كُلُّ حَجَرَةٍ لَه أُجْرَةٌ

2675. Cuilibet lapidi pretium est. D.

٢٦٧٦ كُلُّ حَرَكَةٍ وَفِيها بَرَكَةٌ

2676. In omni motu felicitas est. D.

٢٦٧٧ كل داخِلٍ يَنْفَع

2677. Omnis intrans utilis est. D.

٢٦٧٨ كل دَوْلَةٍ وَرِجَالُهَا

2678. Omnis dynastia et ejus viri. D. Conf. Meid. 23, 201.

٢٦٧٩ كل زَمَانٍ لَه دَوْلَةٌ وَرِجَال

2679. Cuilibet tempori dynastia (v. vicissitudo) et viri sunt. D. G.

٢٦٨٠ كُلُّ زمانٍ يُعْطِى حُكْمَه

2680. Quodvis tempus imperium (judicium) suum fert. G

٢٦٨١ كل سَبُع فى غَابِه زُهَا

2681. Omnis fera in saltu suo agmen est. D.

٢٦٨٢ كل شَاةٍ بِفِعْلِها تُطَالَب

2682. Omnis ovis ob actionem suam punitur. D. Conf. Meid. 22, 15.

٢٦٨٣ كل شَىْءٍ اِذَا كَثُرَ رَخُصَ اِلَّا العَقْل

2683. Omnis res, quum multa est, vilis pretii est, excepto ingenio. D.

In codice A. additur. فانه اذا كثر غلا „nam id, si multum est, magni pretii est.“

٢٦٨٤ كُلُّ شَىْءٍ بِدَيْن حَتَّى اللَّطْم على الخَدَّيْن

2684. Omnis res est debitum (v. ob debitum) et ipsa genarum percussio. D.

٢٦٨٥ كل شَىْءٍ لا بُدَّ لَه مِن اِنْتِهاء

2685. Cuilibet rei necessario finis erit. G.

٢٦٨٦ كل شى لا يُوَافِقُ الأَحْمَقَ فاعلَمْ أَنَّهُ الصَّوَاب

2686. Omnis res, cui stupidus non adsentit, rectam eam esse scito! B.

٢٦٨٧ كل شى يُحسِبنى الَّا الجُرَيْب فانه يُرْوِينِي

2687. Omnis res mihi sorbendum dat, sed fluvius Aldjoraib potu me satiat.

Verba ista planitiei الرمة appallatae in regione Nedjd tribuuntur. Djoraib autem magni fluvii nomen est, qui in illam planitiem effunditur. Kam.

٢٦٨٨ كل شَىْ يَمِيل الى شَكْله

2688. Omnis res ad rem ipsi similem inclinat. A.

٢٦٨٩ كُلُّ شَىْءٍ يَنْفِر مِنْ ضِدِّه ويَمِيل إِلى نِدِّه ولا يَأْلَف الإِنْسَان الَّا نَظِيرَه

2689. Omnis res rem, quae ipsi contraria est, fugit et ad rem, quae similis est, inclinat et homo nonnisi ad eum adsuescit, qui ipsi similis est. A.

٢٦٩٠ كُلُّ صاحِبِ عِلْم مُحْتَاج الى عِلْم

2690. Cuilibet, qui scientiis operam dat, scientia (doctrina) necessaria est. A.

٢٦٩١ كُلُّ ضَيْعَة ولها دَرْب الى المَدِينَة

2691. Omni praedio via ad oppidum ducens est. D.

٢٦٩٢ كل طَايِرٍ يَصِيدُ قَدْرَه

2692. Omnis avis tantum, quantum ei sufficit, venatur. Sam.

٢٦٩٣ كُلُّ طَيْرٍ يَسْتَلِذُّ بِصَوْتِهِ

2693. Omnis avis sua voce laetatur. G.

٢٦٩٤ كل طَوِيلِ الذَّقَنِ قَلِيلُ العَقْل

2694. Quilibet longo mento praeditus parum ingenii habet. D.

٢٦٩٥ كُلّ عالِمٍ الذى لا يَعْمَل بِعِلْمِهِ فَهُوَ واللِّصّ سَوَاء وكُلُّ غَنِىٍّ لَيْسَ لَه رَاحَةٌ فَهُوَ والفَقِيرِ سَوَاء وكل رَجُل ليس له عَقْل فَهُوَ والبَهِيمة سَوَاء وكُلُّ حُرَّة لَيْسَ لها حَيَاء فَهِىَ والأَمَة سَوَاء

2695. Quivis doctus, qui in agendo doctrinam suam non adhibet, latroni aequalis est et quivis dives, cui quies non est, pauperi aequalis est et quivis vir, cui prudentia non est, bruto aequalis est et quaevis femina nobilis, cui pudicitia non est, servae aequalis est. A.

٢٦٩٦ كل عُقْدَة ولَها طَعْم

2696. Omni succo spisso gustus est. D.

٢٦٩٧ كُلُّ عَلِيلٍ بِعَقَاقِيرِ بِلَادِهِ يُدَاوَى

2697. Omni aegroto in plantis aromaticis regionis suae remedium adfertur. D.

٢٦٩٨ كُلُّ عُودٍ فِيهِ دُخَانُهُ

2698. In quolibet ligno fumus suus est. D. Conf. Meid. 23, 203.

٢٦٩٩ كُلُّ فُولٍ لَاهٍ فِي نُوَّارِهِ

2699. Omnis faba flore suo delectatur. D.

٢٧٠٠ كُلُّ قَبْرٍ مَشْغُولٌ بِبِلَادِهِ

2700. Omne sepulcrum sua regione occupatum est. D.

٢٧٠١ كل كَرَّةٍ ما تَسْلَمُ الجَرَّةُ

2701. Non omni vice hydria salva est. D. Conf. Fakih. Alchol. p. 19. l. 5.

٢٧٠٢ كُلُّ كَلَامٍ وَلَهُ جَوَابٌ

2702. Cuilibet sermoni responsum est. D.

٢٧٠٣ كُلُّ ما فَاتَنِي مِنَ الدُّنْيَا غَنِيمَةٌ

2703. Omnis res mundi, quae me fugit, praeda est. D.

٢٧٠٤ كُلُّ مُبْتَدَاءٍ لَهُ ٱنْتِهَاءٌ

2704. Cuilibet initio finis est. D. G.

In altero loco codicis D. legitur: لكل ابتداء انتهاء

٢٧٠٥ كل مُجْتَهِد ولَهُ نَصِيب

2705. Cuilibet diligentiam adhibenti portio est. D.

٢٧٠٦ كل مُجْدٍ مَعَ النَّوَاكة مُودٍ

2706. Omnis cum stultitia dona dans perit.

I. e. Stulto divitiae inutiles sunt. Laudatur igitur prudentia. Sam.

٢٧٠٧ كلُّ مِحْنَةٍ الى زَوَال وكُلُّ نِعْمَةٍ الى ٱنْتِقَال

2707. Omnis calamitas cessatura est et omnis vitae commoditas ad alios perventura est. A.

٢٧٠٨ كُلُّ مَطَرَةٍ فى نِيسَان خَيْرٌ مِنَ السِّكَّة والفَدَان

2708. Omnis pluvia mense Nisan melior est, quam vomis et biga boum arantium. D.

٢٧٠٩ كل من ٱتَّقَى ٱلْتَقَى

2709. Omnis qui timet, occurrit. G.

٢٧١٠ كل مَنْ خَالَف بما أَمَرَهُ اللّٰهُ أَحْوَجَه الله

2710. Omnis, qui in eo, quod Deus eum jussit, adversatur, cum Deus cogit. G.

٢٧١١ كل مَنْ فى يَدِه حَجَرَة رَمَاه فى بِئْر

2711. Omnis qui in manu sua lapidem habet, in puteum eum jacit. D.

٢٧١٢ كل مَنْ يَدَّعِى بِما لَيْسَ فِيهِ كَذَّبَتْهُ شَوَاهِدُ الْامْتِحَانِ

2612. Qui sibi arrogat id, quod non possidet, eum probandi testimonia mendacii arguunt. D.

٢٧١٣ كل مَنْ يَعْمَل شيء قُدَّامَه يَمْشِى

2713. Omnis qui rem agit, ex adverso ejus incedit. D.

٢٧١٤ فَكُلُّ جَرِيحَةٍ لَهَا دَوَاء وسُوءُ الْخُلْقِ لَيْسَ لَهَا دَوَاء

2714. Omni vulneri remedium est; sed pravitati naturae remedium non est. D.

٢٧١٥ فى كُلِّ جَرْعَةٍ شَرْقَةٌ وفى كُلِّ أَكْلَةٍ غُصَّةٌ

2715. In quolibet haustu aquae praefocatio in gutture est et in quolibet esu angor. A.

٢٧١٦ فى كُلِّ شَىْءٍ سَرَفٌ الَّا فى الْمَعْرُوفِ

2716. In omni re nimium est nisi in virtute. D.

٢٧١٧ فى كُلِّ قَلْبٍ شُغْلٌ

2717. In omni corde negotium est, quo occupatur. A.

٢٧١٨ لِكُلِّ باطِنٍ ظاهِرٌ ولِكُلِّ أَوَّلٍ آخِرٌ

2718. Omni interno externum est et omni primo postremum A.

٢٧١٩ لكُلِّ بَنَاء أُسّ ولِكُلِّ تُرَاب غَرْس

2719. Cuilibet aedificio fundamentum est et cuilibet terrae res plantata est. A.

٢٧٢٠ لكُلِّ تاجِرٍ بِضَاعَةٌ (وبضاعة) الإنْسانِ العَقْل

ولكُلّ شَيْءٍ قِيَم وقِيَم الإنْسانِ العَقْل

2720. Cuilibet mercatori merx est; hominis merx autem ingenium est; cuilibet rei valor est; valor autem hominis ingenium est. A.

Vocem وبضاعة inclusam ex conjectura addidi.

٢٧٢١ لكُلّ داخِلٍ دَهْشَة فدَوَاءه التَّحِيَّة

2721. Omni intranti stupor est, cujus remedium salutatio est. D. conf. Meid. 23, 75.

٢٧٢٢ لكُلّ شَيْءٍ دَعَامَة ودَعَامَة الإنْسانِ عَقْلُه فبِقَدْر

عَقْلِه تَكُون مَرْتَبَتُه

2722. Cuilibet rei fulcimentum est et hominis fulcimentum ingenium est; tum e ratione ingenii gradus dignitatis ejus est. A.

٢٧٢٣ لكل شَيْءٍ سَبَبٌ

2723. Cuilibet rei causa est. D.

٢٧٢٤ لكُلِّ شَيْءٍ سِرٌّ وسِرُّ الرَّاحِ السُّرُور

2724. Cuilibet rei secretum est et vini secretum gaudium est. D.

٢٧٢٥ لِكُلِّ شَيْءٍ طَرَفَانِ وَوَسَطٌ وَأَعْدَلُ الْأُمُورِ أَوْسَاطُهَا

2725. Cuilibet rei duae extremitates et medium sunt; justissima autem res media est. A.

٢٧٢٦ لِكُلِّ شَيْءٍ قُوتٌ وَابْنُ آدَمَ قُوتُ الْمَوْتِ

2726. Cuilibet rei est nutrimentum; mortis autem nutrimentum homo est. A.

٢٧٢٧ لِكُلِّ صَبَاحٍ صَبُوحٌ

2727. Cuilibet tempori matutino potus matutinus est. Sam.

٢٧٢٨ لِكُلِّ عَدَاوَةٍ مَصْلَحَةٌ إِلَّا لِعَدَاوَةِ الْحَسُودِ

2728. Cuilibet inimicitiae res est, qua deponi potest, sed inimicitiae invidi nulla talis res est. A.

٢٨٢٩ لِكُلِّ عَمُودٍ نَدًى

2729. Cuilibet columnae pluvia est.

Columna (palus) tentorii hoc in proverbio familiam designat. I. e Cuilibet familiae res ad vitam sustinendam necessariae a Deo concessae sunt. Sam. Sed conf. Meid. 23, 123.

٢٧٣٠ لِكُلِّ عَمَلٍ ثَمَرَةٌ مِنَ الثَّوَابِ وَالْعِقَابِ

2730. Cuilibet operi fructus est aut praemii aut poenae. conf. Calil. p. 267.

٢٧٣١ لِكُلِّ عَمَلٍ رِجَال

2731. Cuilibet operi viri sunt. Ebn-Challik. praef.

٢٧٣٢ لِكُلِّ قَذَرٍ قَذِر

2732. Cuilibet rei sordidae sordidus est.

I. e. Cuilibet rei pravae pravus est, qui eam suscipit. Sam.

٢٧٣٣ لِكُلِّ قُرَيْبَى قُرَيْبَى

2733. Cuilibet propinquitati propinquitas est.

Vocabulum قريبى deminutivum vocis قربى esse scholion docet, tum poetae versum sequentem proverbio similem esse dicit:

فَلَا تُفْشِ سِرَّكَ إِلَّا إِلَيْكَ فَإِنَّ لِكُلِّ نَصِيحٍ نَصِيحًا

Ne secretum alii quam tibi ipsi divulga, nam cuilibet amico amicus est. Metrum Motakarib est. Sam.

Proverbium Arabibus non genuinis proprium in astutia de eo, qui dolum suum celat, adhibetur. Harir. 417.

٣٠٥٥ نَصِيبُكَ يُصِيبُكَ

3055. Portio tua ad te perveniet. D.

٣٠٥٦ مَنْ نَصَحَ جَاهِلًا فَقَدْ عَادَاهُ

3056. Qui ignorantem sincere monet, is ei inimicus est. D.

٣٠٥٧ مَنْ نَصَحَكَ أَحْسَنَ إِلَيْكَ وَمَنْ وَعَظَكَ أَشْفَقَ عَلَيْكَ

3057. Qui sincerum consilium tibi dat, tibi benefacit et qui te monet, miseratione tui plenus est. A.

٣٠٥٨ نُصْحُ الْمُحِبِّ تَأْدِيبٌ وَنُصْحُ الْعَدُوِّ تَأْنِيبٌ

3058. Monito amici meliora edocemur, monito inimici dure vituperamur. A.

٣٠٥٩ ذا نُصْح شَوْلة النَّاصِحَة

3059. Hoc est monitum Schaulae fidelis.

Monitum, quod illa mulier dederat, ipsi perniciosum erat. Conf. Meid. 5, 129. 13, 153. 25, 131.

٣٠٦٠ النَّصْر مِنَ اللّٰه

3060. A Deo victoria est. G.

٣٠٦١ نُصْرَة الحَقّ شَرَفٌ ونُصْرَة الباطِل سَرَفٌ

3061. Defensio veritatis est nobilitas et defensio vani est prodigalitas. A.

٣٠٦٢ المُنْتَصِر أَعْذَر

3062. Se vindicans omnino excusatus est.

Qui injuria adflictus se vindicat, excusatione dignus est, non item qui injuriam infert ab altero haud laesus. Sam. Schar.

٣٠٦٣ نِصْف الأَلْف خَمْس مِائَة

3063. Dimidium numeri mille quingenti sunt. D.

٣٠٦٤ نِصْف العَقْل بَعْدَ الإِيمَانِ بِاللّٰه مُداراة النَّاس

3064. Dimidium prudentiae post religionem Dei est benigne tractare homines. D.

٣٠٦٥ أَنْصِفْ مِنْ نَفْسِك قَبْلَ أَنْ يُنْتَصَف مِنْك

3065. Erga te ipsum justus sis, priusquam alii a te justitiam postulant. A.

٣٠٦٦ ما أنصفك من كلّفك

3066. Non juste erga te egit, qui rem molestam tibi imposuit. D.

٣٠٦٧ لو ينصف الناس لاستراح القاضى

3067. Si homines juste agerent, judex quiete fruerctur. G.

٣٠٦٨ من لم ينصف من نفسه لم يخلّص من حزنه

3068. Qui per se ipsum justus non est, a tristitia sua non liberatur. A.

٣٠٦٩ أنضج أخوك ثم رمّد

3069. Bene coxit frater tuus, tum in cinerem conjecit.

De eo dicitur, qui primum bene actam rem corrumpit. Schar.

٣٠٧٠ نضرة الوجه فى الصدق

3070. Pulchritudo faciei in veritate est. A. B.

٣٠٧١ ما به نطيش

3071. Motus in eo non est.

Vocabulum نطيش genti Hudsailitarum proprium esse dixit Samachscharius. Alii بطيش scribunt, id quod a بطش convaluit a febri derivant. Sam.

٣٠٧٢ اَلنُّطْقُ بِغَيْرِ حِكْمَةٍ هَوَسٌ وَالصَّمْتُ بِغَيْرِ فِكْرٍ خَرَسٌ

3072. Loquela sine sapientia est amentia et silentium sine cogitatione status muti est. A.

٣٠٧٣ نَظَرْتُ إِلَيْهِ عَرْضَ عَيْنٍ

3073. Ex adverso ad eum oculos direxi. Sam.

٣٠٧٤ إِنْ نَظَرْتَ عُرْيَانٍ لَا تَقُلْ لَهُ أَيْنَ ثِيَابُكَ

3074. Si nudum vides, ne ei dicas: ubi vestes tuae sunt?

٣٠٧٥ اُنْظُرِ الْعَوَاقِبَ تَسْلَمْ مِنَ النَّوَائِبِ

3075. Si rerum eventus observas, a calamitatibus securus eris. G.

٣٠٧٦ اَلَّذِي تَنْظُرُهُ قُبَّةً تَظُنُّ أَنَّهُ مَزَارٌ

3076. Quem concameratum opus esse vides, eum visitatum esse putas. D.

In codice Paris. loco vocis تنظره legitur تقشعه.

٣٠٧٧ اَلنَّظَرُ فِي الْعَوَاقِبِ تَلْقِيحُ الْعُقُولِ

3077. Consideratio finis rerum mentes fecundat. Sam. Schar.

Hoc viro ابوحازم (Abu-Hasem) appellato tribuitur. Cod. Abu-Ohb.

٣٠٧٨ النَّظَرُ فى عَوَاقِبِ الأُمُورِ مِفْتَاحُ لأَبْوَابِ السُّرُورِ

3078. Consideratio finis rerum clavis portarum laetitiae est. B.

٣٠٧٩ النَّظْرَةُ الأُولَى حَمْقَاء

3079. Primus adspectus stultus est.

Decipit enim nos. Monet igitur proverbium, ne statim primo adspectu judicium feramus. Sam. Schar.

٣٠٨٠ مَنْ نَظَّفَ ثَوْبَه قَلَّ هَمُّه

3080. Qui vestem suam mundat, ejus curae paucae sunt. D.

٣٠٨١ مِنْ نَظَافَتِك يا فَتَى لِبْسُك الأَبْيَض فى الشِّتَاء

3081. Munditiei tuae indicium est, o juvenis, quod hiemis tempore vestes albae te tegunt. D.

٣٠٨٢ رُبَّ نَعْلٍ خَيْرٌ مِنْهُ الحَفَا

3082. Interdum nuditas pedis melior est quam calceus. D. Conf. Meid. 10, 50.

٣٠٨٣ يا حَبَّذَا المُنْتَعِلُون قِيَامًا

3083. O quam pulchri sunt, qui stantes calceos sibi indunt!

Narrant mulierem, quae seni nupta esset, juvenes vidisse, qui stantes calceos sibi induerent et optantem, ut uni eorum nupta esset, proverbii verba dixisse. Quod quum maritus audivisset, dixit, se stantem calceos sibi induere posse, at quum tentasset, eum crepitum ventris

emisisse. Uxorem tum dixisse: اذا ادعيت الباطل انجح بك „Quod si vanum tibi arrogas, te vincet.“ Proverbium significat, virum debilem cum robusto se comparare. S.

٣٠٨٤ نِعْمَ الهَدِيَّة الكَلِمَة مِنَ الحِكْمَة

3084. Quam praeclarum donum est verbum a sapiente prolatum! A.

٣٠٨٥ نِعْمَةُ الجَاهِلِ كَرْوَضَةٍ على مَزْبَلَة

3085. Pulchra conditio ignorantis instar horti super fimeto est. D.

٣٠٨٦ النِّعْمَة اذا سَمِعَتْ نَغْمَة الشُّكْرِ تَهَيَّئَتْ للمَزِيد

3086. Beneficentia, quando gratiarum sonum audit, mendaci parata est. B.

٣٠٨٧ نِعْمَتَان مَغْبُون فِيهِما كَثِير مِنَ النَّاسِ الصِّحَّة والفَرَاغ

3087. Duo beneficia sunt, quibus multi homines decipiuntur, sanitas et otium. A.

٣٠٨٨ هُوَ كالنَّعَامَة لا يَحْمِل ولا يَطِير

3088. Is struthiocamelo similis est, neque portans neque volans.

De eo, qui inter res incertus haerens ultro citroque it. Fakih. Alchol. p. 109. l. 25.

٣٠٨٩ نَعَبَتْ نَفْسَك حِينَ شَابَ رَأْسُك

3089. Mortem tibi annunties, quum caput tuum albicat! A. B.

٣٠٩٠ اُنتَفَخَ سَحْرُهُ

3090. Pulmo ejus inflatus fuit.

Terminum suum transgressus est. Et dicunt: انتفخت مساحره, quod Djeuharius in timidum adhiberi adnotavit.

٣٠٩١ أَنفَذُ رَمْيَةً كَلِمَةً خُفْيَةً

3091. Verbum occultum jactus maxime penetrans est. Schar.

٣٠٩٢ أَنفَرُ مِنْ ظَبْيٍ

3092. Fugacior quam dorcas.

Legitur quoque: انفلت من ظبى „quam dorcas e laqueis evadens.“ Dixit poeta:

فَأَصْبَحْتُ ظَبْيًا مُفْلِتًا مِنْ حِبَالَةٍ صَحِيحَ أَدِيمٍ بَعْدَ دَاءٍ اِسَافِ

Dorcas e laqueis evadens fui cute integra post morbum lethalem. Metrum Thawil est. Sam. Schar.

٣٠٩٣ أَنفَرُ مِنْ نَعَامَةٍ

3093. Fugacior quam struthiocamela. Schar.

٣٠٩٤ ما يَنْفَعُ الكَبِدَ يَضُرُّ الطِّحَالَ

3094. Quod jecori utile est, spleni nocet. D.

٣٠٩٥ يَنْفَعُكَ مِنْ رَدِّي حِذَارُ

3095. A pravo cavere tibi non prodest. Sam. Conf. Meid. 23, 398.

٣٠٩٦ ما يَنْفَعُكَ إِلَّا ما مَعَكَ

3096. Tibi non prodest nisi id, quod tecum est. G.

٣٠٩٧ لا تَنْفَعُكَ حِيلَةٌ مَعَ غِيلَةٍ

3097. Remedium cum fraude inutile tibi est. A.

٣٠٩٨ ما تَنْفَعُ السُّيُوفُ بِلا رِجَالٍ

3098. Gladii sine viris utiles non sunt. D.

٣٠٩٩ لا يُنْتَفَعُ بِالمَالِ السَّاكِنِ فِى قَرَارِ الأَرْضِ ولا بِالذَّهَبِ ما لَمْ يُسْتَخْرَجْ ولا بِالعِلْمِ ما دَامَ مَكْتُومًا

3099. Quamdiu opes in terrae fundo manent, aurum non producitur, doctrina occulta est, inutilia sunt. A.

٣١٠٠ مَنْفَعَةُ المالِ يَزُولُ بِزَوَالِهِ ومَنْفَعَةُ العِلْمِ بَاقِيَةٌ على مَمَرِّ الدُّهُورِ والعِلْمُ حاكِمٌ والمالُ مَحْكُومٌ عليهِ والعِلْمُ يَزْكُو بِالإِنْفَاقِ والمالُ يُنْقِصُهُ الإِنْفَاقُ

3100. Opum utilitas iis cessantibus cessat et utilitas doctrinae tempore elabente manet et doctrina est domina et opes sub potestate retentae et

doctrina erogando augetur, dum opes erogando diminuuntur. A.

٣١٠١ مَنْقَبَةُ ٱلْمَرْءِ تَحْتَ لِسَانِهِ

3101. Viri virtus sub lingua est. A. B.

٣١٠٢ انه لَنَقِدٌ أَبِدٌ

3102. Scrutator rerum et penetrans in res obscuras est. D.

٣١٠٣ نُقْطَةُ دَمٍ تُفَرِّجُ هَمّ

3103. Punctum sanguinis moerorem levat. D.

٣١٠٤ مَنْ نَقَلَ إِلَيْكَ فَقَدْ نَقَلَ عَنْكَ

3104. Qui nuntium ad te defert, is de te quoque ad alios defert. D.

In codice A. plura addita sunt, sic enim legitur: من نقل لك فقد نقل عنك ومن شهد لك فقد شهد عليك ومن تجرّى لك فقد تجرّى عليك „Qui ad te nuntium defert, idem ad alios de te defert; qui in tuum commodum testimonium dicit, idem contra te testimonium dicet; qui pro te audacem se gerit, idem contra te audacem se geret. Vox تجرى est pro تجرا.

٣١٠٥ نَقْلُ ٱلشَّرِّ عَنْ شُرُورِهِ أَيْسَرُ مِنْ نَقْلِ ٱلْمَحْزُونِ عَنْ حُزْنِهِ

3105. Malum a malis suis removere facilius est, quam tristem a tristitia sua abducere. D.

٣١٠٦ نَقْلُ الصَّخْرِ على العُنُقِ أَيْسَرُ مِنْ تَفْهِيمِ مَنْ لا يَفْهَمُ

3106. Transportare petram super humeris facilius est, quam intelligentem reddere eum, qui intelligens non est. A.

٣١٠٧ نَقْلُ الصَّخْرِ مِنْ قُلَلِ أَهْوَنُ مِنْ حَمْلِ المِنَنِ

3107. Transportare petram a collibus facilius est quam dedecora ferre. D.

٣١٠٨ أَنْكَحُ مِنْ خَوَّاتٍ

3108. Cupidior initus quam Chawwatus.

Viri nomen est Chawwat ben-Hobair Alanzari; sed in scribendo nomine patris codices non consentiunt. In Scharaf-Aldini opere Hobair scriptum est. Conf. Meid. 13, 115. 19, 62. 25, 100. Sam. Schar.

٣١٠٩ لا يُنْكِرُ ولا يدِى حَقٌّ

3109. Non abnegat et non persolvit debitum. D.

٣١١٠ النَّمَّامُ لا يَدْخُلُ الجَنَّةَ

3110. Obtrectator paradisum non intrabit. D.

٣١١١ هُوَ مُنَامِسُهُ

3111. Is arcani ejus particeps est. Sam.

٣١١٢ مِنَ النَّمْلِ ضَعِيفٍ جَبَّارٍ

3112. Inter formicas est debilis, valida. D.

٣١١٣ وهَلْ يَنْهَضُ البَازِى بَغْيِرِ الجَنَاحِ

3113. Num vultur sine alis in aerem se extollit. D.

Hemistichium metri Thawil est.

٣١١٤ إذا نَهَيْتَ عن الشَّىْ فَابْدَأْ بِنَفْسِكَ

3114. Quum rem interdicis, in te ipso incipe!

Dixit poeta:

لا تَنْهَ عَنْ خُلُقٍ وتَأْتِى مِثْلَهُ عَارٌ عَلَيْكَ إذَا فَعَلْتَ عَظِيمُ

„Ne agendi rationem interdicas, dum tu similem agendi rationem sequeris; magnum enim tibi dedecus erit, si facis.“ Metrum Camil est. Conf. Meid. 23, 416.

٣١١٥ إذا انْتَهَى الأَمْرُ ما لِزَيْدٍ إلَّا عَمْرٌ

3115. Quum res ad finem pervenit, Saido nemo est nisi Ahmruus. D.

٣١١٦ نِهَايَةُ الهُمُومِ أَوَائِلُ السُّرُورِ

3116. Curarum finis laetitiae initium est. D.

٣١١٧ نَارُ الفُرْقَةِ أَحَرُّ مِنْ نَارِ الجَهَنَّمِ

3117. Ignis separationis ardentior est quam ignis inferni. A.

٣١١٨ النَّارُ فَاكِهَةُ الشِّتَاءِ

3118. Ignis fructus hiemis est. D.

٣١١٩ النَّارُ ولَا العَارُ

3119. Ignis et nou dedecus. Sam. Schar.

٣١٢٠ فلان كَنَارِ الحُبَاحب

3120. Quidam est instar ignis insecti volantis. D.

٣١٢١ نُورُ الحَقِيقَةِ أَحْسَنُ مِنْ نُورِ الحَدِيقَةِ

3121. Flos veritatis pulchrior est, quam flos horti. D.

٣١٢٢ نُورُ الصَّبَاحِ يُغْنِي عَنِ المِصْبَاحِ

3122. Lux Aurorae efficit, ut lucerna carere possimus. B.

٣١٢٣ نَوِّرْ جَمِيعَ أَعْمَالِكَ لِتَكُنْ كَلِمَتُكَ حَقَّانِيَّةً

3123. Fac ut omnia facta tua luceant, ut verbum tuum vera charitas sit. D.

٣١٢٤ النَّاسُ أَبْنَاءُ الدُّنْيَا ولا يُلَامُ الرَّجُلُ على حُبِّ أُمِّهِ

3124. Homines filii hujusce mundi sunt et vir ob amorem in matrem non vituperatur. B.

٣١٢٥ النَّاسُ اثْنَانِ بَالِغٌ لا يَكْتَفِي وطَالِبٌ لا يَجِد

3125. Homines duplicis generis sunt, unus qui ad scopum pervenit et satis non habet, alter qui petit et non invenit. D.

٣١٢٦ النَّاسُ أَعْدَاءُ ما جَهِلُوا

3126. Homines inimici ejus sunt, quod ignorant. Schar.

٣١٢٧ النّاسُ بَيْنَ حاذِفٍ وقاذِفٍ

3127. Homines tum (fuste) percutientes tum (lapide) jacientes sunt. Schar.

De rebus duabus ingratis adhibetur. Sam. Schar.

٣١٢٨ النّاسُ رَجُلانِ مُحْتَرِسٌ ومُحْتَرَسٌ مِنْهُ

3128. Homines duo viri sunt aut cavens aut talis, a quo alii cavent. Schar.

٣١٢٩ النّاسُ فى غَفْلَةٍ عَمّا يُرادُ بِهِمْ

3129. Homines negligunt, quod per ipsos intenditur. B.

٣١٣٠. النّاسُ لِلنّاسِ بِقَدْرِ الحاجَةِ

3130. Homines hominibus ratione necessitatis sunt. Schar.

٣١٣١ النّاسُ مَعَ الواقِفِ

3131. Homines cum eo sunt, qui stat. G.

٣١٣٢ النّاسُ مِنْ خَوْفِ الذُّلِّ فى ذُلٍّ

3132. Homines ob metum vilitatis viles sunt. D.

٣١٣٣ النّاسُ هَوْسى والزَّمانُ أَهْوَسُ

3133. Homines vehementer edunt; sed tempus eos vehementius edit. Schar. Kam.

٣١٣٤ يا أَيُّها النّاسُ اتَّبِعُوا النّاسَ

3134. O vos homines! sequamini homines!

٣١٣٥ وللنّاس فيمَا يَعْشَقُون مَذَاهب

3135. Hominibus in eo, quod amant, viae (rationes) sunt. D.

٣١٣٦ هٰذَا مِنّى مَنَاطُ الثُّرَيَّا

3136. Hoc a me Plejadum distantia est.

Multum a me remotum est. Sam. Hamas. ٩١.

٣١٣٧ أَبَعْدَ النُّوق العُنوق

3137. Num post camelas capellae? Schar.

٣١٣٨ إذَا نَامَ عَدُوُّك عِنْدَك غَطِّه وَلَوْ بِمِكْنَسَة

3138. Quum inimicus tuus apud te dormit, eum tege et si scopis! D.

٣١٣٩ مَنْ نَامَ لم يَشْعُرْ بِمَنْ يَسْهَر

3139. Qui dormit, is eum non noscit, qui vigilat. A.

٣١٤٠ نامَتْ عَلَيْك سُرْبَةُ العَرَب

3140. Agmen Arabum contra te dormivit. D.

٣١٤١ نَمْ آمِنًا تَكُنْ فى أَمْهَدِ الْفِرَاش

3141. Si securus dormis, in strato mollissimo eris. A.

٣١٤٢ نَمْ فى بَطْنِ سَبُع ولا تَنَامْ فى بَطْنِ ابْنِ آدَمَ

3142. In ventre ferae dormi et ne in ventre hominis dormi! D.

٣١٤٣ مَنْ لم يَنَمْ كأنّهُ زِيدَ فى عُمْرِهِ لأنّ النّومَ أخُو المَوْت

3143. Qui non dormit, ejus vita quasi augetur, quia somnus frater mortis habetur. A.

٣١٤٤ لا تَنَامْ إلّا خَالِىَ البَالِ

3144. Ne dormi nisi animo curis vacuo! G.

٣١٤٥ لا تَنَامْ بَيْنَ القُبُور ولا تَفْشَع مَنَامات فاسِدَة

3145. Ne inter sepulcra dormias, ut somnia mala non videas. D.

٣١٤٦ لا أَنَامُ حَتَّى يَنَامَ ضَالِعُ الكِلَابِ

3146. Non dormio, donec claudicans canis dormit.

De sollicito adhibetur, qui curis plenus sero dormit. Conf. Meid. 1. 88. D.

٣١٤٧ ما نَالَ الجَدّ مَنْ فاتَهُ لِجِدّ

3147. Sorte bona is non potitur, cui studium non est. A.

٣١٤٨ لَنْ تَنَالَ ما تُحِبّ حَتَّى تَصْبِرَ على كَثِيرٍ مِمَّا تَكْرَهُ

3148. Rebus, quas amas, non potieris, donec multa, quae tibi ingrata sunt, patienter fers.

٣١٤٩ لَنْ تَنَالَ ما تُرِيد إِلَّا بِتَرْك ما تَشْتَهِى ولَنْ
تَبْلُغَ ما تَبْلُغ إِلَّا بِصَبْرِك على ما تَكْرَهُ

3149. Rebus, quas vis, non potieris, nisi dum ea, quae cupis, relinquis et non pervenies ad finem tibi propositum, nisi dum res tibi ingratas patienter fers. A.

٣١٥٠ النَّوَى أَوَّلُ الشَّجَرَة

3150. Nucleus initium arboris est. G.

٣١٥١ هاتِ شَىْ وخُذْ حِسابَه

3151. Adfer rem et ejus computum accipe! D.

٣١٥٢ هاتِ عُمْر خُذْ رِزْق

3152. Adfer vitam et res ad vitam necessarias accipe! D.

٣١٥٣ هاتِ ما عِنْدَك تُعْرَف به

3153. Adfer id, quod apud te est, ut eo cognoscaris! A.

٣١٥٤ يَهُبُّ مَعَ كُلّ رِيح

3154. Cum omni vento flat. D.

٣١٥٥ إِذا هَبَطْتْ حَوْرَانَ من أَرْض عَالِج فَقُولا لَهَا
لَيْس الطَّرِيق هُنَالِك

3155. Quum descendit Hauranum e terra Ahlidj, ei dicite, haec via non est!

Versus est metri Thawil, quem Abu-Mohammedes Alahrabi in commentario ad Hamasam p. 70. tanquam proverbium citavit. De errante adhibitus est.

٣١٥٦ مَتَى تَهْجُرُ الدُّنْيَا وتَنْوِى لَهَا بُغْضَا

3156. Quando mundum fugies et odium ei concipies? D.

Hemitichium metri Thawil est.

٣١٥٧ أَهْجَى مِنِ ابْنِ الرُّومِى

3157. Excellentior in satyra quam poeta Ebn-Alrumi. Conf. libr. meum: Darstellung d. Arab. Verskunst. p. 403.

٣١٥٨ مَنْ يُهَدِّدُ عُرْيَانٌ بِدِيبَاجٍ

3158. Quis nudo veste serica terrorem incutit? D.

٣١٥٩ هَدْمُ الأَرْكَانِ فَقْدُ الإِخْوَانِ

3159. Destructio columnarum defectus fratrum est. D.

٣١٦٠ هَدِيَّةُ الْيَمَنِ الْقُرُودُ

3160. Donum regionis Jemen simiae sunt. D.

٣١٦١ أَهْدَى مِنْ يَدِ الإِنْسَانِ إِلَى فِيهِ

3161. Melius ducens quam manus hominis ad os.

Dicitur quoque: اهدى من الانسان الى فيه. „Melius

ducens quam homo ad os suum.“ Conf. Meid. 27, 171. Schar.

٣١٦٢ هٰذَا بِذَاك ولا عَتْبَ الزَّمَان

3162. Hoc pro illo et objurgatio temporis non est. D.

٣١٦٣ هٰذَا وما وكَيْفَ ولَوْ

3163. Hoc et non et quomodo et si. D.

٣١٦٤ هٰذِهِ ما هى رُمَّانَة هٰذِهِ قُلُوب مَلْآنَة

3164. Hoc non est malum Punicum, haec sunt corda plena. D.

٣١٦٥ هَرَبَ مِنَ الدُّبّ وَقَعَ فى الجُبّ

3165. Ursum fugit, in foveam incidit. D.

٣١٦٦ هَرَبَ مِنَ المَوْت حَصَل لَهُ مَنْ خَنَقَه

3166. Mortem fugiens in eum incidit, qui eum strangulavit. D.

٣١٦٧ هَرْبُك مِنْ نَفْسِك أَنْفَعُ مِنْ هَرْبِك مِنَ الأَسَد

3167. Quod te ipsum fugis, utilius est, quam quod leonem fugis. A. B.

٣١٦٨ يا هارِب مِنْ قَضَائى ما لَك رَبٌّ سَوائى

3168. O tu, qui meum imperium fugis, tibi praeter me dominus non est. G.

٣١٦٩ إِذَا هَرِمَ ٱلْبَازِى لَعَبَتْ به العَصَافِير

3169. Quum accipiter decrepitus est, eo passeres ludunt. B.

٣١٧٠ اهْتَزِمُوا ذَبِيحَتَكُمْ مَا دَامَ بها طِرْق

3170. Hostiam vestram mactare properate, quamdiu pinguis est!

Conf. Kam. Proverbium nos monet, ne agendi occasionem praetermittamus. Sam. Schar.

٣١٧١ ما عَلَيْها هَلْبَسِيسَة

3171. Super ea mundi quid non est.

Legitur quoque هلبسيس. Mulierem omni ornamento carere significat. Sam.

٣١٧٢ هَلَك الحَرِيص وَهُوَ لا يَعْلَم

3172. Avidus, dum nesciebat, periit. A. B.

٣١٧٣ لَمْ تَهْلَكْ مَنْ قَصَد وَلَمْ يَفْتَقِرْ مَنْ زَهِد

3173. Qui agit, non perit et qui rebus abstinet, in paupertatem non redigitur. A.

٣١٧٤ هَلَاكُ المَرْءِ فِى العُجْب

3174. Viri interitus in sui ipsius admiratione est. A. B.

٣١٧٥ هَلَاكُ النَّاسِ فِى خَصْلَتَيْن فُضُول المالِ وفُضُول الكَلَام

3175. Hominum interitus ob duas res est: ob ex-

uberationem opum et ob exuberationem sermonis. D.

٣١٧٦ مَهْلَكَةُ الانْسَان حِدَّةُ طَبْعِهِ

3176. Hominis exitium per vehementem impetum naturae suae adducitur. A.

٣١٧٧ لا هَمَّ إِلَّا هَمُّ الدَّيْن ولا وَجَعَ إِلَّا وَجَعُ العَيْن ولا غَضَبَ إِلَّا غَضَبُ الوَالِدَيْن

3177. Non est cura nisi cura ob debitum et non est dolor nisi dolor oculi et non est ira nisi ira parentum. D.

٣١٧٨ هِمَّةُ الرِّجَال تَقْطَعُ الجِبَال

3178. Virorum propositum montes transcendit. D.

٣١٧٩ هِمَّةُ الرَّجُل قِيمَةُ

3179. Ex proposito, quid valeat vir, cognoscitur. A. B.

٣١٨٠ بَعْدَ الهِمَمِ تَكُون الهُمُوم

3180. Post consilia capta sollicitudines sunt. D.

٣١٨١ هُمُومُ المَرْءِ بِقَدْرِ هِمَمِهِ

3181. Viri sollicitudines e ratione propositorum sunt. A. B.

٣١٨٢ هنيئًا لِكَلْبِ السُّوقِ ما لَذَّ عَيْشُه يُقَرْقِط

عُظَيْمَاتِ الضَّحَاءِ وَيَنَام

3182. Bene est cani fori! quam grata ejus vita est, nam ossicula prandii rodit et dormit. D.

Versus metri Thawil est.

٣١٨٣ هٰذِهِ هَامَةُ الْيَوْمِ أَوْ غَدِ

3183. Haec est bubo hodierni diei aut crastini.

De eo adhibetur qui ob decrepitam aetatem morti propinquus est. Dixit Alachthal:

وَكَمْ مِنْ حَمِيمٍ مُذْ رَأَوْنِي قَائِلٍ مِنْ أَجْلِكَ هٰذَا هَامَةُ الْيَوْمِ أَوْ غَدِ

„Et quot propinqui, quum me viderent, dicentes: tua causa est bubo hodierni diei aut crastini.“ Metrum Thawil est. Schar.

٣٠٨٤ هَانَ عَلَى النُّظَّارَةِ مَا يَمُرُّ بِظَهْرِ الْمَجْلُود

3184. Videntibus leve id est, quod dorso flagellati contingit.

Harir. 559. Simile proverbium Meid. Cap. 27, 61. legitur.

٣١٨٥ مَنْ أَهَانَ مَالَهُ أَكْرَمَ نَفْسَه

3185. Qui opes suas levipendit, is se ipsum honorat. D.

٣١٨٦ أَهْوَنُ الْجُنُونِ مَا يَقَعُ وَيَقُوم

3186. Levissima insania est id, quod cadit et surgit. D.

٣١٨٧ أَنْتَ أَهْوَنُ عَلَيَّ مِنَ الطَّبُّوعِ

3187. Te magis despicio, quam cameli pediculum. Schar.

٣١٨٨ هَوَاءُ كُلِّ نَفْسٍ أَيْنَ حَلَّ حَبِيبُهَا

3188. Amor cujuslibet animae ibi est, ubi ejus amatus versatur. D.

Voci هواء amoris et non aurae significationem hoc in proverbio tribuendum putavi.

٣١٨٩ مَنْ هَابَ خَابَ وَأَكَلَ نَصِيبَهُ الأَصْحَابُ

3189. Qui timet, jacturam facit et ejus portionem socii edunt. D.

٣١٩٠ الْهَيْبَةُ خَيْبَةٌ

3190. Timor est frustratio Kam.

٣١٩١ الْهِيَاطُ وَالْمِيَاطُ

3191. Clamor et increpatio.

Dicitur وقعوا في هياط ومياط „In calamitatem turbasque inciderunt.“ De verborum significatione non consentiunt. Alferra dixit, vocem هياط significare camelorum ad aquam adcedentium confluxum, ut unus alterum premat et مياط idem esse in recedentibus camelis. Allihjanita dixit, هياط esse procedere (اقبال) et مياط recedere (ادبار). Alii dicunt, هياط significare homines ad pacem componendam convenire, هياط homines dispergi, ut pax non componatur. Schar.

٣١٩٢ الْمَوْتُورُ أَبَتْ

3192. Qui se vindicare nequit, multum divulgat!

Haec verba excusationi ei inserviunt, qui de curis, quibus premitur, apud alios queritur. Sam. Schar.

٣١٩٣ لا تَثِقْ الى امْرَأَةٍ ولا تُحَمِّلْ مَعِدَتَك فَوْقَ طاقَتِها واحْفَظْ لِسانك وَخُذْ مِنْ كُلِّ شَيْءٍ كِفايَتَك

3193. Ne in muliere fiduciam ponas neque stomachum tuum pluribus, quam iis, quae ferre potest, onera! Linguam tuam custodi et cujuslibet rei tantum sume, quantum tibi sufficit! A.

٣١٩٤ لا تَثِقْ بالدَّوْلَةِ فَانَّها زائِل ولا تَعْتَمِدْ على النِّعْمَةِ فَانَّها ضَيْف راحِل

3194. Ne in imperio fiduciam pone, nam cessat neque commoda vita nitere, nam hospes abitura est! A.

٣١٩٥ لا تَثِقْ بِثَلاثَة المِلْك والفَرَس والامْرَأَة فانَّ المِلْك مَلُول والفَرَس شَرُود والامراة خَئُون

3195. In tribus fiduciam ne ponas: in rege, equo et muliere; rex enim fastidiosus, equus fugax et mulier perfida est! A.

٣١٩٦ لا أَثِقُ بِسَبِيْل تَلْعَتِك

3196. In fluxu rivi tui fiduciam non pono. Kam.

٣١٩٧ يَجِبُ انَّ العاقِلَ يَكُون عِنْدَ الزَّلّات وَقُورا

ومِنَ المَعاصِى نَفُورا وفى المَكارِه صَبُورا وفى الرَّخاء

شكورا ولا يَحِيف عَلَى مَنْ يُبْغِضُه ولا يأثَم

فيمَنْ يُحِبُّه ولا يَنْتَقِم مِمَّنْ يَظْلِمُه

3197. Necesse est, prudens sit in erroribus gravis, ab inobedientia abhorrens, in rebus ingratis patiens, in vita commoda gratus. Injustus esse non debet in eum, qui eum odio habet et non peccare erga eum, qui eum, amat et vindictam non sumere ab eo, qui eum injuste tractat. A.

٣١٩٨ اذَا وَجَدْتَ حَاجَتَك فى السُّوق فلا تَطْلُبْها

من أَخيك المَخْلُوق

3198. Quum in foro rem tibi necessariam non invenis, ne eam a fratre tuo creato petas! D.

٣١٩٩ إنْ وَجَدتَ لِشَفْرَة مَحَزًّا

3199. Si cultro magno secandi locum invenio. Sch.

٣٢٠٠ لا تَجِدُ ذا غَضَبٍ مَسْرُورا ولا عَاقِلا حَرِيصًا

ولا كَرِيما حاسِدًا ولا قَنُوطًا غَنِيًّا

3200. Neque iratum lactitia adfectum invenies aut prudentem avidum aut generosum invidum aut desperantem divitem. A.

٣٢٠١ إذا لم تجد عزاً فسمح

3201. Si potentiam non invenies, leniter agas!

Quod per vim perficere non potes, id leniter agendo tracta! Ham. ۴۹۹.

٣٢٠٢ لم يوجد بين الحيات حية صالحة

3202. Inter serpentes serpens probus inventus non est. G.

٣٢٠٣ أوجر ما انا من سملقة

3203. Nomen Samlakah ego timeo.

Samlakah viri cognomen erat, qui hoc cognomine ipsum appellari nolebat. Qui quum apud regem quendam isto nomine appellatus esset, iratus ista verba dixit significaturus, se istam rem timere. Alii dicunt, cognomen illud habuisse Ketadahum ben-Altuam. Qui quum apud regem Alnohmanum ben-Almondsir esset, Alnohmanum ben-Sihan regem de re certiorem fecisse, ut rex eum isto cognomine appellari juberet. Vox سملق desertum amplum designat. Schar. Conf, Meid. 23, 10.

٣٢٠٤ وجع ساعة ولا كل ساعة

3204. Dolor unius horae (momenti) et non cujuslibet horae (momenti). D.

٣٢٠٥ وجد الذى تصابحه ولا تقابحه

3205. Facies ejus, ad quem tu mane venis et eum opprobrio non adficis. D.

٣٢٠٦ وَجْهٌ بلا حَيَاءٍ عُودُ قِشرِ لِيطُه وسِرَاجٌ فَنِي سَلِيطُه

3206. Facies sine pudore similis est ligno, cujus cortex detracta est et lucernae, cujus oleum absumtum est. B.

٣٢٠٧ وَجْهٌ بلا صَفَاء عَدُوّ بلا خَفَاء

3207. Facies sine puritate est inimica sine occultatione. D.

٣٢٠٨ وَجْهُ نَاجَةٍ ما يَقْضِى حَاجَة

3208. Facies coronae rem necessariam non perficit. D.

٣٢٠٩ وَجْهُه أَسْوَدُ عِنْدَ العَبِيد وعِنْدَ اللّٰه

3209. Facies ejus nigra est apud servos Dei et apud Deum. G.

٣٢١٠ وَجِّهُوا أَمْوَالَكُمْ إِلَى مَنْ تُحِبُّ قُلُوبُكم

3210. Opes vestras ad eum mittite, quem corda vestra amant! D.

٣٢١١ وَحْدَكَ وَحْدَكَ ولا قَرِين صَالِح

3211. Solus, solus sis! nam socius probus non est. D.

٣٢١٢ واحِدٌ بَاعَ ٱبْنَه مِنَ العَازَة والآخَرُ ٱشْتَرَا بالدَّيْن

3212. Unus filium suum ob paupertatem vendidit et alter debito emit. D.

٣٢١٣ واحِدٌ بَعَثُوه يَخْطُب تَزَوَّج وقَعَد

3213. Unus, quem ut in matrimonium peteret, miserunt, in matrimonium duxit et sedit. D.

٣٢١٤ واحِدٌ قَلْبُه عَلَى تَمْرَة وآخَرُ قَلْبُه عَلَى جَمْرَة

3214. Unius cor dactylo occupatur et alterius cor pruna. D.

٣٢١٥ واحِدٌ يَحْلُب واحِدٌ يَشُدّ القَرُون

3215. Unus mulget, alter cornua ligat. D.

٣٢١٦ وَحْدَة الإنْسَان خَيْرٌ مِنْ جَلِيس سُوء

3216. Solitudo hominis melior est, quam socius pravus.

In codice G. paulo aliter legitur.

٣٢١٧ وَحْشَة الوَحْدَة خَيْرٌ مِنْ مُجَالَسَة الثَّقِيل

3217. Solitudinis sollicitudo melior est quam consortium molesti. B.

٣٢١٨ ما أوْحَشَك مَنْ غَابَ ولا آنَسَك مَنْ حَضَر

3218. Qui absens est, te moerore non adficiat et qui praesens est, te laetum non reddiat. D.

٣٢١٩ انَّ الوَحَا مِنْ طَعَام الحَزِمَة

3219. Cauti in cibo sumendo celeres sunt.

Proverbio celeritas laudatur. Sam. Schar.

٣٢٢٠ دَعِ المَقَادِيرَ تَجْرِى فِى أَعِنَّتِهَا ولا تَبَاتَنْ إِلاَّ خَالِىَ البالِ ما بَيْنَ غَمْضَةِ عَيْنٍ وأَنْتَ راقِدُها يُغَيِّرُ اللّٰهُ مِنْ حالٍ الى حَالِ

3220. Sine res a Deo decretas cursum suum agere, et semper curis vacuus pernocta! Dum tu nictu oculi dormis, Deus rerum status mutat. D.

٣٢٢١ دَعِ المَكَارِمَ لا تَرْحَلْ لِبُغْيَتِهَا وَاقْعُدْ فَإِنَّكَ أَنْتَ الطاعِمُ الكاسِى

3221. Sine actiones generosorum! Ne iter fac eas expetens et sede, dum tu cibum sumis et vestitus es!

Hic Alhothaiahi versus, cui metrum Basith est, ex Abu-Ohbaidahi sententia in proverbii consuetudinem venit. Legitur quoque: فانت لعمرى طاعم كاس. Nisi fallor, sensus est, omnes actiones generosas, praeter eas, quibus in cibum et vestitum sumtus fierent, relinquendas esse; nam similem sensum Ahbd-Alrahmanus ben-Hassan versibus sequentibus expressit:

إِنِّى وَجَدْتُ مِنَ المَكَارِمِ حَسْبُكُمْ أَنْ تَلْبَسُوا خُرَّ الثِّيابِ وتَشْبَعُوا

فاذا تُذُوكِرَتِ المَكَارِمُ مَرَّةً فى مَجْلِسٍ أَنْتُمْ بِهِ فَتَقَنَّعُوا

„Inveni actiones generosorum vobis sufficientes in eo,

quod optimas vestes induitis et satiati estis. Quod si in consessu, in quo praesentes estis, actionum generosarum mentio fuit, veste vos operite!“

Metrum versus Camil est; sed in priore versu licentia est.

٣٢٢٢ يَدَعُ العَيْنَ ويَتْبَعُ الأَثَرَ

3222. Rem sinit et vestigium sequitur. Sam.

In codice Abu-Ohbaidi: تدع العين وتطلب الاثر legitur conf. Meid. 23, 289.

٣٢٢٣ الوَدْعَةُ الى الوَدْعَةِ قِلَادَة

3223. Concha alba cum concha alba conjuncta torques est. Sam. Schar.

٣٢٢٤ أَنْتَ فِي وَادٍ ونَحْنُ فِي وَادٍ

3224. Tu in valle es et nos in valle sumus.

Proverbium vulgo proprium, quo diversa esse proposita significant. Harir. 380.

٣٢٢٥ دِيَةُ الذَّنْبِ عِنْدَ العُقَلاءِ حُسْنُ الاِعْتِذارِ

3225. Peccati lytrum apud prudentes pulchra excusatio est. D.

٣٢٢٦ دِيَةُ الذَّنْبِ عِنْدَهَا الاِعْتِذَارُ

3226. Peccati lytrum apud eam excusatio est. D.

٣٢٢٧ ما به وَذْيَةٌ

3227. In eo vitium non est.

Abu-Said grammaticus ما به وذى adnotavit. Sam.

٣٢٢٨ مِنَ الْوَرْدَةِ تَخْرُجُ شَوْكَةٌ وَمِنَ الشَّوْكَةِ تَخْرُجُ وَرْدَةٌ

3228. E rosa spina prodit et e spina rosa. D.

٣٢٢٩ أَوْرَدَهُ مِيَاهَ طُسَيْمٍ

3229. Ad aquas Thosaim eum adduxit.

In vano et errore erat et nulla re potitus est. Kam.

٣٢٣٠ اَلْوَرَعُ سَيِّدُ الْأَعْمَالِ

3230. Abstinentia a rebus illicitis factorum domina est. B.

٣٢٣١ اَلْوَرَعُ شَجَرَةٌ أَصْلُهَا الْقَنَاعَةُ وَثَمَرَتُهَا الرَّاحَةُ

3231. Abstinentia a rebus illicitis arbor est, cujus radix contentus animus et fructus tranquillitas est. D. G.

٣٢٣٢ زِنِ الرِّجَالَ بِمَوَازِنِهِمْ

3232. Viros ponderibus suis pondera! A. B.

٣٢٣٣ وِزْرُ صَدَقَةِ الْمَنَّانِ أَكْثَرُ مِنْ أَجْرِهِ

3233. Onus eleemosynae ab eo datae, qui beneficia exprobrat, majus est quam ejus praemium. B.

٣٢٣٤ مِيزَانُ الْغِشِّ مَرْذُولٌ أَمَامَ الرَّبِّ

3234. Libra fraudis coram Deo reprobata est. G.

Salomoni tribuitur. Conf. Prov. Sal. 11, 1.

٣٢٣٥ سِطِي مَجَرَ تَرْكَبَ هَجَرَ

3235. In medio coelo esto, o via lactea, ut ad regionem Hadjar pervenias!

Tempore, quo via lactea in medio coelo est, dactyli maturescunt. Regio autem Hadjar palmis abundat. Proverbii igitur verba enuncians optat, ut abundantiae tempora adveniant. Schar.

٣٢٣٦ سَعَةُ الصُّدُورِ أَفْضَلُ مِنْ سَعَةِ الدُّورِ

3236. Amplitudo animorum praestantior est, quam amplitudo domorum. B.

٣٢٣٧ إِنَّهُ لَوَاسِعُ الْحَبْلِ

2237. Is largum funem habet.

Animum angustum non habet. Sam. Schar.

٣٢٣٨ أَوْسَعْتَ وَهْيًا فَارْقَعْهُ

3238. Largam fecisti rupturam; eam igitur repara! Hamas. p. 628.

٣٢٣٩ تُوسِعُنَا عَقْصَاءُ سَلْحًا وَلَا نَرَى لِعَقْصَاءَ دَرًّا

فَارْجِعُوهَا إِلَى عُمْرِ

4239. Capra cornibus inflexis multam merdam nobis facit et non videmus eam lactis copiam habere. Reducite igitur eam ad Ahmruum.

Versum hunc, cui metro Thawil est, Abu-Mohammedes Alahrabi ad Hamas. ٩٧٧ adnotavit. Rem inutilem esse significare videtur.

٣٢٤٠ اِتَّسَعَ الخَرْقُ عَلَى الرَّاقِعِ

3240. Nimis larga erat ruptura reparanti.

De calamitate, quae nimis magna est, quam ut reparari possit, adhibetur. Sam. Schar. Harir. ٣٣.

٣٢٤١ وَاسَاكَ مَنْ تَغَافَلَ عَنْكَ

3241. Qui te negligit, is tibi solatium adfert. A.

٣٢٤٢ الوَشْوَشَةُ عَرْبَدَةٌ

3242. Insusurratio malignitas est. D.

الوشوشة quemadmodum in codicibus legitur, pro الوسوسة esse videtur.

٣٢٤٣ وَصَلَ الكَيْلُ الى حَدِّهِ

3243. Mensuratio ad terminum suum pervenit. D. G.

٣٢٤٤ مَنْ واصَلَهُ الحَبِيبُ هَانَ عَلَيْهِ الرَّقِيبُ

3244. Qui cum amico conjunctus est, custodem non magni facit. B.

٣٢٤٥ لا تُوصِى يَتِيمٍ على بُكَاهُ

3245. Ne orphano, ut ploratum intermittat, impera! D.

٣٢٤٦ وَضَحَ الصُّبْحُ لِذِى عَيْنَيْنِ

3246. Aurora duos oculos habenti manifesta est.

De re omnino manifesta adhibetur.

٣٢٤٧ قَدْ وَضَعَ الحِلْسَ عَلَى بَكْرٍ عُلُطٍ

3247. Stratum camelo juvenco habena haud instructo imposuit.

Rem difficilem suscepit. Sam.

٣٢٤٨ يَضَعُ الْهِنَاءَ مَوَاضِعَ النُّقْبِ

3248. Picem liquidam in locis scabiei ponit.

Rectam in agendo viam sequitur, ut rectum in loquendo attingat. Har. 422.

٣٢٤٩ مَنْ يَضَعْ يَدَهُ تَحْتَ رَأْسِهِ يَلْقَ بِلَاقِيهَا

3249. Qui manum suam sub capite suo ponit, eam inveniet. G.

٣٢٥٠ ضَعِ الْفَأْسَ فِي الرَّأْسِ

3250. Securim ad caput pone!

I. e. Paratus esto, ut opus aggrediaris, quemadmodum is, qui ligna caedit, securim super capite tenet, ut magna vi in percutiendo utatur. Proverbium vulgo proprium est. Harir. 312.

٣٢٥١ ضَعْ عَلَى بَابِكَ اللِّجَامَ وَلَا تَخَافْ مِنْ أَعْدَائِكَ

3251. Ad portam tuam habenam pone et ne hostes tuos timeas!

Paratus sis ad invadendum et defendendum.

٣٢٥٢ مَنْ تَوَاضَعَ وُقِّرَ وَمَنْ تَعَاظَمَ حُقِّرَ

3252. Qui se humiliat, honoratur et qui se extollit, contemnitur. A.

٣٢٥٣ وَضْعُ الْمَعْرُوفِ فِي غَيْرِ مَوْضِعِهِ ظُلْمٌ

٣٢٦٧ وَقَعَ فِى حِنْدِ الأَحَامِس

3267. In gentem Hind fortem incidit.

Hind nomen gentis fuisse dicitur. Alii هند الاحامس dicunt. I. e. In fortes incidit, quibus oppressus est vel in calamitatem irruit. Conf. Meid. 23, 231. Sam.

٣٢٦٨ وَقَعَ فِى دَوْكَة

3268. In rixam (malum) incidit. Sam.

٣٢٦٩ اذا وَقَعَ القَدَر بَطَل الحَذَر

3269. Quum decretum divinum impletur, cautio irrita est. D.

٣٢٧٠ قَدْ وَقَعَ غُرَابُه

3270. Ejus corvus jam decidit.

De eo dicitur, qui tranquillus est, postquam ira efferbuerat. Conf. Meid. 22, 69.

٣٢٧١ وَقَعْتَ وَإِلَّا رَمَاكَ الجَمَل

3271. Cadas, et si non, camelus te projiciat! D.

٣٢٧٢ قِف العَيْرَ عَلَى الرَّدْهَة ولا تَقُلْ لَهُ سَا

3272. Ad stagnum asinum stare fac et ne ei dicas: Sa!

Sa vox est, qua asinus ad potum vocatur. I. e. Puta eum recte agere, ne igitur eum prohibeas! Sed diverso modo proverbium legitur: اذا ادنيت الحمار من الردهة فلا تقل تشو „Quando asinum ad stagnum adduxisti, ne ei dicas: bibe!“ et فلا تهتهت به „ne eum incre-

pa!“ et ولا تدهده به „ne ei inclama!“ id quod idem quam تهتهت esse videtur. Sam.

٣٢٧٣ وَقْفَةٌ فِى الطَّرِيقِ نِصْفُ الزِّيَارَةِ

3273. Rem legare in via (Meccae) est dimidia pars visitationis sacrae. D.

٣٢٧٤ عَلَى فُلَانٍ وَاقِيَةُ الكِلَابِ

3274. Cuidam canum custodia mandata est.

De eo, qui ob vilititatem nil boni consequitur. Sam.

٣٢٧٥ اِتَّقِ تُوقَهْ

3275. Cave, tu custoditus eris!

I. e. Si caves, tu custoditus eris. Ut caveamus, proverbium monet. Schar.

٣٢٧٦ اِتَّقُوا الزِّنَا فَاِنَّهُ يُذْهِبُ الوَقَارَ وَيُورِثُ الفَقْرَ وَيَنْقُصُ العُمْرَ

3276. Scortatum cavete, nam gravitatem aufert et paupertatem adducit et vitam diminuit! A.

٣٢٧٧ اِتَّقُوا صَوْلَةَ الكَرِيمِ اِذَا جَاعَ وَاللَّئِيمِ اِذَا شَبِعَ

3277. Cavete impetum vehementem generosi, quum esurit et vilis, quum satiatus est. A.

٣٢٧٨ لَقَدْ اَتْقَيْتُهُمْ حَتَّى مَا أُسَمِّى البَقْلَ بِأَسْمَائِهِ

3278. Eos cavi, ut olus suo nomine non appellarem. Conf. Meid. 23, 10.

٣٢٧٩ الاتّقاء فى العَمَل أشدّ من العَمَل

3279. Cautio in opere difficilior est quam opus.

Proverbii auctor Mohammedes ben-Wasih esse dicitur. Cavendum est, ne in agendo ostentationis amor animum nostrum occupet. Schar.

٣٢٨٠ الى مَن أكِلُها إذَن

3280. Cuinam ego eam committam?

De viro se defendente verba dicuntur. Virum, cui se defendenti dicerent: de te ipso pulchre loqueris, ista verba protulisse narrant. Suffixum ها ad vocem نفس animam referendum est. Schar.

٣٢٨١ لا تَلِدُ الأفعى إلّا الأفعى

3281. Vipera nil nisi viperam gignit. D. Conf. Meid, **23, 625.**

٣٢٨٢ وَلَدُ غَيرِك ما يَنفعك

3282. Alius filius tibi non prodest. D.

٣٢٨٣ وَلَدٌ ما لَنا والخَرا فى أذيالنا

3283. Filius nobis non est et merda in laciniis nostris est. D.

٣٢٨٤ وَلَدُه عَلَى كَتِفِه وَهُو يشوّش عَلَيه

3284. Filium suum in humero portat et ob eum conturbatus est. D.

De voce يشوش dubito.

٣٢٨٥ اَلوَلَدُ ثَمَرَةُ الفُؤَاد

3285. Filius fructus cordis est. D.

٣٢٨٦ نَحْنُ أَوْلَادُ اليَوم

3286. Nos hodierni diei filii sumus. D.

٣٢٨٧ وَلِّنِي الثُّكْلَ غَيْرَكَ

3287. Orbitas aliam quam te adfligat! Sam.

٣٢٨٨ وَلِّ أُذُنَا عَنِ الفَاحِشَةِ صَمَّا

3288. Averte aures, ut verba turpia non audiant! D.

٣٢٨٩ وَلِّ المَالَ رَبَّهُ

3289. Opibus dominum suum praefice!

Proverbium nos monet, ut quisque suarum opum curam ipse habeat neque alii eam tradat. Sam. Cod. Abu-Ohb. Conf. Meid. 24, 88.

٣٢٩٠ مَنْ وَالَاَ السُّلْطَانَ أَخَذَ مَالَهُ وَمَنْ عَادَاهُ أَخَذَ رَأْسَهُ

3290. Qui imperatoris amicus est, ejus opes sumit; qui ejus inimicus est, ejus caput sumit. B.

٣٢٩١ وَالٍ ظَلُومٌ خَيْرٌ مِنْ فِتْنَةٍ تَدُومُ

3291. Praefectus injustus melior est, quam bellum civile (turbae) quod durat. D.

٣٢٩٢ وَالٍ عَادِلٌ خَيْرٌ مِنْ مَطَرٍ وَوَابِلٍ

3292. Praefectus justus melior est quam pluvia larga. D.

٣٢٩٣ وِلايَةُ الأَحْمَقِ سَرِيعَةُ الزَّوَالِ

3293. Stulti dominium celeriter cessat. A.

٣٢٩٤ التَّوَانِي يُنْتِجُ الْهَلَكَةَ

3294. Cunctatio (in periculo) interitum producit. Schar.

٣٢٩٥ أَبَعْدَ الْوَهْيِ تَرْقَعِينَ وَأَنْتِ مُبْصِرَةٌ

3295. Num post rupturam reparas (o femina) et tu videns es?

Proverbium de viro adhibetur, qui data opera peccat. Ahlius Mohammedanorum imperator ista verba adhibuisse narratur. Sam. Schar. Conf. Meid. 18, 132.

٣٢٩٦ وَيْلٌ لِلرَّأْسِ مِنَ اللِّسَانِ

3296. Vae capiti a lingua! D.

٣٢٩٧ وَيْلٌ لِلْحَسُودِ مِنْ حَسَدِهِ

3297. Vae invido ob invidiam suam! A.

٣٢٩٨ وَيْلٌ لِلَّذِي يُحَدِّثُ وَيَكْذِبُ لِيُضْحِكَ النَّاسَ

3298. Vae ei, qui narrat et mentitur, ut hominum risum moveat! A.

٣٢٩٩ وَيْلٌ لِمَنْ سَاءَ خُلُقُهُ وَقَبُحَ خَلْقُهُ

3299. Vae ei, cujus natura prava est et forma deformis est. A. B. D.

٣٣٠٠ وَيْلٌ لِمَنْ وَتَرَ الْأَحْرَار

3300. Vae ei, qui ingenuos odio habet! A.

٣٣٠١ والبأْسُ حُرّ والرَّجَاءُ عَبْد

3301. Desperatio est libera et spes serva est. A.

٣٣٠٢ والبأْسُ يُعِزّ الفَقِير والطَّمَعُ يُذِلُّ الأَمِير

3302. Desperatio pauperem honoratum reddit et cupido principem vilem reddit. A.

٣٣٠٣ لا تُوبِسَنَّ الثَّرَى بَيْنِي وَبَيْنَك

3303. Ne terram humidam inter me et te siccam reddas!

Ne amicitia inter nos cesset. Cod. Abu-Ohbaid. et Diw. Djerir.

٣٣٠٤ مِنْ أَيْنَ لِلْيَتَامَى الكَعْك فِى أَيْدِيهِمْ

3304. Quomodo in orphanorum manibus panis bis coctus est? D.

٣٣٠٥ يَدُ الْحُرِّ مِيزَانٌ

3305. Ingenui manus bilanx est. D.

٣٣٠٦ يَدٌ تَشُجّ وأُخرى مِنْك تَأْسُونِي

3306. Una manus vulnerat et altera tua manus me sanat.

Hoc e poetae versu desumtum esse dicunt:

إِنِّى لَأُكْثِرُ مِمَّا سُمْتَنِى عَجَبًا يَدٌ تَشُجُّ وأُخْرَى مِنْكَ تَأْسُونِى

„Ego magna ob id, quod mihi imperasti, admiratione adfectus sum. Manus una me vulnerat et altera tua manus me sanat.“ Metrum Basith est. De eo qui primum malefacit, tum benefacit adhibetur. Sam.

٣٣٠٧ يَدٌ مَا تَقْدِرُ تَعَضُّهَا بُوسْهَا

3307. Manum quam mordere non potes, osculare! B. D. G.

٣٣٠٨ وَلَا يَدٌ إِلَّا وَيَدُ اللَّهِ فَوْقَهَا

3308. Non est manus, nisi super qua Dei manus est. D.

٣٣٠٩ مَا لِى بِهِ يَدَانِ

3309. Non sunt mihi in eo duae manus.
Nil valeo. Sam.

٣٣١٠ يَدُكَ فِى الجِيفَةِ حَرَامٌ

3310. Manus tua in cadavere res illicita est. D.

٣٣١١ اليَدُ العُلْيَا خَيْرٌ مِنَ اليَدِ السُّفْلَى

3311. Manus superior (dans) melior est, quam manus inferior (accipiens). D.

٣٣١٢ يَوْمُ السُّرُورِ قَصِيرٌ

3312. Dies gaudii brevis est. D.

٣٣١٣ يَوْمُ الْمَظْلُومِ عَلَى الظَّالِمِ أَشَدُّ مِنْ يَوْمِ الظَّالِمِ

على المَظْلوم

3313. Dies injuste tractáti contra injustum gravior est, quam dies injusti contra injuste tractatum. A.

٣٣١٤ يَوْمُ الوَدَاعِ أَشَدُّ مِنْ يَوْمِ النِّزَاعِ

3314. Dies valedictionis durior est, quam dies pugnae. B.

٣٣١٥ يَوْمٌ جَدِيدٌ ورِزْقٌ جَدِيد

3315. Dies novus et res ad vitam necessariae novae. D.

٣٣١٦ يَوْمٌ ذُوكَوَاكِب

3316. Dies quo stellae in coelo apparent.

Dies calamitosus. Kam.

٣٣١٧ يَوْمٌ ما لك فِيهِ حامِكِيَّة لا تَحْسُبْه

3317. Dies, quo tibi stipendium non est, ne eum numera! D.

٣٣١٨ يَوْمٌ نَعْمٌ ويَوْمٌ بُؤْس

3318. Dies fortunae secundae et dies infortunii. D.

٣٣١٩ يومٌ واحِدٌ لِلْعَالِمِ خَيْرٌ مِنَ الحَيَاةِ كُلِّها لِلْجَاهِلِ

3319. Dies unus docti melior est, quam vita tota ignorantis. D. G.

٣٣٢٠. لَنا يَوْمٌ وَلِلكَرَوَان يَوْم

3320. Nobis dies et perdici dies est. D.

٣٣٢١ اليَوْمَ سَلَام وغَدًا كَلَام

3321. Hodie salus et cras sermo. G.

II.

أَيَّامُ ٱلْعَرَب

Dies inter Arabes pugnis celebres.

---

١ يَوْمُ ٱلنِّسَار

1. Dies Alnisar.

Isto die inter gentem Banu-Dhabbah et gentem Banu-Tamim pugnatum est. Nisar nomen montium parvorum (collium) est, apud quos pugna erat. Alii dicunt, Nisar aquae gentis Banu-Ahmir nomen esse. Sic in Kamuso legitur.

٢ يَوْمُ ٱلْجِفَار

2. Dies Aldjifar.

Aldjifar nomen aque gentis Banu-Tamim erat (sic in Kamuso), ad quam anno post diem Alnisar inter gentem Becr et gentem Banu-Tamim proelium commissum est. Dixit Bischr (بشر) poeta:

وَيَوْمُ ٱلنِّسَارِ وَيَوْمُ ٱلْجِفَارِ كَانَا عَذَابًا وَكَانَا غَرَامَا

„Dies Alnisar et dies Aldjifar erant poena et interitus.“ Metrum Motakarib est.

٣ يَوْمُ ٱلسِّتَار

3. Dies Alsitar.

Alsitar nomen montis est, cujus in Amrul'-Kaisi carminibus mentio facta est. Pugnatum est isto die, quo eques gentis Becr Kais ben-Ahzim Ketadah ben-Moslimah Alhanafi occidebatur, inter gentem Becr ben-Wajel et gentem Banu-Tamim. Dixit poeta:

قَتَلْنَا قَتَادَةَ يَوْمَ ٱلسِّتَارِ وَزَيْدًا أَسَرْنَا لَدَى مُعْنِقِ

„Occidimus Ketadahum die Alsitar et apud terram elatam asperamque Saidum captivum fecimus.“ Metrum Motakarib est.

٤ يَوْمُ ٱلْفِجَار

4. Dies Alfidjar.

Quatuor dies sunt, quibus nomen illud impositum est, de quibus pluralis افجرة adhibetur. Nomen inde ortum esse dicunt, quod, quum mense sacro pugnatum esset, dixissent: فجرنا „improbe egimus“. Primo eorum die inter gentem Cenanah et posticam partem gentis Hawasin (عجز هوازن) i. e. gentem Banu-Nazr ben-Moahwijah et gentem Banu-Djoscham ben-Becr pugnatum est, secundo inter gentem Koraisch et gentem Cenanah, tertio inter gentem Cenanah et gentem Nazr ben-Moahwijah. Hoc vero die non multum pugnatum est. Quarto denique die, qui omnium maximus erat, inter gentem Koraisch et Hawasin pugna erat. Inter hunc diem et tempus, quo Mohammedes legatum Dei se esse declaravit, viginti sex annorum spatium elapsum est. Mohammedes, qui proelio intererat, quatuordecim annos natus erat. Proelii causam

fuisse, quod Albarradhus ben-Kais Alcenani occidisset Ohrwahum Alrahhal [1]).

٥ يوم نخلة

5. Dies Nachlah.

Dies hic diebus, qui Alfidjar cognominati sunt, adnumerandus est. Nachlah autem locus est inter Meccam et Althajif situs. Hujusce diei Chidaschus ben-Sohair sequente versu mentionem fecit:

يا شدة ما شددنا غير كاذبة على سخينة لولا الليل والحرم

„O impetum vehementem! quo contra Sachinah [2]) incurrimus, nisi nox et sacra ditio fuisset.“

Pugnabatur enim isto die, donec gens Koraisch in sacram urbis regionem vesperâ intraret. Metrum Basith est.

٦ يوم شمطة

6. Dies Schamthah.

Neque vocis enunciandae modum neque significationem Meidanius aut Kamusus definivit. Hic quoque dies, quo inter gentem Banu-Haschim et gentem Ahbd-Schams pugnabatur, diebus, quibus cognomen Alfidjar est, accenseri debet. Illius diei Chidaschus ben-Sohair sequentibus versibus mentionem fecit:

1) Kamusi auctor cum hoc non consentit. Dixit pugnatum esse istis diebus inter Koraischitas et cum istis conjunctos Cenanitas gentemque Kais Ghailan. Devictam esse Kais Ghailan. Mohammedem viginti annorum aetatem isto tempore habuisse. Pugnatum igitur est aut anno 585 aut anno 591 post Chr.

2) Cibi sorbilis e farina parati nomen est, quo Koraischitae tempore duro uti solebant. Isto cognomine ludibrii causa appellabantur.

أَلَا أَبْلِغْ إِنْ عَرَضَتْ بِنَا هِشَامًا وَعَبْدَ ٱللَّهِ أَبْلِغْ وَٱلْوَلِيدَا

بِأَنَّا يَوْمَ شَمْطَةَ قَدْ أَقَمْنَا عَمُودَ ٱلْمَجْدِ إِنَّ لَهُ عَمُودَا

جَلَبْنَا ٱلْخَيْلَ سَاهِمَةً إِلَيْهِمْ عَوَابِسَ يَدْرَعْنَ ٱلنَّقْعَ قُودَا

„Perfer, si nostrorum tibi in mentem venit, Hischamo et Ahbd-Allaho, perfer et Alwalido nuntium, nos die Schamthah stetisse tanquam columnam gloriae, gloriae enim columna est. Nos equos itinere adflictos adduximus ad eos, austeros, pulvere tanquam pallio obtectos, robusto collo praeditos.“ Metrum Wafir est. conf. Meid. 20, 94.

٧ يَوْمُ ٱلْعَبْلَاء

7. Dies Alahbla.

Alahbla nomen petrae albae in latere loci Ohcaths sitae esse putant. Chidaschus hujusce diei sic mentionem fecit:

أَلَمْ يَبْلُغْكُمْ أَنَّا جَدَعْنَا لَدَى ٱلْعَبْلَاء خِنْدِفَ بِٱلْقِيَادِ

„Nonne audivistis, nos apud Alahblam Chindifum cum habena amputasse.“ Metrum Wafir est.

٨ يَوْمُ عُكَاظ

8. „Dies Ohcaths.“

Ohcaths nomen aquae in regione Meccae erat, ad quam quotannis per mensis spatium nundinae erant. [1]) Et hic dies illis, qui cognomen Alfidjar habent, adnumerandus est.

٩ يوم حريرة

9. Dies Horairah.

1) Paulo aliter Kamusi auctor. conf. lex. meum.

Horairah est locus petrosus ad latus australe Ohcathsi (Kamusi auctor adnotavit, locum esse in propinquo Nachlae situm). Illius diei Chidaschus in versu sequente mentionem fecit:

وَقَدْ بَلَوتُم فَابلوكم بَلَاءهُم يَوم الحريرة ضَربًا غَير تَكذِيبِ

„Adflixistis, sed ego et vos eodem modo adfligam die Alhorairah ictibus duris.“ Metrum Basith est.

١٠ يَوم ذِى قَار

10. Dies Dsu Kar. [1])

Die isto celebri Arabes Persas prima vice magna strage adflixerunt. Persarum enim imperator Parwiz contra gentem Banu-Schaiban exercitum miserat, qui fugatus est.

Istum diem Bacirus ben Alazanim, unus e gente Kais ben-Tsahlabah, versibus celebravit dicens:

هُمْ يَوْمَ ذِى قَارٍ وَقَدْ حَمِشَ ٱلْوَغَا خَلَطُوا لُهَامًا جَحْفَلًا بِلُهَام

ضَرَبُوا بَنِى ٱلْأَحْرَارِ يَوْمَ لَقُوهُمْ بِٱلْمُشْرَفِيِّ عَلَى صَمِيمِ ٱلْهَامِ

„Ii die Dsu-Kar, et proelium vehemens erat, miscuerunt exercitum magnum cum exercitu; percusserunt generosos die, quo iis occurrerunt gladio Maschrafitico super os medium cranii.“ Metrum Camil est. c. p. 213. Locus Dsu-Kar inter Cufah et Waseth situs erat, alter hujusce nominis locus in regione oppidi Rei reperitur. Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 88. et Geogr. Abulph. ٣٩٣ ed. Par. Pugnatum est anno, quo Mohammedes quadraginta annos natus erat. Alii dicunt anno pugnae Bedrensis Abulf. hist. Anteisl. p. 146.

1) Conf. Citab Alaghani.

١١ يوم جبلة

11. Dies Djabalah. [1])

Djabalah nomen collis rubri inter aquas Schoraif et Scharaf, quarum prior genti Nomair, posterior genti Banu-Cilab erat. Iste locus quoque شعب جبلة appellatur. Pugna erat inter gentem Banu-Ahbs et Banu-Dsobjan, quae a Baghidho originem duxerunt. Hujusce diei in versibus sequentibus mentio facta est:

لَمْ أَرَ يَوْمًا مِثْلَ يَوْمِ جَبَلَهْ يَوْمَ أَتَتْنَا أَسَدٌ وَحَنْظَلَهْ

وَٱلْغَطَفَانُ وَٱلْمُلُوكُ أَرْسَلَهْ نَضْرِبُهُمْ بِقَضْبٍ مُنْتَخِلَهْ

لَمْ تَعْدُ أَنْ أَفْرَشَ عَنْهَا ٱلصَّقَلَهْ

„Non vidi diem instar diei Djebelah. Dies erat, quo gens Asad et Henthselah ad nos venerunt et Ghathafan et reges agminatim, quos percutimus gladiis secantibus, qui optimos eligunt, quos politores modo acuerant Metrum Redjes est. p. 231.

١٢ يوم الرحرحان

12. Dies Alrahrahan. [2])

Alrahrahan nomen terrae prope ad Ohcats sitae est. Ad istum locum duobus diebus pugnatum est, uno inter gentem Banu-Darim et Banu-Ahmir ben-Zahzaah, altero inter gentem Banu-Tamim et gentem Banu-Ahmir. Dixit Alnabeghah Aldjahdi:

---

1) Hoc die poeta Lebidus decem annos natus fuisse dicitur. Lebidus autem versus finem Moahwijjahi aetate 145 annorum diem obiisse dicitur. Conf. de hoc die Abulf. hist. Anteisl. p. 146.

2) Kamusi auctori mons est. De hoc die conf. Abulf. hist. Anteisl. p. 144.

هَلَّا سَأَلْتَ بِيَوْمَيْ رَحْرَحَانَ وَقَدْ ظَنَّتْ هَوَازِنُ أَنَّ الْعِزَّ قَدْ زَالَا

„Nonne interrogasti de duobus diebus Rahrahan et gens Hawasin jam putaverat, honorem desiisse.“ Metrum Basith est.

١٣ يَوْمُ الْفَلْجِ

13. Dies Alfaldj.

Alfaldj nomen vici gentis Banu-Ahmir ben-Zahzaah infra Alahkik versus Hadjar diei spatio in via Zanaah siti est. Duobus diebus ibi pugnatum est, uno gens Banu-Ahmir contra gentem Banu-Hanifah, altero gens Banu-Hanifah contra gentem Banu-Ahmir victoriam reportavit.

١٤ يَوْمُ النَّشَّاشِ

14. Dies Alnaschschasch.

Naschschasch vallis est abundans plantis salsis et amaris (حمض) (in regione gentis Nomair Kam.). In ea post pugnam Alfaldj praelium inter gentem Banu-Ahmir et incolas regionis Aljemamah commissum est. Dixit poeta:

وَبِالنَّشَّاشِ مَقْتَلَةٌ سَتَبْقَى عَلَى النَّشَّاشِ مَا بَقِيَ اللَّيَالِي

فَأَذْلَلْنَا الْيَمَامَةَ بَعْدَ عِزٍّ كَمَا ذَلَّتْ لِوَاطِئِهَا النِّعَالُ

„In valle Alnaschschasch caedes erat, cujus memoria restabit, quamdiu noctes restant. Nam gentem regionis Jemamah vilem reddidimus, posteaquam potentia excelluerat, quemadmodum solcae per conculcantem viles fiunt.“ Metrum Wafir est.

١٥ يَوْمُ اللِّهَابَةِ

15. Dies Allihabah.

Allihabah regionis nomen est in valle Alschawadjin [1]), circa quam loca erant طويلع , لصاف , وَجّ , الرمادة , القرعاء appellata. Ibi inter gentem Banu-Cahb et gentem Ahbd-Schams pugnabatur. Dixit poeta:

مَنَعَ ٱللِّهَابَةَ حَمْضُهَا وَنَجِيلُهَا وَمَنَابِتُ ٱلضَّمْرَانِ ضَرْبَةَ أَسْفَعِ

„Impediverunt in regione Allihabah plantae Hamdh, Nadjil et loca ubi plantae Dhamran crescunt, percussionem accipitris. Id est: Tam densae ibi sunt plantae, ut aves ab accipitre securae sint. Metrum Camil est. p. 212.

١٦ يَوْمُ خَزَازَى

16. Dies Chasasae.

Nomen montis est nec non خزاز appellati, apud quem inter gentem Banu-Rabiah ben-Nesar et Jemanenses pugna erat [2]). Dixit poeta:

وَنَحْنُ غَدَاةَ أُوقِدَ فِي خَزَازَى هَدَيْنَ كَتَائِبًا مُتَجَبِّرَاتِ

„Et nos matutino tempore, quo in loco Chasasa ignis accensus erat, ducebam agmina superbientia.“ Metrum Wafir est p. 204. [3]).

Metri causa كتايبا loco vocis كتايب est. In codice meo et Berol متحيرات „stupefacta“ legitur. In hist. anteisl. p. 144. خزار impressum legimus. Colaib Wajel dux gentis Banu-Rabiah fuisse dicitur.

---

1) Nomen vallis magnae est in ditione gentis Banu-Dhabbah. conf. Kam.

2) In isto monte die incursionis ignis accendebatur. Est mons inter Bazram et Meccam.

3) Observandum est, prius hemistichium legi in versu Moallak. Ahmrui ben-Celtsum v. 68.

١٧ يوم الكلاب

17. Dies Alcolab.

Alcolab nomen aquae est in dextero latere loci Djabalah [1]) et montis Schamam, ad quam tempore Actsami ben-Zaifi proeliis duobus pugnatum est. Unus dies prior, alter posterior appellatur. Conf. de die priore Abulf. hist. Anteisl. p. 144. et Cit. Alaghani.

١٨ يوم الصفقة

18. Dies Alzafkah.

Dicunt, hunc diem primum eorum fuisse, qui nomen Alcolab habeant. Est dies arcis Almoschakkar (in regione Albahrain, qui inde nomen Alzafkah accepit, quod Cosrois praefectus gentem, quae in camelorum aromata portantium agmina irruperat, in arcem invitaverat et tum portam clauserat (اصفق) Duo inde orta sunt proverbia, unum ليس بعد الاسار الا القتل. „Non est post captivitatem nisi caedes," alterum: ليس بعد السلب الا الاسار „Non est post direptionem nisi captivitas." Conf. Nr. 61.

١٩ يوم طخفة

19. Dies Thichfah.

Thichfah seu Thachfah nomen loci [2]) in ditione gentis Banu-Jarbuh siti est, quo gens Banu-Jarbuh contra Kabusum ben-Almondsir ben-Mäi s'Sama feliciter pugnavit. Istum diem Schoraihus Jarbuihta versu sequente celebravit:

---

1) Plures loci nomen Djabalah gerunt. Est locus in regione Nedjd, (ﺏ) vicus in regione Tehamah, (ﺩ) oppidum in littore maris Syriae, vicus in regione Bahrain et locus in regione Hidjas. Pugna erat in loco inter Bazram et Cufam.

2) In Kamusi opere legimus, nomen montis longi, rubri fuisse.

عَلَا جَدُّهُمْ جَدَّ الْمُلُوكِ فَاطْلَقُوا بِطِخْفَةَ اَبْنَاءَ الْمُلُوكِ عَلَى الْحَكَمْ

„Superavit felicitas eorum felicitatem regum et die Thichfah filios regum contra Alhacamum dimiserunt.“ Metrum Thawil est p. 162.

٢٠ يَوْمُ الْوَقِيطِ

20. Dies Alwakith.

Proelium illud commissum est tempore Islamismi inter gentem Banu-Tamim et gentem Beer ben-Wajel. Hujusce diei Jasidus ben-Henthselah in versu sequente mentionem fecit:

وَنَجَّاهُ مِنْ قَتْلِ الْوَقِيطِ مُقَلِّصٌ أَقَبُّ عَلَى فَأْسِ اللِّجَامِ أَزُومُ

„Et liberavit eum a caede die Alwakith facta longos pedes habens (equus), medio corpore gracilis, toto ore fraeni ferrum mordens.“ Metrum Thawil est [1]).

٢١ يَوْمُ الْمَرُوتِ

21. Dies Almarrut.

Almarrut vallis (in regione gentis Banu-Djoman ben-Ahbd-Alohssa sitae Kam.) nomen est, in qua inter gentem Tamim et Koschair proelium commissum est. Dixit poeta:

فَإِنْ تَكُ هَامَةٌ بِهَرَاةَ تَرْقُو فَقَدْ أَرْقَيْتُ بِالْمَرُوتِ هَامَا

„Si bubo in oppido Harath vociferatur; ego in loco

1) Kamusi auctor, diem istum, quo Alhacamus ben-Chaitsamah occideretur et Ahtsdjalus ben-Almamun et Almamunus ben-Schaiban captivi fierent, isto nomine ob summum moerorem, quo adfligeret, appellatum esse.

Almarrut plures bubones, ut vociferarentur, coegi.“ Metrum Wafir est. p. 204.[1]).

٢٢ يَوْمُ ٱلشَّقِيقَةِ

22. Dies Alschakikah.

Dies iste quoque nomen يوم النقا **Dies Alnaka** (collis arenae) et يوم الحسن **Dies Alhasan** habebat. Vocabulum شقيقة interstitium inter duos montes arenosos significat. Ebn-Alachdhar istius diei mentionem fecit dicens:

وَيَوْمُ شَقِيقَةِ ٱلْحَسَنَيْنِ لَاقَتْ بَنُو شَيْبَانَ آجَالًا قِصَارًا

„Et die Schakikat-Alhasanain gens Banu-Schaiban breves vitae terminos invenerunt.“

Die autem isto, quo Abu-l'Zahba Bistham ben-Kais Schaibanita occidebatur, gens Banu-Schaiban victa est. Dicunt isto loco duos montes esse, quorum alter Alhasan, alter Alhosain nomen haberet, et hanc esse causam, cur poeta شقيقة الحسنين dixerit[2]).

٢٣ يَوْمُ قُشَاوَةَ

23. Dies Koschawah.

Isto die gens Banu-Schaiban gentem Salith ben-Jarbuh vicit. Appellatur quoque يوم نعف السويقة „**Dies Nahf-Alsowaikah**[3])“ Istius diei Djerirus versu sequente mentionem fecit:

---

1) Arabes enim putarunt, ex capite occisi, cujus caedes vindicata non esset, bubonem prodire vociferantem: Bibendum mihi date! i. e. vindicate caedem meam.

2) Kamusi auctor dixit, Alhasan et Alhosain duorum montium vel collium arenarum nomina esse. Apud illum Alhasan appellatum Bisthamum sepultum esse.

3) Vocibus قشاوة et نعف **locus elatus in valle seu agger**

بِئْسَ الفوارِسُ يومَ نَعْفِ سُوَيْقَةٍ والخَيْلُ عادِيَةٌ على بِسْطامِ

„Vae equitibus die Nahf-Sowaikah, dum equites contra Bisthamum incurrebant.“ Metrum Camil est. p. 213.

٢٤ يَوْمُ إِرَاب

24. Dies Irab.

Aliis Irab nomen aquae, aliis loci in ditione gentis Balahnbar est. Gens Taghlab isto die gentem Jarbuh in fugam egit [1]).

٢٥ يَوْمُ ذِى طُلُوح

25, Dies Dsu-Tholuh. [2])

Dies quoque يوم الصمد Dies Alzamd appellatur. Alzamd autem nomen aquae est genti Aldhibab, quae aqua tempore Meidanii in latere regionis interdictae ad oppidum Aldharijjah [3]) pertinentis erat (في شاكلة الحمى من الضريبة) Die isto gens Banu-Jarbuh victoriam reportavit. Alfarasdakus istius diei mentionem fecit dicens:

هَلْ تَعْلَمُونَ غَدَاةَ تَطْرُدُ سَبْيَكُمْ بِالصَّمْدِ بَيْنَ رُوَيَّةٍ وَطِحَالِ

„Num scitis tempus matutinum, quo feminae vestrae captivae propellebamus apud aquam Alzamd inter locum Roajjah et Thihal.“ Metrum Camel est.

---

longus significatur. Sowaikah autem nomen pluribus locis commune est.

1) In Kamusi opere legimus, vocem اراب tribus vocalibus enunciari.

2) In codice Lugd. ذى طلوح legitur.

3) Aldharijjah est vicus (8) inter Bazram et Meccam.

٢٦ يَوْمُ ذِي أُرَاطَى

26. Dies Dsi-Oratha.

Dicitur quoque يوم اراط. „Dies Orath“ Die inter gentem Banu-Hanifah et ejus foederatos e gente Banu-Djahdah et gentem Banu-Tamim pugnatum est. Conf. Moall. Ahmrui ben-Celtsum Vers. 69.

٢٧ يَوْمُ ذِي بِهْدَى

27. Dies Dsu-Bahda.

Bahda vel Dsu-Bahda nomen loci est, quo pugna inter gentem Banu-Taghlab et gentem Banu-Sahd ben-Tamim erat. Gens Banu-Taghlab victa est.

٢٨ يَوْمُ ذِي نَجَبٍ

28. Dies Dsu-Nadjab. [1])

Die isto gens Banu-Tamim gentem Ahmir ben-Zahzaah proelio profligavit.

٢٩ يَوْمُ ٱلْلِّوَى

29. Dies Alliwa.

Diem hunc diem Waridat [2]) esse contendunt, quo gens Banu-Tsahlebah gentem Jarbuh vicit. Dixit Djerirus:

كَسَوْنَا ذُبَابَ السَّيْفِ هَامَةَ عَارِضٍ غَدَاةَ ٱلْلِّوَى وَٱلْخَيْلُ تَدْمَى كُلُومُنَا

---

1) In Kamusi opere legimus, Dsu-Nadjab vallem gentis Moharib (محارب) esse.

2) واردات Waridat nomen proprium loci est; لوى Liwa vero appellativum, quo loca arenosa etc. designantur, esse videtur.

„Vestivimus aciem gladii capite Ahridhi tempore matutino diei Alliwa, dum equi nostris vulneribus sanguine infecti erant.“ Metrum Thawil est. p. 162.

٣٠ يَوْمُ أَعْشَاشٍ

30. Dies Ahschasch [1])

Pugnatum est inter gentem Banu-Schaiban et gentem Banu-Malic.

٣١ يَوْمُ عَاقِلٍ

31. Dies Ahkil.

Ahkil montis nomen est. Pugna erat inter gentem Banu-Djoscham et gentem Banu-Henthselah [2])

٣٢ يَوْمُ الْهُبَيْمَاءِ

32. Dies Alhojaima.

Et legitur الهبيمى. Nomen aquae est, ad quam gens Banu-Taim-Allat gentem Banu-Modjaschih in fugam conjecit.

٣٣ يَوْمُ سَفَارٍ

33. Dies Safari.

Est nomen putei [3]). Erat ibi via exercituum (مجاز الجيوش). Inter gentem Becr ben-Wajel et gentem Tamim ibi proelium commissum est. Dixit Farasdakus:

---

1) In Kamusi opere legimus أعشاش loci nomen esse in terra gentis Banu-Asad in propinquo montis Thamijjan in deserto.

2) In codice Lugdun. dies hic adnotatus non est.

3) Puteum istum gentis Banu-Masin ben-Malic ante locum Dsu-Kar appellatum esse, Kamusi auctor adnotavit.

مَتَى مَا تَرِد يَوْمًا سَفَارِ تَجِدْ بِهَا أُدَيْهِمُ يَرْمِى ٱلْمُسْتَجِيزَ ٱلْمُغَوِّرَا

„Quando aliquo die ad puteum Safari devertis, ibi invenies numerum magnum[1]), qui aquam petentem, meridiei tempus intrantem sagittis petit.“ Metrum Thawil est. p. 162.

٣٤ يَوْمُ ٱلْبِشْرِ

34. Dies Albischr.

Bischr nomen montis (in Mesopotamia الجزيرة Kam.) est. Dies quoque appellatur: Dies Alhadjjaf.

٣٥ يَوْمُ ٱلْحَجَّاف

35. Dies Alhadjdjaf[2]).

Dixit Alachthal hujusce diei mentionem faciens:

لَقَدْ أَوْقَعَ ٱلْحَجَّافُ بِٱلْبِشْرِ وَقْعَةً إِلَى ٱللهِ مِنْهَا ٱلْمُشْتَكَى وَٱلْمُعَوَّلُ

„Jam ad montem Bischr Alhadjdjafus proelium commisit, de quo querentes ad Deum confugiunt.“ Metrum Thawil est. p. 162.

٣٦ يَوْمُ مُحَاشِن

36. Dies Mochaschin[3])

---

1) أديهم videtur despiciendi aut magnificiendi ergo dictum fuscus parvus.

2) Dubitari potest, num ٱلْحَجَّاف an ٱلْجَحَّاف legatur. In codice Lugd. et meo ٱلْحَجَّاف, in codice Berol ٱلْجَحَّاف et sic in Hamasa p. 61 scriptum est, sed nescio, an recte impressum sit. Alhadjdjaf b. Hocaim Solamita isto die gentem Banu-Taghleb invadit. (Citab Alagh.) Hic dies inter dies ante Islamismum locum obtinuit; at vero Alhadjdjaf tempore Ahbd-Almalici b. Merwan vixit.

3) In libro Citab. Alaghani legitur ويسمى هذا اليوم يوم البشر ويوم عاجة الرهوب ويوم محاسن ويوم حبل الى جانب البشر; sed videtur legendum مخاشن وبخاشن جبل.

Mochaschin nomen montis est. Hoc quoque die Hadjdjafus victoriam reportavit. Poeta Djerir istius diei mentionem fecit dicens:

لَوْ أَنَّ جَمْعَهُمُ غَدَاةَ مُخَاشِنٍ يَرْمِي بِهِ جَبَلٌ لَكَادَ يَزُولُ

„Si matutino tempore pugnae Mochaschin agmen eorum montem petiisset, is paene loco cessisset.“ Metrum Camil est. p. 213.

٣٧ يوم الخابور

37. Dies Alchabur.

Chabur nomen loci in Syria siti est, apud quem proelio commisso Ohmairus ben-Alhobab occidebatur. Poeta Alnofaih ben-Salim id celebravit verbis sequentibus:

وَلَوقعَةُ الْخَابُورِ إِنْ تَكُ خِلْتَهَا خَلِقَتْ فَإِنَّ سِمَاعَهَا لَمْ يَخْلَقِ

„Proelium Chaburi si putas id tritum esse (tibi dico), ejus famam tritam non esse.“ Metrum Camil est. p. 212.

٣٨ يوم درنى

38. Dies Dorna.

Dorna nomen loci est, apud quem gens Banu-Thohajjah gentem Taim-Allat proelio vicit. Dixit poeta:

حَلَّ أَهْلِي مَا بَيْنَ دُرْنَى فَبَادُولَى وَحَلَّتْ عُلْوِيَّةٌ بِالسِّخَالِ

„Gens mea inter Dornam et Badulam castra posuit et gens Ohlwijjah ad Alsichal castra posuit.“ Metrum Chafif est. p. 262.

٣٩ يوم العظالى

39. Dies Alohthsala.

De nominis causa non consentiunt. Alii contendunt, nomen inde desumtum esse, quod una pars hominum altera quasi vecta esset, alii, quod ob principatum pugnantes quasi cohaesissent, alii denique, quod uno jumento plures vecti essent. Ultimum autem proelium erat, quod ante Islamismum inter gentem Becr ben-Wajel et gentem Tamim commissum est. Dixit poeta:

فَإِنْ تَكُ فِي يَوْمِ ٱلْعُظَالَى مَلَامَةٌ فَيَوْمُ ٱلْغَبِيطِ كَانَ أَخْزَى وَأَلْوَمَا

„Quod si in die Alohthsala vituperii causa est; at vero dies Alghabith majore ignominia adficit et majus vituperium meretur.“ Metrum Thawil est. p. 162.

٤٠ يَوْمُ ٱلْغَبِيطِ

40. Dies Alghabith. [1])

Hic dies idem est, quam dies Ahschasch conf. 30 [2]). Victoriam reportavit gens Banu-Jarbuh., dum gens Modjaschih (مجاشع) [3]) praesens non erat. Dixit Djerir:

وَلَا شَهِدَتْ يَوْمَ ٱلْغَبِيطِ مُجَاشِعٌ وَلَا نَقَلَانِ ٱلْخَيْلِ مِنْ قَتْلَى نَسْرِ

„Gens Modjaschih die Alghabith praesens non erat et

---

1) In Kamusi opere legimus, Alghabith nomen loci esse in regione gentis Jarbuh siti; sed statim post sequitur: وغبيط المدرة ع وله يوم „Et Ghabith-Almadarah locus est, apud quem pugna erat.“

2) Legitur وهو يوم اعشاش يوم لبنى يربوع. Reiskius autem putavit, legendum esse ويوم, ut sensus sit. Die isto ut die Ahschah Banu-Jarbuh victoriam reportasse.

3) Modjaschih ben-Darim auctor gentis est ad tribum Tamim pertinentis.

non erat cursus equorum a duobus fastigiis montis Nasr.“ Metrum Thawil est. p. 161.

٤١ يَوْمُ الغَبِيطَيْنِ

41. Dies Alghabithain.

Hoc quoque die gens Banu-Jarbuh victoriam reportavit et Wadiahus ben-Aus Hanium ben Kabizah Schaibanitam captivum fecit [1]).

٤٢ يوم ضَرِيَّة

42. Dies Dharijjah.

Dharijjah nomen vici esse dicunt in ditione gentis Cilab siti ad viam, quae ab urbe Bazra Meccam ducit. Ibi gens Banu-Sahd et gens Banu-Ahmru ben-Hentselah convenerant, ut proelium committerent; sed pax inter utramque partem composita est. Dixit poeta Ferasdak:

وَنَحْنُ كَفَفْنَا الْحَرْبَ يَوْمَ ضَرِيَّةٍ وَنَحْنُ مَنَعْنَا يَوْمَ عَيْنَيْنِ مِنْقَرَا

„Nos die Dharijjah a proelio abstinuimus et nos die Aihnain [2]) gentem Minkar impedivimus.“ Metrum Thawil est. p. 162.

٤٣ يَوْمُ الكُحَيْل

43. Dies Alcohail.

Hujusce proelii Nofaihus ben-Salim Hidjasita mentionem fecit dicens:

---

1) Silentio praetereundum non est, in codice Berol. voci اسر vocalem Dhamma superscriptam esse, ut verti possit; Et Wadiahus ben-Aus Hani ben-Kabizah Schaibanita captus est.

2) Conf. Nro. 50.

وَالْخَيْلُ يَوْمَ كُحَيْلِ رِجْلَةَ إِذْ غَدَتْ مِنْ كُلِّ فَايِجَةٍ يَجِئْنَ رِعَالاَ

„Et equites die Cohail Ridjlah ex omni loco amplo mane catervatim venerunt.“ Metrum Camil est. p. 213.

٤٤ يَوْمُ الْكُفَافَةِ

44. Dies Alcofafah.

Alcofafah aquae nomen est, ad quam inter gentem Banu-Fesarah et gentem Ahmru ben-Tamim pugna erat. Hujusce pugnae Alhadirahus mentionem fecit dicens:

كَمَا حَبَسْنَا يَوْمَ الْكُفَافَةِ خَيْلَنَا لِنَوْرِدَ أُخْرَى الْخَيْلَ إِذْ كَرِهَ الْوِرْدَ

„Ut die Alcofafah equos nostros retinuimus, ut alios equos admitteremus, quum non amplius prodire vellent.“ Metrum Thawil est. p. 161. Pugnam, qua equi fatigati erant, cum aqua poeta comparavit.

٤٥ يَوْمُ الْقَرْنِ

45. Dies Alkarn.

Alkarn nomen montis est. Ibi pugna erat inter gentem Chatsahm et gentem Banu-Ahmir, qua illa fugata est.

٤٦ يَوْمُ بِسْيَانَ

46. Dies Bosjan.

Bosjan loci (montis Kam.) nomen est, ubi gens Fesarah conf. Meid. 13, 122. gentem Banu-Djoscham ben-Becr proelio vicit. Dixit poeta:

وَكَمْ غَادَرَتْ خَيْلِي بِبِسْيَانَ مِنْكُمْ أَرَامِلَ عَقْرَى أَوْ أَسِيرًا مُكَفَّرَا

„Quot ex vobis caelibes saucios vel captivos compedibus vinctos in loco Bosjan equites mei reliquerunt.“ Metrum Thawil est. p. 162.

٤٧ يَوْمُ الوَقَبَى

47. Dies Alwakaba.

Alwakaba nomen campi est, in quo stagna et loti sunt [1]). Ibi duobus diebus inter gentem Masen et gentem Becr pugnatum est.

٤٨ يَوْمُ الصِّمَّتَيْنِ

48. Dies Alzimmatan.

Cognomine الصمتان designantur Alzimmah Djoschamita Doraidi pater et Aldjahdus ben-Alschammach [2]). Haec autem nomina conjuncta sunt, quod Alzimmahus, qui Aldjahdum occiderat, post aliquod tempus pro eo occidebatur. Quae res erat in causa, cur inter gentem Banu-Malic et gentem Jarbuh bellum accenderetur.

٤٩ يَوْمُ قَرَاقِر

49. Dies Korakir.

Isto die gens Modjaschih [3]) contra gentem Becr ben-Wajel victoriam reportavit.

٥٠ يَوْمُ بَلْقَاء

50. Dies Balka.

---

1) In Kamusi opere legimus, Alwakaba nomen aquae gentis Banu-Schaiban esse.

2) In Kamusi opere legimus cognomine الصمتان patrem Doraidi poetae ejusque fratrem Malic designari.

3) مجاشع بن دارم tribus auctor est, quae ad gentem Tamim pertinet.

Balka [1]) regionis nomen est. Hujus diei Djerirus in sequente versu mentionem fecit:

أخيلك أم خيلي ببلقاء أحرزت دعائم عرش الحي أن يتضعضعا

„Num equites tui an equites mei in terra Balka columnas throni gentis custodiverunt, ne destrueretur?“ Metrum Thawil est. p. 162.

٥١ يوم عيبنين

51. Dies Aihnain.

Dixit Abu-Ohbaidahus locum Aihnan in regione Hadjar [2]) esse. Ibi inter gentem Minkar et gentem Ahbd-Alkais pugna erat. Conf. 41.

٥٢ يوم الحنو

52. Dies Alhinw.

Istius diei, quo gens Becr gentem Taghleb vicit, mentionem fecit Alahscha versu sic incipiente:

بعينيك يوم الحنو إذ صبحتهم

„Ante oculos tuos dies Alhinw etc.“ Metrum Thawil est. p. 162. Kamusi auctor dixit: حنو القراقر „Hinw' ol'Karakir“ nomen loci esse. conf. Nr. 48.

٥٣ يوم السوبان

53. Dies Alsuban.

Alsuban regionis [3]) nomen est, in qua proelium inter

---

1) In Kamusi opere legimus Balka regionis nomen in Syria sitae, nec non aquae gentis Banu-Becr nomen esse.

2) Kamusi auctor dixit, oppidi nomen esse in regione Bahrain siti.

3) In Kamuso legimus, Alsuban nomen vallis, montis aut terrae esse.

inter gentem Banu-Ahbs et gentem Banu-Henthselah erat. Hujusce diei mentionem faciens dixit Ausus:

كَأَنَّهُمْ بَيْنَ ٱلشَّمَيْطِ وَصَارَةٍ وَجُرْثُمَ وَٱلسُّوبَانِ خُشْبٌ مُصَرَّعُ

„Quasi ii inter Alschomaith et Zarah et Djortsom, et Alsuban ligna dura prostrata sint.“ Metrum Thawil est. p. 162.

٥٤ يَوْمُ ٱلْفَسَاد

54. Dies Alfesad (corruptionis).

Pugna erat inter gentem Alghauts et Djodailah, quae ad tribum Thai pertinent. Istius diei mentionem fecit Djabirus ben-Horaisch Thajjita dicens:

اِنْ لَا تَخَافُ حُدُوجُنَا قَذْفَ ٱلنَّوَى قَبْلَ ٱلْفَسَادِ اِقَامَةً وَتَدَبُّرَا

„Non timebant pilenta nostra (mulieres) absentiam longe remotam ante diem Alfesad manendo et meditando.“ Metrum Camil est. p. 212. Isti diei et زمان الفساد tempus corruptionis et عام الفساد „annus corruptionis“ nomen datum est.

٥٥ يَوْمُ فَيْفِ ٱلرِّيحِ

55. Dies Faif-Alrih.

Faif-Alrih [1]) nomen loci est, quo inter gentem Chotsohm et gentem Banu-Ahmir proelium commissum est. Ahbd ben-Ahmru istius diei mentionem fecit dicens:

طُلِّقْتِ اِنْ لَمْ تَسْأَلِي اَيَّ فَارِسِ

1) In Kamusi opere legimus, فيوف الريح nomen loci esse in deserto (الدهناء) siti. Quod vero Djeuharius فيف الريح nomen loci esse dixerit, id errori tribuendum esse.

„Repudio dimittaris, si non interrogas, quinam eques . . . Prius hemistichium metri Thawil est, in cujus initio syllaba brevis abest. p. 162. 170. Versus in Hamasa reperitur.

٥٦ يَوْمُ أُوَارَةَ

56. Dies Owarah.

Owarah [1]) nomen aquae est, ad quam inter regem Ahmru ben-Hind et gentem Banu-Tamim pugnabatur. Conf. Abulf. hist. Anteisl. p. 144. et Citab Alaghani.

٥٧ يَوْمُ الْبَيْدَاء

57. Dies Albeida.

Dies iste antiquissimis Arabum diebus annummerandus est, multis quoque carminibus celebratus. Inter gentem Himjar et gentem Calb pugnabatur.

٥٨ يَوْمُ غَوْل

58. Dies Ghaul.

Ghaul nomen loci est. Dies quoque يوم حزيز غول „Dies loci salebrosi Ghaul“ appellatur. Isto die gens Dhabbah gentem Cilab proelio vicit. Dixit Aus ben-Ghalfa:

وَقَدْ قَالَتْ أُمَامَةُ يَوْمَ غَوْلٍ تَقَطَّعُ يَا ابْنَ غَلْفَاءَ الْحِبَالُ

„Dixit Omamah die Ghaul: O Ebn-Ghalfa! funes abscinduntur.“ Metrum Wafir est. p. 204.

٥٩ يَوْمُ السَّلَّان

1) In Kamusi opere legimus Owarah nomen aquae aut montis in regione gentis Tamim esse.

59. Dies Alsollan.

Alsollan regio terrae Tehamah est terrae Jemen adjacens [1]). Isto die gens Rabiah gentem Modshidj proelio fugavit et Ahmir cognomen ملاعب الاسنة accepit. Dixit Sohairus ben-Hobab:

شَهِدْتُ الْمُوقِدِينَ عَلَى خَزَازٍ وَبِالسُّلَّانِ جَمْعًا ذَا زُهَاءِ

„Adfui ignem accendentibus in monte Chasas et in regione Alsollan magno agmini congregato.“ Metrum Wafir est. p. 204.

٦٠ يَوْمُ صَنَبِيعَاتٍ

60. Dies Zonaibiaht.

Zonaibiaht nomen aquae est, ad quam puer parvus, qui a Haritso ben-Ahmru genti Banu-Tamim ad lactandum traditus erat, a serpente morsus est. Tum temporis gens Banu-Tamim et gens Becr eodem loco commorabatur. Alharitsus, cui utriusque gentis suspicio incidisset, ad ipsum excusatum missos viros ad unum omnes trucidavit. Isti dici cum die Alcolab dicto conjunctio est. Conf. 17.

٦١ يَوْمُ جَوِّ نِطَاعٍ

61. Dies Djaww-Nithah.

Alasharius Nathahi enunciavit. Est aquae nomen, quae genti Banu-Tamim erat, ibique commorabatur. Erat enim puteus dulcem aquam habens. Ibi erat pugna inter gentem Banu-Sahd et Haudsah. Causa erat diei Almoschakkar.

---

1) In Kamusi opere legimus السلان vallis in ditione gentis Banu-Ahmru ben-Tamim nomen esse.

٦٢ يوم المشقّر

62. Dies Almoschakkar[1]).

Almoschakkar arcis nomen est in regione Hadjar in terra Albahrain. Diei huic quoque nomen Dies Alzafkah est. Conf. 18. Conf. Meid. C. V, 177.

٦٣ يوم ذرحرح

63. Dies Dsorohroh.

Die hoc inter gentem Banu-Sahd et gentem Ghassan pugnabatur.

٦٤ يوم وجّ

64. Dies Wadjdj.

Wadjdj nomen vallis in regione Althajif (non terrae) inter montem Almochtarik et montem Alozaihirain esse Kamusi auctor adnotavit. Proelium erat inter gentem Tsakif, quae ad Hawasin pertinebat et Chalidum ben-Haudsah.

٦٥ يوم البسوس

65. Dies Albasus.

Conf. Meid. prov. C. XIII, 114.

٦٦ يوم التحالق

66. Dies Altahalok[2]).

Iste dies quoque يوم تحلاق اللمم. Dies rasurae comae, capita enim isto die raserunt, ut ipsis signum

1) Tempore Cosrois dies iste erat.

2) Conf. Hamas. 253.

cognoscendi esset [1]). Die isto proelium inter gentem Becr et gentem Taghleb commissum est et quidem tempore, quo Alharits b. Ohbad propter occisum Bodjairum se cum gente Becr b. Wajel conjunxerat. Hamas 452.

٦٧ يوم داحِس وغبراء

67. Dies Dahis et Ghabra.

Dahis et Ghabra nomina equorum sunt, quorum causa inter gentem Ahbs et gentem Fesarah et Dsobjan diu pugnabatur. Isto die gens Ahbs victoriam reportavit. Conf. Meid. prov. C. XXI, 102.

٦٨ يوم الصَّلَيْب

68. Dies Alzolaib.

Isto die inter gentem Becr ben-Wajel et gentem Ahmru ben-Tamim pugnabatur [2]).

٦٩ يوم ظَهر

69. Dies Thsahr.

Isto die inter gentem Ahmru ben-Tamim et gentem Banu-Hanifah proelium commissum est.

٧٠ يوم ذى ذَرارِيح

70. Dies Dsu-Dsararih.

Meidanio Dsararih colles designat [3]). Discordia erat

---

1) Kamusi auctor Taghlebitas capita sua rasisse et praelio vicisse adnotavit.

2) Kamusi auctor Alzolaib nomen loci et montis esse adnotavit.

3) A singulari ذريحة derivanda vox. Sed in Kamusi opere legimus, ذو ذراريح esse regulum in terra Jemen et principem gentis Tamim.

inter gentem Banu-Tamim et Jemanenses; sed pacem fecerunt.

يوم الدثينة ٧١

71. Dies Aldatsinah.

Aqua erat gentis Banu-Sajjar ben-Ahmru, cujus nomen tempore ante Mohammedem Aldafinah (الدفينة), ob malum omen, quod in nomine iis esse videbatur, mutatum est [1]). Proelium ibi erat, quo gens Banu-Masen gentem Solaim vicit.

يوم ذات الرمرم ٧٢

72. Dies Dsat Alramram.

Meidanio videtur الرمرم abbreviatum ex الرمراء, qua voce species arborum designatur. Isto die gens Banu-Ahmir gentem Banu-Ahbs fudit.

يوم جدود ٧٣

73. Dies Djadud [2]).

Isto die Alhaufesan ben-Schoraik gentem Banu-Sahd vicit. Illum Kaisus ben-Ahzim hasta in ventre vulneravit, quo ex vulnere post mortuus est.

يوم القرعاء ٧٤

74. Dies Alkarah.

---

1) De vocis enunciandae modo Aldotsainah aut Aldatsinah non consentiunt. In Kamusi opere legimus aut loci aut aquae nomen fuisse in ditione gentis Banu-Sajjar ben-Ahmru.

2) Djadud nomen loci esse in opere Kamusi legimus.

Regionis nomen, in qua genti Banu-Ghodanah putei erant [1]). Ibi inter gentem Banu-Malec et gentem Banu-Jarbuh pugnabatur.

يوم ملهم ٧٥

75. Dies Malham.

Malham nomen loci palmis abundantis est. Proelium ibi erat inter gentem Banu-Tamim et gentem Banu-Hanifah commissum. conf. Kam.

يوم قحقح ٧٦

76. Dies Kohkoh.

Kohkoh nomen terrae est, in qua Masuhd ben-Alkoraim [2]), eques gentis Becr ben-Wajel occisus est. Dixit poeta:

وَنَحْنُ قَتَلْنَا ابْنَ الْقُرَيْمِ بِقُحْقُحٍ صَرِيعًا وَمَوْلَاهُ الْمَجَبَّةَ لِلْفَمِ

„Nos occidimus Ebn-Alkoraimum in loco Kohkoh, in os prostratum, dum ejus patrona via erat.“ Metrum Thawil est. De verbis ومولاه المجبة dubito. Non inveni المجبة viri nomen esse, sin vero est, vertendum erat: ejusque clientem Almadjabbah.

يوم منعج ٧٧

77. Dies Manahdj.

Manahdj, aliis Manihdj [3]) nomen loci est, ubi gens Banu-Jarbuh gentem Banu-Cilab proelio fudit.

---

1) Kamusi auctor, Alkarah stationis (منهل) nomen esse in via Meccam ducente inter Kadesiam et Alahkabah sitae.

2) In codice Lugd. الصريم legitur.

3) Kamusi auctor Djeuharium vituperavit, quod vocem cum vocali Kesre enunciandam esse putaverit.

يوم زرود ٧٨

78. Dies Sarud.

Sarud nomen loci est, ubi inter gentem Banu-Taghleb et gentem Banu-Jarbuh proelium erat.

يوم الفتاة ٧٩

79. Dies Alfotah.

Gens Banu-Ahmir isto die in gentem Banu-Chaled ben-Djahfar incursionem faciens magna clade adflicta fugata est.

يوم الرقم ٨٠

80. Dies Alrakam.

Alrakam aquae gentis Banu-Morrah nomen est, ad quam inter gentem Banu-Fesarah et gentem Banu-Ahmir proelium erat. Isto die equo Ahmiri ben-Althofail, Korsol appellato, nervi pedis incisi sunt.

يوم طوالة ٨١

81. Dies Thowalah.

Thowolah aquae (vel putei Kam.) nomen est, ad quam inter gentem Banu-Ahmir et gentem Banu-Ghathfan pugnatum est.

يوم خو ٨٢

82. Dies Chaww.

Chaww nomen loci est. Isto die gens Asad victoriam reportavit et Ohtaibah ben-Alharits ben-Schehab, qui صياد الفوارس „venator equitum“ cognominabatur, a Dsuabo Asadita occisus est.

٨٣ يوم خوى

83. Dies Chowajj [1]).

Isto in proelio, inter gentem Tamim et gentem Becr ben-Wajel commisso, Jasidus ben-Alkoharijjah eques gentis Tamim cecidit.

٨٤ يوم بعاث

84. Dies Boahts [2])

Proelium ante Islamismum inter gentem Aus et gentem Chesredj commissum est.

٨٥ يوم الدرك

85. Dies Aldarc [3]).

Pugnatum est inter gentem Aus et gentem Chesredj.

٨٦ يوم احتال

86. Dies Ahtsâl.

In codice Berol. يوم ذى احتال legitur. In isto proelio, inter gentem Tamim et gentem Becr ben-Wajel commisso, Alhaufesan ben-Schoraic, قاتل الملوك occisor regum cognominatus, captivus factus est.

٨٧ يوم ثبرة

87. Dies Tsabrah.

Tsabrah nomen loci [4]) est, in quo pugna erat.

---

1) Forma nominis deminutivi est a خو derivati.

2) Conf. Citab. Alaghan.

3) Sed in Kamusi opere cum vocali Fatha litterae Ra enunciatur Aldarac.

4) In Kamusi opere legimus, ثبرة Tsabrah vallis in ditione gentis Dhabbah nomen esse.

٨٨ يَوْمُ الثَّنِيَّة

88. Dies Altsanijjah [1]).

Die isto Mafrukus ben-Ahmru, princeps gentis Banu-Schaiban, a Kahnabo ben-Ihzmah occisus est. Dixit poeta:

وَفَاظَ أَسِيرٌ هَانِئٌ وَكَأَنَّمَا مَفَارِقُ مَفْرُوقٍ تَغَشَّيْنَ عَنْدَمَا

„Exspiravit captivus, servus et quasi vertex capitis Mafruki sanguine draconis tectus esset.“ Metrum Thawil est.

٨٩ يَوْمُ النِّبَاح

89. Dies Alnibah.

Alnibah nomen vici in deserto (البادية) est, quem Ahbd-Allahus ben-Ahmir ben-Corais restauravit. Ibi gens Tamim gentem Schaiban vicit.

٩٠ يَوْمُ حَلِيمَة

90. Dies Halimah.

Inter Ghassanitas et Lachmitas pugnatum est. Conf. Meid. prov. C. XXIV, 64. Conf. Abulf. hist. Anteisl. p. 144.

٩١ يَوْمُ الوَتِدَة

91. Dies Alwatidah [2]).

Dies iste pugnae quoque يوم الوتدات dies Alwatidat et ليلة الوتدة „Nox Alwatidah“ nomen gerit.

---

1) In Kamusi opere invenimus Altsanijjah nomen loci esse.

2) Alwatidat (الوتدات) nomen montium in ditione gentis Ahbd-Allah ben- Ghathfan sitorum esse, Kamusi auctor adnotavit.

Gens Banu-Tamim gentem Ahmir ben-Zahzaah proelio isto vicit.

٩٢ يَوْمُ النُّجَيْرِ

92. Dies Alnodjair.

In codice Berolin. legimus, istum locum in regione Hadhramaut in extremis finibus regionis Jemen situm esse [1]). Gens Cendah isto die victa est.

٩٣ يَوْمُ الهَرِير

93. Dies Alharir.

Pugna erat inter gentem Becr et gentem Tamim, in qua Alharits ben-Albaibah (in cod. Berol. البيباجه) Olmodjaschiihta, princeps gentis Tamim, occisus est. Conf. Kam. et Hamas. 242. V. I.

٩٤ يَوْمُ هَرَامِيت

94. Dies Haramit.

Haramit trium puteorum nomen est. Ibi inter gentem Aldhibab et gentem Djahfar ben-Cilab ob puteum, quem quidam isto loco effodere volebat, proelium commissum est.

٩٥ يَوْمُ الأَلِيل

95. Dies Alalil.

Proelii nomen est, quod ad locum Zalah Alnaahm [2]) erat.

---

1) Kamusi auctor adtulit, النجير Alnodjair arcis nomen in propinquo Hadhramauti sitae nec non aquae e regione vici Zofainah sitae esse.

2) Locus iste in terra gentis Banu-Cilab vel gentis Ghathfan inter Alnohrah et Almoghitsah situs est. Kam.

٩٦ يَوْمُ الأَمِيل

96. Dies Alamil.

Iste dies quoque يوم الحسن. Dies Alhasan et يوم فلك الاميل. Dies Falac Alamil appellabatur. Isto die Bistham ben-Kais occisus est. Conf. Nr. 22.

٩٧ يَوْمُ الهِبَاءَة

97. Dies Alhibaah.

Gens Ahbs isto die gentem Fesarah et Dsobjan vicit.

٩٨ يوم الخَوْع

98. Dies Alchauh.

Die isto Schaiban ben-Schehab, eques equi Maudun appellati, qui suae gentis princeps tum temporis erat, captivus factus est. Dixit poeta:

وَنَحْنُ غَدَاةَ بَطْنِ الخَوْعِ أَبْنَا بِمَوْدُونٍ وَفَارِسِهِ جِهَارًا

„Nos matutino tempore vallis Alchauh equum Maudun ejusque equitem palam reduximus.“ Metrum Wafir est. p. 204.

٩٩ يَوْمُ الصِّعَاب

99. Dies Alziahb [1]).

Die isto Cenanahus ben-Dahr a Chalifaho ben-Michbath [2]) occisus est. Dixit poeta:

---

1) In Kamusi opere legimus, Alziahb montis nomen esse inter regiones Bahrain et Jemamah siti.

2) De hoc nomine codices non consentiunt. Meus habet مخيط, Lugd. محبط. Berol. مخبط vocalibus additis.

تَرَكْنَا ٱبْنَ دَهْرٍ بِٱلصَّعَابِ كَأَنَّمَا سَقَتْهُ ٱلسُّرَى كَأْسَ الكَرَى فَهْوَ نَاعِسُ

„Reliquimus in loco Alziahb Ibn-Dahrum, quasi iter nocturnum poculo somnolentiae eum irrigasset, et erat somnolentus.“ Metrum Thawil est. p. 162.

١٠٠ يَوْمُ كَنَفَى عُرُوش

100. Dies Canafai Ohrusch.

Vox عروش pluralis vocis عرش est. Isto die Alchamchamus ben-Djaml Hadjibum ben-Sorarah captivum fecit.

١٠١ يَوْمُ مُبَايِض

101. Dies Mobajidh.

Isto die Hamazizahus ben-Djendal Tharifum ben-Tamim occidit, Dixit poeta:

خَاضَ ٱلْعُدَاةَ إِلَى طَرِيفٍ فِي ٱلْوَغَا حَمْصِيصَةُ المِغْوَار فِي ٱلْهَيْجَاء

„Ingressus est in hostes Tharifum petens in proelii campo Hamazizahus bellicosus in pugna.“ Metrum Camil est. p. 213.

١٠٢ يَوْمُ تَرْج

102. Dies Tardj.

Tardj nomen loci leonibus abundantis est, in cujus propinquo pugnabatur.

١٠٣ يَوْمُ نَجْرَان

103. Dies Nadjran[1]).

---

1) Nadjran pluribus locis commune nomen est. 1) Loci in Arabia felici siti, anno decimo expugnati nomen, quod accepit a Nadjrano ben-Saba 2) Loci in regione Bahrain siti 3) In regione Hauran apud Damascum 4) Loci inter Cufam et Wasethum siti. Kam. conf. Abulf. Geogr. p. 92. sq.

Isto die gens Tamim gentem Alharits ben-Cahb vicit. Post hunc diem in codicibus varius ordo est.

١٠٤ يَوْمُ وَارِدَات

104. Dies Waridat [1]).

Dies pugnae inter gentem Becr et gentem Taghleb. Est pars belli Basus. Vicerunt Taghlebitae Abulf. hist. Anteisl. p. 138. 4. conf. Nro. 29.

١٠٥ يوم بَنَاتِ قَيْن

105. Dies Benat-Kain.

Benat Kain nomen loci est, ubi tempore Ahbd-Almalici ben-Merwan pugna erat, Nonnisi in cod. Berol.

١٠٦ يَوْمُ ذِى الأَثْلَ وَالأَرْطَى

106. Dies Dsu-l'Atsl wa'lArtha.

Ibi gens Djoscham gentem Ahbs vicit. Nonnisi in codice Berol.

١٠٧ يَوْمُ ٱلذَّنَايِب

107. Dies Aldsanajib.

Pugna erat inter gentem Becr et Taghleb. Est pars belli Basus et maxima pugna, in qua Taghlebitae vicerunt. Abulf. hist. Anteisl. p. 138. Nonnisi in cod. Berol.

١٠٨ يَوْمُ الجبيرة

108. Dies Aldjirah.

In meo et in codice Lugd. يوم الجبيرة legitur; in co-

1) Waridat loci nomen est. Kam.

dice Berol. الحيرة Alhirah. Isto die inter gentem Lachm et Ahmruum ben-Hind pugnatum est.

١٠٩ يوم عين أباغ

109. Dies Aihn Abagh [1]).

Gens Ghassan isto die gentem Lachm et Nesar proelio vicit.

١١٠ يوم قارة أهوى

110. Dies Karah Ahwa.

Isto die gens Ahmir ben-Zahzaah victoriam reportavit.

١١١ يوم سفوان

111. Dies Safawan [2]).

Isto die gens Djahdah et Koschair regem Alnohmanum ben-Almondsir et gentem Lachm vicit.

١١٢ يوم قباء

112. Dies Koba.

In codice Lugd. يوم قباء legitur [3]). Pugna erat inter gentem Aus et gentem Chesredj.

---

1) عين اباغ, quod tribus vocalibus litterae ا enunciatur, locus est in Syria aut inter Cufam et Rakkam situs. Kam. Fons Obagh in loco Dsat-Alchabar fuisse dicitur. Abulf. hist. Anteisl. p. 144.

2) Safawan loci apud Bazram siti nomen est. Kam.

3) In aliis sine Hamza. Cum Hamza et sine Hamza loci nomen est in propinquo Medinae siti, nec non loci inter Meccam Bazramque siti. Sine Hamza oppidi nomen est in regione Farghanah. Abulf. Geogr. 81.

١١٣ يوم القصيبة

113. Dies Alkozaibah.

Appellatur quoque يوم القصيبة Dies Alkozabijjah [1]). Isto die rex Ahmru ben-Hind gentem Tamim fugavit.

١١٤ يوم سحبل

114. Dies Sahbal.

Isto die Harits ben-Cahb victoriam reportavit. Sahbal vallis nomen est. Kam.

١١٥ يوم حارث الجولان

115. Dies Haritsi-Aldjaulan.

Aldjaulan locus in Syria est [2]). Isto die gens Ghassan victoriam reportavit.

١١٦ يوم المضبح والصحصحان

116. Dies Almodhajjih et Alzahzahan.

Isto die gens Kais (aliis gens Ahbs) de Jemanensibus victoriam reportavit.

١١٧ يوم حجر

117. Dies Hodjr.

Isto die gens Banu-Asad Hodjrum ben-Alharits gentis Cendah regem occidit.

---

1) Alkozaibah loci in regione Jemamah in ditione Taimi, Ahdijji et Tsauri filiorum Ahbd-Manati, nec non loci inter locos Janboh et Chaibar, locique in regione Bahrain siti nomen est. Kam.

2) Kamusi auctor Aldjaulan montis in Syria siti nomen esse adnotavit.

١١٨ يوم الزويرين

118. Dies Al-Sowairain.

Isto die gens Schaiban ben-Tamim victoriam reportavit. Meid. [1]).

١١٩ يوم سنجار

119. Dies Sindjar [2]).

Isto die gens Taghleb gentem Kais vicit.

١٢٠ يوم دارة مأسل

120. Dies Darat Masal.

In isto proelio gens Dhabbah gentem Cilab vicit.

١٢١ يوم مزلق

121. Dies Mosallak.

Gens Sahd, quae ad tribum Tamim pertinebat, gentem Ahmir ben-Zahzaah fugavit. In meo cod. non est. In Meidanii proverbiis C. 6. 32. diei Masluk مسلوق mentio facta est.

١٢٢ يوم قادم

122. Dies Kadim.

Gens Dhabbah gentem Cilab isto die vicit. In meo codice hic dies non est.

١٢٣ يوم الفروق

123. Dies Alfaruk.

---

1) Kamusi auctor, diem Alsowair (الزويير) notum esse, adnotavit.

2) Sindjar oppidi nomen est trium dierum spatio ab oppido Mosul remoti. Kam.

Isto die gens Ahbs gentem Sahd, quae pars tribus Tamim erat, vicit.

١٢٤ يَوْمُ دَاب

124. Dies Dab.

Gens Ahbs gentem Sahd, quae pars tribus Tamim erat, fugavit.

١٢٥ يَوْمُ الزَّخِيخ

125. Dies Alsochaich.

Scribitur a Schoraicho الرجيج. Gens Tamim isto die Jemanenses vicit.

١٢٦ يَوْمُ دَارَةِ جُلْجُل

126. Dies Darah Djoldjol.

١٢٧ يَوْمُ بَلْدَح

127. Dies Baldah[1]).

Baldah aquae nomen in regione Nedjd est. Meid.

١٢٨ يَوْمُ تِعْشَار

128. Dies Tihschâr.

Tihschâr nomen loci est. Kam.

١٢٩ يَوْمُ الْحُفْرَة

129. Dies Alhofrah.

Schoraihus الجفرة scripsit.

---

1) In Kamusi opere legimus Baldah vallis nomen esse e regione (قبل) Meccae aut montis in via ad locum Djoddah ducente.

١٣٠ يَوْمُ الدَّهْنَاء

130. Dies Aldahna[1]).

١٣١ يَوْمُ ثَيْتَل

131. Dies Tsaital.

In meo codice تيتل, in codice Berol. ثيثل scriptum est.

١٣٢ يَوْمُ الْقَاع

132. Dies Alkah[2]).

١٣٣ يَوْمُ أُفَاق

133. Dies Ofak.

Ofak nomen loci esse Kamusi auctor adnotavit.

---

1) Nomen deserti, tum nomen loci in regione Nedjd, gentis Tamim. conf. Abulf. Geogr. 84.

2) Alkah nomen loci prope apud Sobalah (زبالة) siti esse, nec non isto die a Bisthamo ben-Kais Ausum ben-Hodjr captivum factum esse, Kamusi auctor adnotavit.

Dies temporis Islamitici.

١٣٤ يوم العشيرة

134. Dies Alohschairah.

Interdum quoque العسيرة scribitur ; sed alterum rectius habetur. Nomen loci est in valle Janboh (بطن ينبع) Prima incursio hostilis erat, quam Mohammedes fecit. conf. Abulf. geog. 88. sq.

١٣٥ يوم بدر

135. Dies Badr [1]).

Badr nomen putei esse dicitur, qui viro Badr appellato erat. Et masculini tanquam nomen viri aut aquae, et feminini genus tanquam putei voci tribuitur.

١٣٦ يوم أحد

136. Dies Ohod.

Conf. Abulf. Ann. T. I, p. 90. et Abulf. de vita Moham. C. XXXI.

١٣٧ يوم سرية الرجيع

137. Dies Sarijjah Alradjih.

Conf. Abulf. de vita Moham. XXXIII. Abulf. Ann. T. I. p. 98.

١٣٨ يوم بئر معونة

138. Dies Bir Mahwenah.

---

1) Hic dies quoque يوم الفرقان. Dies Alforkan (Corani) appellatur. Kam. conf. Abulf. De vita Mohammed. C. XXVII. ed Gagnier.

Conf. Abulf. de vita Moham. C. XXXIV. ed. Gagnier et Abulf. Ann. T. I. p. 100.

١٣٩ يَوْمُ النَّضِيرِ

139. Dies Alnodhair.

In codice Lugd. النفير legitur. Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 102. et Abulfar. p. 163.

١٤٠ يَوْمُ ذَاتِ الرِّقَاعِ

140. Dies Dsat-Alrikah.

Dies sic appellatus est, quod pedibus vulneratis pannos obvolverunt. Conf. Abulf. vit. Moham. C. XXXVI. ed. Gagnier. Abulf. Ann. T. I. p. 102.

١٤١ يَوْمُ الْخَنْدَقِ

141. Dies Alchandak.

Abulf. vit. Moh. C. XXXVIII. ed. Gagnier. Abulf. Ann. T. I. p. 104.

١٤٢ يَوْمُ بَنِي قُرَيْظَةَ

142. Dies gentis Banu-Koraithsah.

Conf. l. cit. C. XXXIX. Abulf. Ann. T. I. p. 110.

١٤٣ يَوْمُ بَنِي الْمُصْطَلِقِ

143. Dies gentis Banu-l'Mozthalik; qui etiam appellatur.

١٤٤ يَوْمُ الْمُرَيْسِيعِ

144. Dies Almoraisih.

Conf. libr. citat. C. XLII. Conf. Abulf. Ann. T. 1. p. 114.

١٤٥ يوم الحديبية

145. Dies Alhodaibijah.

Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 120 sqq.

١٤٦ يوم خيبر

146. Dies Chaibar

Conf. libr. cit. C. XLV. et Abulf. Ann. T. I. p. 128.

١٤٧ يوم موتة

147. Dies Mutah.

Mutah nomen loci in orientale Syriae parte siti est, ubi Djahfarus ben-Abi-Thaleb occidebatur. (Ibi enses cudebantur Kam.). Conf. libr. cit. C. XLIX. et Abulf. Ann. T. I. p. 142.

١٤٨ يوم الفتح

148. Dies Alfath (expugnationis).

Isto enim die Mecca expugnabatur. Iste dies appellatur quoque يوم الخندمة Dies Alchandamah, a viro hujusce nominis in oppido Mecca. Conf. libr. cit. C. LI. et Abulf. Ann. T. I. p. 142 sqq.

١٤٩ يوم حنين

149. Dies Honain [1]).

Conf. Libr. cit. C. LIV.

---

1) Honain vallis nomen est trium dierum spatio a Mecca distantis. conf. Abulf. Ann. T. 1. p. 158 et Hamas p. 62.

١٥٠ يَوْمُ أَوْطَاس

150. Dies Authas.

Conf. Libr. cit. C. LV.

١٥١ يَوْمَ الطَّايف

151. Dies Althajef.

Conf. Libr. cit. C. LVI.

١٥٢ يَوْمُ ذَاتِ السَّلاسِل

152. Dies Dsat Alsalasil.

Aquae nomen in ditione gentis Djodsam est.

١٥٣ يَوْمُ تَبُوك

153. Dies Tabuc.

Nomen inde accepisse dicitur, quod Mohammedes nonnullos e sociis suis vidisset scyphum in arenam immittentes, ut inde aquam elicerent et dixisset: ما زلتم تبوكونها بوكا. Mohammedis ista fuit expeditio postrema. Conf. Libr. cit. C. LVII. et Abulf. Ann. T. I. p. 174.

١٥٤ يَوْمُ الأَبْوَاء

154. Dies Alabwa.

١٥٥ يَوْمُ قَيْنُقَاع

155. Dies Kainokah.

Banu-Kainokah tribus Judaeorum erat. Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 86.

١٥٦ يَوْمُ دُومَةَ الجَنْدَل

156. Dies Dumat-Aldjandal.

١٥٧ يَوْمُ السَّقِيفَةِ

157. Dies Alsakifah.

١٥٨ يَوْمُ بُزَاخَةَ

158. Dies Bosachah.

Nomen loci est, in quo Abu-Becrus gentem Asad et Ghathfan fugavit.

١٥٩ يَوْمُ الْيَمَامَةِ

159. Dies Aljamamah.

Isto die gens Hanifah victa est.

١٦٠ يَوْمُ التَّمْرِ

160. Dies Altamr.

Isto die gens Taghleb victa est.

١٦١ يَوْمُ جُوَاثَى

161. Dies Djuatsa.

Nomen arcis in regione Bahrain est, ubi gens Asd (ازد) victa est.

١٦٢ يَوْمُ صَنْعَاءَ

162. Dies Zanah.

Die isto gens Sobaid et Modshidj fugata est.

١٦٣ يَوْمُ الْحِيرَةِ

163. Dies Hirae.

Isto die Chaledus gentem Banu-Bokailah xicit.

١٦٤ يَوْمُ الْيَرْمُوكِ

164. Dies Aljarmuc.

Jarmuc nomen loci in tractu Syriae est. Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 220.

١٦٥ يوم أجنادين

165. Dies Adjnadain.

Tempore Ohmari in Syria hoc proelium erat.

١٦٦ يوم مرج الصفر

166. Dies Mardj Alzoffar.

١٦٧ يوم جلولاء

167. Dies Djalula.

Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 234.

١٦٨ يوم المدايين

168. Dies Almadajin.

١٦٩ يوم القادسية

169. Dies Alkadesia.

١٧٠ يوم نهاوند

170. Dies Nehawend.

Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 246. Istis quatuor diebus Persae a Sahdo, Alnohmano ben-Mokarren, Abu-Ohbaidaho aliisque fugabantur. Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 230.

١٧١ يوم اللبس

171. Dies Allais.

Isto die Persae victi sunt.

١٧٢ يوم قس الناطف

172. Dies Koss Alnathif.

Isto die Persae fugati sunt.

١٧٣ يوم تستر

173. Dies Tostar.

Isto die Abu-Musa Alaschahri victoriam reportavit. Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 240.

١٧٤ يوم قديس

174. Dies Kodais.

Isto die Persae victi sunt.

١٧٥ يوم أرمات وأغواث

175. Dies Armats et Aghwats.

Videntur duo dies esse, quibus Arabes Persas fugarunt.

١٧٦ يوم الرحف

176. Dies Alsahf.

Isto die Alahnaf ben-Kais victoriam reportavit.

١٧٧ يوم العربش

177. Dies Alahrisch.

In Aegyptum proficiscens ibi Ahmruus ben-Alahz vicit.

١٧٨ يوم قبرس

178. Dies Cypri.

Moahwijahus victoriam reportavit. Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 262.

١٧٩ يَوْمُ قَيْسَارِيَةَ

179. Dies Caesareae.

Isto die Moahwijahus vicit.

١٨٠ يَوْمُ الْحَرَّةِ

180. Dies Alhirrah.

Die isto Jasidus incolas Medinae vicit.

١٨١ يَوْمُ مَرْجِ عَذْرَى

181. Dies Mardj Ahdsra.

Isto die Moahwijahus Hodjrum i. e. Ebn-Ahdium ejusque socios occidit.

١٨٢ يَوْمُ مَرْجِ رَاهِطٍ

182. Dies Mardj Rahith.

Nomen loci in Syria siti est, ubi Merwanus ben-Alhacim Aldhahhacum ben-Kais Alfihri vicit.

١٨٣ يَوْمُ الْبِشْرِ

183. Dies Albischr.

Isto die gens Kais gentem Taghleb vicit.

١٨٤ يَوْمُ الْبَلِيخِ

184. Dies Albalich.

Die isto gens Kais cum gente Taghleb pugnavit.

١٨٥ يَوْمُ صَوْءَدَ

185. Dies Zauad.

Schoraihus صوءر Zauar scripsit. Est locus in pro-

pinquo Cufae, ubi gens Modjaschih cum gente Jahrbuh pugnavit.

١٨٦ يَوْمُ الحَشَّاك

186. Dies Alhaschschac.

١٨٧ يَوْمُ الشَّرْثَار

187. Dies Altsartsar.

Hisce duobus diebus gens Kais cum gente Taghleb pugnavit.

١٨٨ يَوْمُ البَحْرَيْن

188. Dies Albahrain.

Isto die Ohmar ben-Ohbaid-Allah ben-Mahmar vicit Abu-Fodaicum rebellem.

١٨٩ يَوْمُ سُولَاف

189. Dies Sulaf.

١٩٠ يَوْمُ دُولَاب

190. Dies Dulab.

١٩١ يَوْمُ دُجَيْل

191. Dies Dodjail.

Hisce tribus diebus incolae Bazrae cum haereticis (الخوارج) pugnarunt.

١٩٢ يَوْمُ سِلَّى وسِلِّيرَى

192. Dies Silla et Sillira.

Pugnatum est inter Almohallebum et haereticos ازارقة appellatos.

١٩٣ يَوْمُ مَسْكِن

193. Dies Mascin.

Ahbd-Almalicus vicit Mozahbum ben-Alsobair. Abulf. Geogr. p. 37. l. 18.

١٩٤ يَوْمُ خَازِر

194. Dies Chasir.

Isto die gens Iracae et Ibrahimus ben-Alaschtar vicit Ohbaid-Allahum ben-Sijad et Syriae gentem. Isto quoque die Ebn-Sijadus occisus est.

١٩٥ يَوْمُ حَبَّانَة السُّبَيْع

195. Dies Djabbanat Alsobaih.

١٩٦ يَوْمُ شِعْبِ بَوَّان

196. Dies Schihb Bawvan.

Isto die Almohallebus haereticos الازارقة appellatos vicit.

١٩٧ يَوْمُ الرَّبَذَة

197. Dies Alrabadsah.

Isto die Alchantafus ben-Alsadjf cum gente Iracae, Hobaischum ben-Dilhah (al. لَجْلَجَة) Alkaini cum gente Syriae vicit.

١٩٨ يَوْمُ تَلِّ مَحْرَى

198. Dies Tell-Mahra.

Pugnatum est inter gentem Kais et gentem Taghlab [1]).

---

1) Codex Lugd. مجرى habet.

١٩٩ يوم قصر قرنبى

199. Dies Kazr Karanba.

Iste locus in Chorasana, secundum alios apud Merw situs est. Ibi Ahbd-Allahus ben-Hasim gentem Tamim vicit.

٢٠٠ يوم الخندقين

200. Dies Alchandakain.

Isto die gens Rabiah fugata est.

٢٠١ يوم العقر

201. Dies Alahkr.

Locus apud Babelum. Ibi Moslimahus ben-Ahbd-Almalic vicit Jasidum ben-Almohalleb. In isto proelio Jasidus occisus est.

٢٠٢ يوم قندابيل

202. Dies Kandâbil.

Isto die Helalus ben-Ahwas Masenita gentem Almohallebi vicit.

٢٠٣ يوم المذار

203. Dies Almadsar.

Isto die Mozihbus ben-Alsobair vicit Ahmarum ben-Scbomaith Albadjali.

٢٠٤ يوم القصر

204. Dies Alkazr.

Isto die Almochtarus ejusque socii fugati sunt.

٢٠٥ يوم قرقيسيا

205. Dies Circesiae.

Isto die Ahbd-Almalicus ben-Merwan Sofarum ben-Alharits Cilabitam fugavit.

٢٠٦ يَوْمُ بَلَنْجَر

206 Dies Balandjar.

Pugnatum est inter Solaimanum, gentem Rabiah et Chesredj.

٢٠٧ يَوْمُ الْكُنَاسَة

207. Dies Alconasah.

Josephus ben-Ahmru Saidum ben-Ahli vicit.

٢٠٨ يَوْمُ قُدَيْد

208. Dies Kodaid.

Isto die Abu-Hamsah haereticus incolas Medinae fugavit.

٢٠٩ يَوْمُ وَادِى الْقُرَى

209. Dies Wadi-l'Kora.

Isto die Merwanus Alhimar haereticos fugavit.

٢١٠ يَوْمُ دَسْتَبَى

210. Dies Destebi.

Isto die haeretici Hauschabum ben-Rowaim et incolas oppidi Rei vicerunt.

٢١١ يَوْمُ الزَّاوِيَة

211. Dies Alsawijah.

٢١٢ يَوْمُ الدُّجَيْل

212. Dies Aldodjail.

٢١٣ يوم رستقاباذ

213. Dies Rostakabads.

٢١٤ يوم دير الجماجم

214. Dies Dair-Aldjamadjim.

His quatuor diebus Alhedjdjadjus gentem Iracae vicit.

٢١٥ يوم الاهواز

215. Dies Alahwas.

Ahbd-Alrahmanus ben-Alaschahts isto die victoriam reportavit.

٢١٦ يوم النجرا

216. Dies Alnadjra.

Isto die Jasidus ben-Alwalid vicit occiditque Alwalidum ben-Jasid.

٢١٧ يوم الزاب

217. Dies Alsab.

Isto die Merwanus ben-Mohammed haereticos vicit.

٢١٨ يوم الماجوران

218. Dies Almadjuran.

Isto die Almosawwadus Nazrum ben-Sajjar vicit [1]).

٢١٩ يوم جريجان

219. Dies Djoraidjan.

Isto die Kahthabahus gentem Syriae et Tamimum ben-Nazr ben-Sajjar vicit.

---

1) Sed in cod. L. المسودة legitur, quod mihi Ahbbasidas designare videtur. conf. vocem المبيضة.

٢٢٠ يوم زِبَطَرَة

220. Dies Sibtharah.

Isto die Graeci tempore Almohthazemi victoriam reportarunt.

٢٢١ يوم فَجّ

221. Dies Fadjdj.

Isto die Ahbbasidae gentem Abu-Thaleb vicerunt.

٢٢٢ يوم جوخى

222. Dies Djaucha.

٢٢٣ يوم الطَّف

223. Dies Althaff.

١٢٤ يوم الدَّار

224. Dies Aldar.

٢٢٥ يوم الجَمَل

225. Dies Aldjamal.

Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 294. sq.

٢٢٦ يوم صِفّين

226. Dies Ziffin.

Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 304 sqq.

٢٢٧ يوم النَّهروان

227. Dies Alnahrawan.

٢٢٨ يوم نهاوند

228. Dies Nahawend.

Conf. Abulfar. p. 179.

III.

Facete ingenioseque dicta.

1.

Mohammedes.

١ اَلْمُسْلِمُ مَنْ سَلِمَ الْمُسْلِمُونَ مِنْ لِسَانِهِ وَيَدِهِ

1. Mohammedanus is est, a cujus lingua et manu Mohammedani securi sunt.

٢ اَلْكَيِّسُ مَنْ دَانَ نَفْسَهُ وَعَمِلَ لِمَا بَعْدَ اَلْمَوْتِ

2. Prudens is est, qui animam suam subigit et statui post mortem operatur.

٣ كُلُّكُمْ رَاعٍ مَسْئُولٌ عَنْ رَعِيَّتِهِ

3. Omnes vos pastores estis, qui de pecoribus pascentibus suis (a Deo) interrogabuntur.

٤ أَوَّلُ مَا تَفْقِدُونَ مِنْ دِينِكُمُ اَلْأَمَانَةَ وَآخِرُ مَا تَفْقِدُونَ اَلصَّلَاةَ

4. Res prima religionis vestrae, quam amittetis, fides (Rechtgläubigkeit) est, postrema autem res, quam amittetis, preces sunt.

٥ الرِّزْقُ أَشَدُّ طَلَبًا لِلْعَبْدِ مِنْ أَجَلِهِ

5. Res ad vitam necessariae servum Dei magis quaerunt quam vitae finis.

٦ النَّظَرُ إِلَى الْخُضْرَةِ يَزِيدُ فِي الْبَصَرِ

6. Adspectus rerum viridium videndi facultatem auget.

Codex Lugd. addidit والنظر الى المراة الحسناء يزيد فى البصر „et adspectus feminae pulchrae videndi facultatem auget.“ Codex Berol. habet والنظر الى الامراة الحسناء كذلك „Et adspectus feminae pulchrae eodem modo“; sed dubitare licet, num verba Mohammedi tribuenda sint.

٧ الشُّؤْمُ فِي الْمَرْأَةِ وَالْفَرَسِ وَالدَّارِ

7. Infelicitas in muliere, in equo et domo est.

٨ نِعْمَتَانِ مَغْبُونٌ فِيهِمَا كَثِيرٌ مِنَ النَّاسِ الصِّحَّةُ وَالْفَرَاغُ

8. In duobus beneficiis multi homines decepti sunt: in sanitate et otio.

٩ أَهْلُ الْمَعْرُوفِ فِي الدُّنْيَا هُمْ أَهْلُ الْمَعْرُوفِ فِي الْآخِرَةِ

9. Virtute praediti in hoc mundo, etiam in altero mundo virtute praediti erunt.

١٠ السُّلْطَانُ ظِلُّ اللهِ فِي أَرْضِهِ يَأْوِي إِلَيْهِ كُلُّ مَظْلُومٍ

10. Rex umbra Dei est in terra ejus, ad quam quilibet injuria laesus se recipit.

١١ اَلسَّعَادَةُ كُلُّ اَلسَّعَادَةِ طُولُ اَلْعُمْرِ فِي طَاعَةِ اَللَّهِ تَعَالَى

11. Felicitas, summa felicitas est vita longa in obedientia erga Deum altissimum.

١٢ خَصْلَتَانِ لَا تَكُونَانِ فِي مُنَافِقٍ حُسْنُ سَمْتٍ وَفِقْهٍ فِي اَلدِّينِ

12. Duae proprietates in hypocrita non reperiuntur: pulchritudo agendi rationis et intelligentiae in religione.

فقه in cod. Lugd.; sed Reisk. in margine f. فقهٍ adscripsit.

١٣ اَلشَّيْخُ شَابٌّ فِي حُبِّ اِثْنَيْنِ فِي حُبِّ طُولِ اَلْحَيَاةِ وَكَثْرَةِ اَلْمَالِ

13. Senex juvenis est in amore duarum rerum: in amore vitae longae et multarum opum.

١٤ فُضُوحُ اَلدُّنْيَا أَهْوَنُ مِنْ فُضُوحِ اَلْآخِرَةِ

14. Ignominia hujusce mundi levior est, quam ignominia alterius mundi.

١٥ كَانَتِ اَلْأَرْوَاحُ جُنُودًا مُجَنَّدَةً فَمَا تَعَارَفَ مِنْهَا اِئْتَلَفَ وَمَا تَنَاكَرَ مِنْهَا اِخْتَلَفَ

15. Animae fuerunt exercitus collecti. Quae se invicem cognoverunt, eae societatem coluerunt, quae autem se non cognoverunt, eae dissenserunt.

١٦ اَلرَّغْبَةُ فِي ٱلدُّنْيَا تُكْثِرُ ٱلْهَمَّ وَٱلْحُزْنَ

16. Desiderium hujus mundi quo quis impletus est, curas et tristitiam auget.

١٧ اَلْبَطَالَةُ تُقَسِّي ٱلْقَلْبَ

17. Fortitudo cor indurat.

١٨ اَلزِّنَا يُورِثُ ٱلْفَقْرَ

18. Scortatus paupertatem adducit.

١٩ رَأْسُ ٱلْحِكْمَةِ مَخَافَةُ ٱللّٰهِ

19. Principium sapientiae timor Dei est.

٢٠ صَنَابِعُ ٱلْمَعْرُوفِ تَقِي مَصَارِعَ ٱلسُّوءِ

20. Artificia virtutis a locis periculosis mali custodiunt.

٢١ صِلَةُ ٱلرَّحِمِ تَزِيدُ فِي ٱلْعُمُرِ

21. Conjunctio propinquitatis vitam auget.

٢٢ اَلرَّجُلُ فِي ظِلِّ صَدَقَتِهِ حَتَّى يَقْضِيَ بَيْنَ ٱلنَّاسِ

22. Vir in umbra eleemosynarum suarum est, ut inter homines judicium ferat.

In cod. Berol. يقضى على (damnet) legitur.

٢٣ اَلْعُلَمَاءُ أُمَنَاءُ ٱللّٰهِ عَلَى خَلْقِهِ

23. Sapientum fidei Deus creaturas suas commisit.

٢٤ اَلْمُؤْمِنُ لِلْمُؤْمِنِ كَالْبُنْيَانِ يَشُدُّ بَعْضُهُ بَعْضًا

24. Mohammedanorum ratio inter se aedificio similis est, cujus pars una alteram firmat.

٢٥ مَا وَقَى بِهِ ٱلْمَرْءُ عِرْضَهُ كُتِبَتْ لَهُ بِهِ صَدَقَةٌ

25. Res per quam vir honorem suum custodit, pro ea ei eleemosyna adscribitur.

٢٦ اَلنَّاسُ مَعَادِنُ كَمَعَادِنِ الذَّهَبِ وَٱلْفِضَّةِ

26. Homines sunt fodinae ut fodinae auri argentique.

٢٧ لِكُلِّ شَيْءٍ عِمَادٌ وَعِمَادُ ٱلدِّينِ ٱلْفِقْهُ

27. Cuilibet rei columna est, religionis autem columna est intelligentia (s. scientia rerum divinarum).

٢٨ اَلْمُسْلِمُ أَخُو ٱلْمُسْلِمِ لَا يَظْلِمُهُ وَلَا يُسْلِمُهُ

28. Mohammedanus Mohammedani frater est; eum neque injuria adficit neque prodit (inimico).

٢٩ اَلْوَيْلُ كُلُّ ٱلْوَيْلِ لِمَنْ تَرَكَ عِيَالَهُ بِخَيْرٍ وَقَدِمَ عَلَى رَبِّهِ بِشَرٍّ

29. Vae illi! vae illi, qui familiam suam e vita decedens in bono relinquit et ad dominum suum cum malo accedit.

٣٠. مَنْ سَرَّتْهُ حَسَنَتُهُ وَسَاءَتْهُ سَيِّئَتُهُ فَهُوَ مُؤْمِنٌ

30. Quem benefactum suum gaudio implet et cui malefactum suum displicet, is credens in Deum (Mohammedanus) est.

٣١ مَنْ يَشْتَهِ كَرَامَةَ الْآخِرَةِ يَدَعْ زِينَةَ الدُّنْيَا

31. Qui honorem alterius mundi cupit, is ornamentum hujus mundi relinquit.

٣٢ مَنْ أَصْبَحَ مُعَافًى فِي بَدَنِهِ آمِنًا فِي سِرْبِهِ عِنْدَهُ قُوتُ يَوْمِهِ فَكَأَنَّمَا حِيزَتْ لَهُ الدُّنْيَا بِحَذَافِيرِهَا

32. Qui incolumis est in corpore suo, securus in animo suo, alimenta diei praesentis habens, ei mundus cum lateribus suis (totus mundus) collectus esse videtur (i. e. omnia hujus mundi bona necessaria possidet).

٣٣ رَحِمَ اللَّهُ عَبْدًا قَالَ خَيْرًا فَغَنِمَ أَوْ سَكَتَ فَسَلِمَ

33. Misereatur Deus servi (Dei), qui bonum dicit, et tum re potitur, aut silet et tum salvus est!

٣٤ جُبِلَتِ الْقُلُوبُ عَلَى حُبِّ مَنْ أَحْسَنَ إِلَيْهَا وَبُغْضِ مَنْ أَسَاءَ

34. Animi ita constituti sunt, ut ament eum, qui ipsis benefecit et odio habeant, qui ipsis malefecit.

٣٥ دَعْ ما يُرِيبُكَ إِلَى مَالَا يُرِيبُكَ

35. Omitte facere id, de quo dubium habes et aggredere id, de quo non dubitas!

In codice Lugd. verba الى ما لا يريبك omissa sunt.

٣٦ ٱلْتَمِسُوا ٱلرِّزْقَ فِي خَبَايَا ٱلْأَرْضِ

36. Quaerite res ad vitam necessarias in locis abditis terrae?

٣٧ أُطْلُبُوا ٱلْفَضْلَ عِنْدَ ٱلرُّحَمَاءِ مِنْ أُمَّتِي تَعِيشُوا فِي أَكْنَافِهِمْ

37. Si praestantiam (beneficium) apud misericordes e populo meo quaeritis, in eorum tutela vivetis.

٣٨ لِيَأْخُذِ ٱلْعَبْدُ مِنْ نَفْسِهِ لِنَفْسِهِ وَمِنْ دُنْيَاهُ لِآخِرَتِهِ وَمِنَ ٱلشَّبِيبَةِ قَبْلَ ٱلْكِبَرِ وَمِنَ ٱلْحَيَاةِ قَبْلَ ٱلْمَمَاتِ فَمَا بَعْدَ ٱلدُّنْيَا مِنْ دَارٍ إِلَّا ٱلْجَنَّةُ أَوِ ٱلنَّارُ

38. Capiat servus Dei a se ipso pro se ipso et ab hoc mundo pro altero et ab adolescentia ante senectutem

et a vita ante mortem; nam post hunc mundum domus non est, nisi paradisus aut ignis infernus.

٣٩ اتَّقُوا دَعْوَةَ الْمَظْلُومِ فَإِنَّهَا تُحْمَلُ عَلَى الْغَمَامِ يَقُولُ اللَّهُ تَعَالَى وَعِزَّتِي وَجَلَالِي لَأَنْصُرَنَّكَ وَلَوْ بَعْدَ حِينٍ

39. Timete invocationem Dei, ab injuria adflicto proficiscentem; nam a nubibus tollitur. Dicit deus altissimus: Juro per potentiam et majestatem meam, profecto! opem tibi feram et si post aliquod tempus.

٤٠ لَا يُفْلِحُ قَوْمٌ تَمْلِكُهُمُ امْرَأَةٌ

40. Felix non est gens, quam mulier regit.

٤١ لَا يَبْلُغُ الْمَرْءُ حَقِيقَةَ الْإِيمَانِ حَتَّى يَعْلَمَ أَنَّ مَا أَصَابَهُ لَمْ يَكُنْ لِيُخْطِئَهُ وَمَا أَخْطَأَهُ لَمْ يَكُنْ لِيُصِيبَهُ

41. Non pervenit vir ad veram in religione fidem, donec scit, res, quas assecutus sit, ipsum fugere non potuisse, et res quas assecutus non sit, ipsum attingere non potuisse.

٤٢ لَا يَشْبَعُ عَالِمٌ مِنْ عِلْمٍ حَتَّى يَكُونَ مُنْتَهَاهُ الْجَنَّةَ

42. Non satiatur doctus scientia, donec extremum ejus paradisus sit.

٤٣ لَا يُعْجِبَنَّكُمْ إِسْلَامُ رَجُلٍ حَتَّى تَعْلَمُوا كُنْهَ عَقْلِهِ

43. Ne admiratione adficiat vos viri religio Mohammedica, donec sciatis, quaenam ingenii ejus ratio sit.

٤٤ إِنَّ ٱللَّهَ إِذَا أَنْعَمَ عَلَى عَبْدٍ نِعْمَةً أَحَبَّ أَنْ تُرَى عَلَيْهِ

44. Deus, quum in servum (Dei) beneficium confert, cupit, ut illud ex ejus habitu appareat.

٤٥ إِنَّ ٱللَّهَ يُحِبُّ ٱلرِّفْقَ فِي ٱلْأَمْرِ كُلِّهِ

45. Deus bonitatem (lenitatem) in tota re amat.

٤٦ إِنَّ هٰذِهِ ٱلْقُلُوبَ تَصْدَأُ كَمَا يَصْدَأُ ٱلْحَدِيدُ قِيلَ فَمَا جَلَاؤُهَا قَالَ ذِكْرُ ٱلْمَوْتِ وَتِلَاوَةُ ٱلْقُرْآنِ

46. Corda haec rubigine inficiuntur, sicut ferrum rubigine inficitur. Interrogabatur: Sed per quamnam rem poliuntur? Respondit: Per mortis recordationem, et Corani lectionem.

٤٧ لَيْسَ مِنَّا مَنْ وَسَّعَ ٱللَّهُ عَلَيْهِ ثُمَّ قَتَّرَ عَلَى عِيَالِهِ

47. Is e nostrorum numero habendus non est, qui a Deo opibus largis donatus, erga familiam suam parcus est.

٤٨ لَيْسَ لَكَ مِنْ مَالِكَ إِلَّا مَا أَكَلْتَ فَأَفْنَيْتَ أَوْ لَبِسْتَ فَأَبْلَيْتَ أَوْ تَصَدَّقْتَ فَأَمْضَيْتَ

48. Ex opibus tuis commodo tibi non est, nisi id quod edisti et tum perdidisti aut quo tanquam vestimento usus es, et tum consumsisti; aut pauperibus dedisti, et tum a te removisti.

٤٩ الْخَلْقُ كُلُّهُمْ عِيَالُ اللَّهِ فَأَحَبُّهُمْ إِلَيْهِ أَنْفَعُهُمْ لِعِيَالِهِ

49. Homines omnes sunt Dei familia; omnium carissimus autem ei is est, qui familiae suae maximam utilitatem adfert.

٥٠ كَفَى بِالسَّلَامَةِ دَاءً

50. Integritas sufficit tanquam morbus.

٥١ رُبَّ مُبَلِّغٍ أَوْعَى مِنْ سَامِعٍ

51. Saepe nuntium perferens melius memoria tenet quam is, qui audit.

٥٢ جَمَالُ الرَّجُلِ فَصَاحَةُ لِسَانِهِ

52. Pulchritudo viri in linguae facundia consistit.

٥٣ الصَّوْمُ فِي الشِّتَاءِ الْغَنِيمَةُ الْبَارِدَةُ

53. Jejunium hiemis tempore est bona praeda, quae sine molestia contingit.

٥٤ الخَيْرُ مَعْقُودٌ بِنَوَاصِي الخَيْلِ

54. Bonum adligatum est ad capronas equorum.

٥٥ التَّاجِرُ الجَبَانُ مَحْرُومٌ

55. Mercator meticulosus nil lucratur.

٥٦ السَّلَامُ تَحِيَّةٌ لِمِلَّتِنَا وَأَمَانٌ لِذِمَّتِنَا

56. Salus, quam dicimus, est salutatio religioni nostrae et securitas clientelae nostrae.

٥٧ العَالِمُ وَالْمُتَعَلِّمُ شَرِيكَانِ فِي خَيْرٍ

57. Sciens et discens sunt duo consortes in bono.

٥٨ مَنْ صَمَتَ نَجَا

58. Qui silet, is salvus est.

٥٩ مَنْ تَوَاضَعَ للهِ رَفَعَهُ اللهُ

59. Qui Deo se submittit, eum Deus tollit.

2.

Abu-Beer.

٦٠ أَنَّ ٱللَّهَ قَرَنَ وَعْدَهُ بِوَعِيدِهِ لِيَكُونَ ٱلْعَبْدُ رَاغِبًا رَاهِبًا

60. Deus promissum suum cum minis suis conjunxit, ut servus (Dei) desiderans et simul timens sit.

٦١ لَيْسَتْ مَعَ ٱلْعَزَاءِ مُصِيبَةٌ

61. Non est cum pulchra patientia (solatio) adflictio.

٦٢ أَمْوَتُ أَهْوَنُ مَا بَعْدَهُ وَأَشَدُّ مَا قَبْلَهُ

62. Quae post mortem sunt, ea leviora sunt, quae ante mortem sunt, ea duriora sunt.

٦٣ ثَلَاثٌ مَنْ كُنَّ فِيهِ كُنَّ عَلَيْهِ ٱلْبَغْيُ وَٱلنَّكْثُ وَٱلْمَكْرُ

63. Tres res contra eum sunt, in quo sunt: injustitia, pacti violatio et dolus.

٦٤ ذَلَّ قَوْمٌ أَسْنَدُوا أَمْرَهُمْ إِلَى ٱمْرَأَةٍ

64. Gens vilis est, quae res suas mulieri tradidit.

٦٥ لَا يَكُونَنَّ قَوْلُكَ لَغْوًا فِي عَفْوٍ وَلَا عُقُوبَةٍ وَلَا تَجْعَلْ وَعِيدَكَ ضَجَاجًا فِي كُلِّ شَيْءٍ

65. Ne sit verbum tuum vanum in condonando et in puniendo et in nulla re cum clamore mineris!

٦٦ إذا فاتك خير فأدركه وإن أدركك شر فاسبقه

66. Quod si bonum te fugit, id assequere et si malum te assequitur, sine id praeterire!

٦٧ إن عليك من الله عيونا تراك

67. Super te a Deo oculi (speculatores) sunt, qui te vident.

٦٨ احرص على الموت توهب لك الحياة

68. Mortem avide cupi, ut vita tibi detur!

Verba haec Chalido ben-Alwalid dixit, quum eum contra eos misisset, qui a religione Mohammedis defecissent. Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 24.

٦٩ رحم الله امرءا أعان أخاه بنفسه

69. Deus viri misereatur, qui fratrem anima sua adjuvavit!

٧٠ يا هادي الطريق جرت ولفجر او البحر

70. O dux viae! deflexisti. Prima lux aurorae aut mare. Conf. Meid. prov. C. 1, 345.

٧١ أطوع الناس لله أشدهم بغضا لمعصيته

71. Obedientissimus hominum erga Deum est, qui inobedientiam erga eum maxime odit.

٧٢ إِنَّ ٱللَّهَ يَرَى مِنْ بَاطِنِكَ مَا يَرَى مِنْ ظَاهِرِكَ

72. Deus internam conditionem tuam non minus videt, quam externum statum tuum videt.

٧٣ إِنَّ أَوْلَى ٱلنَّاسِ بِٱللَّهِ أَشَدُّهُمْ تَوَلِّيًا لَهُ

73. Omnium hominum Deo dignissimus est is, qui eum sibi amicum eligere maxime cupit.

٧٤ إِيَّاكَ وَعَبِيَّةَ ٱلْجَاهِلِيَّةِ فَإِنَّ ٱللَّهَ أَبْغَضَهَا أَوْ أَبْغَضَ أَهْلَهَا

74. Cave injustitiam temporis ante Mohammedem, nam Deus eam odit aut ejus fautores odit.

٧٥ كَثِيرُ ٱلْقَوْلِ يُنْسِي بَعْضُهُ بَعْضًا وَإِنَّهَا لَكَ مَا وُعِيَ عَنْكَ

75. Multa verba in causa sunt, cur unius ob alterum obliviscamur; tibi (sc. commodo) autem nonnisi id est, quod memoriae mandatum est.

٧٦ لَا تَكْتُمِ ٱلْمُسْتَشَارَ خَبَرًا فَتُؤْتَى مِنْ قِبَلِ نَفْسِكَ

76. Ne celes eum, quem consilium rogasti, bonum (nuntium), nam a parte tua tibi periculum imminet!

Loco vocis خبرا bonum codex Berol. خبرا nuntium habet, quod praeferendum videtur.

٧٧ أَصْلِحْ نَفْسَكَ يَصْلَحْ لَكَ ٱلنَّاسُ

77. Quod si te ipsum recte instituis, homines tibi apti erunt.

٧٨ لَا تَجْعَلْ سِرَّكَ مَعَ عَلَانِيَتِكَ فَيَمْرَجَ أَمْرُكَ

78. Ne secretum tuum cum re tua publica ponas, res enim tua turbabitur!

٧٩ خَيْرُ ٱلْخَصْلَتَيْنِ لَكَ أَبْغَضُهُمَا إِلَيْكَ

79. Optima duarum proprietatum ea est, quae tibi maxime exosa est.

٨٠ وَٱللَّهِ مَا نِمْتُ فَحَلَمْتُ وَمَا شَبَّهْتُ فَتَوَهَّمْتُ وَإِنِّي لَعَلَى ٱلسَّبِيلِ مَا زِغْتُ وَلَمْ آلِ جَهْدًا وَإِنِّي أُوصِيكَ بِتَقْوَى ٱللَّهِ وَأُحَذِّرُكَ يَا عُمَرُ نَفْسَكَ فَإِنَّ لِكُلِّ نَفْسٍ شَهْوَةً إِذَا أُعْطِيتَهَا تَمَادَتْ فِيهَا وَرَغِبَتْ إِلَيْهَا

80. Per Deum! non dormivi et tum somniavi et non incertam opinionem habui et tum opinatus sum. Et ego profecto in via non declinavi a vero, et in diligentia studioque officio non defui. Ego tibi praecipio, ut Deum timeas et te ipsum cavere jubeo, o Ohmare! nam

cuilibet animae cupiditas est, cui si tu obedis, permanet in ea, eique dedita est.

Haec verba successori suo Ohmaro morte appropinquante dixit.

٨١ هٰكَذَا كُنَّا حَتَّى قَسَتْ قُلُوبُنَا

81. Ita constituti eramus, donec animi nostri indurucrunt.

Haec verba dixit, quum viri, quibus e regione Jemen venientibus Coranum praelegisset, plorarent.

٨٢ مَا حَبَوْنَاكَ بِمَا إِنَّهَا حَبَوْنَاهَا بِكَ

82. Non id (imperium) tibi dedimus; sed te ei dedimus.

Haec verba Ohmaro dixit roganti, ut alium quam ipsum successorem in imperium constitueret.

٨٣ لَا تُمَاظَّ جَارَكَ فَإِنَّهُ يَبْقَى وَيَذْهَبُ النَّاسُ

83. Ne adverseris vicino tuo, nam ille remanet et homines abeunt!

Haec verba filio suo Ahbd-Alrahmano dixit, quem vicino suo adversantem conspiceret.

٨٤ اسْتَمْسِكْ بِغَرْزِهِ فَإِنَّهُ عَلَى الْحَقِّ

84. Prehende ejus stapedem, nam in recta via est!

Haec verba Ohmaro dixit, quum contra Mohammedis sententiam pacem cum Meccae incolis faciendam esse negaret.

٨٥ إِنَّ أَكْيَسَ الْكَيْسِ التُّقَى وَإِنَّ أَعْجَزَ الْعَجْزِ الْفُجُورُ وَإِنَّ أَقْوَاكُمْ عِنْدِي الضَّعِيفُ حَتَّى أُعْطِيَهُ وَإِنَّ أَضْعَفَكُمْ عِنْدِي الْقَوِيُّ حَتَّى آخُذَ مِنْهُ الْحَقَّ إِنَّكُمْ فِي مَهَلٍ وَرَاءَهُ أَجَلٌ فَبَادِرُوا فِي مَهَلِ آجَالِكُمْ قَبْلَ أَنْ تُقْطَعَ آمَالُكُمْ فَتَرُدَّكُمْ إِلَى سُوءِ أَعْمَالِكُمْ

85. Maxima prudentia est Dei timor et infirmissima debilitas est improbitas. Et vestrum robustissimus apud me debilis est, ut ei dem, et infirmissimus vestrum apud me robustus est, ut ab eo veritatem capiam. Vos in lento progressu estis, post quam vitae finis est. Festinate igitur in lento progressu fatorum vestrorum, antequam spes vestra abrumpitur; nam (ea spes) ad prava facta vestra vos propellit.

Verba haec in oratione (خطبة) dixit.

٨٦ إِنَّ اللَّهَ لَا يَقْبَلُ نَافِلَةً حَتَّى تُؤَدَّى فَرِيضَةٌ

86. Deus sponte susceptam rem non admittit, donec lege praescriptae rei satisfactum est.

In codice Lugd. haec verba cum praecedentibus conjuncta sunt.

Quum virum vestem qui portaret, interrogasset اتبيع الثوب „Num vestem vendis?“ et hic respondisset: لا عافاك الله Non, incolumem te Deus servet! ei dixit:

قد علمتم لو تعلمون قل لا وعافاك الله

Jam edocti estis, si discere velletis. Dic! non; et incolumem te Deus servet! Causa cur Abu-Beerus ista verba dixerit, in eo posita est, quod omissa voce و, negandi particula لا cum verbo عافاك conjungi possit, ut vertatur: Ne incolumem te Deus servet!

٨٧ أَرْبَعٌ مَنْ كُنَّ فِيهِ كَانَ مِنْ خِيَارِ عِبَادِ ٱللَّهِ مَنْ فَرِحَ لِلتَّائِبِ وَٱسْتَغْفَرَ لِلْمُذْنِبِ وَدَعَا لِلْمُدْبِرِ وَأَعَانَ الْمُحْسِنَ

87. Quod si quatuor res in homine sunt, optimis Dei servis accensendus est: qui ob poenitentem laetatur et peccatori veniam a Deo rogat et Deum rogat, ut infelici auxilium ferat et benefactori opem praestat.

٨٨ حُقَّ لِمِيزَانٍ إِنْ يُوضَعَ فِيهِ الْحَقُّ أَنْ يَكُونَ ثَقِيلًا وَحُقَّ لِمِيزَانٍ إِنْ يُوضَعَ فِيهِ ٱلْبَاطِلُ أَنْ يَكُونَ خَفِيفًا

88. Convenit librae, si veritas in ea ponitur, ut gravis sit et convenit librae, si in ea vanum ponitur, ut levis sit.

3.

Ohmarus.

٨٩ مَنْ كَتَمَ سِرَّهُ كَانَ ٱلْخِيَارُ فِى يَدِهِ

89. Qui secretum suum occultat, in ejus manu electio est.

٩٠ أَشْقَى ٱلْوُلَاةِ مَنْ شَقِيَتْ بِهِ رَعِيَّتُهُ

90. Praefectorum miserrimus est, cujus subditi per ipsum miseri redduntur.

٩١ اِتَّقُوا مَنْ تُبْغِضُهُ قُلُوبُكُمْ

91. Cavete eum, quem animi vestri odio habent.

٩٢ أَعْقَلُ ٱلنَّاسِ أَعْذَرُهُمْ لِلنَّاسِ

92. Hominum prudentissimus est, qui hominibus maxime excusatus est.

٩٣ لَا تُؤَخِّرْ عَمَلَ يَوْمِكَ لِغَدِكَ

93. Ne differas opus hodierni diei in crastinum

٩٤ اِجْعَلِ ٱلرَّأْسَ رَأْسَيْنِ

94. Fac caput esse duo capita!

٩٥ أَخِيفُوا ٱلْهَوَامَّ قَبْلَ أَنْ تُخِيفَكُمْ

95. Metum injicite reptilibus, priusquam vobis metum injiciunt!

٩٦ لِي عَلَى كُلِّ خَائِنٍ أَمِينَانِ الْمَاءُ وَالطِّينُ

96. Mihi contra omnem deceptorem sunt duae res fidae, aqua scilicet et lutum.

٩٧ أَكْثِرُوا مِنَ الْعِيَالِ فَإِنَّكُمْ لَا تَدْرُونَ بِمَا تُرْزَقُونَ

97. Magnam vobis parate familiam, nam vos nescitis id, quod vos a Deo dono accipietis.

٩٨ لَوْ أَنَّ الشُّكْرَ وَالصَّبْرَ بَعِيرَانِ لَمَا بَالَيْتُ أَيُّهُمَا رَكِبْتُ

98. Quod si gratia et patientia duo jumenta essent, non curarem, quonam eorum vehorer.

٩٩ مَنْ لَمْ يَعْرِفِ الشَّرَّ كَانَ أَجْدَرَ أَنْ يَقَعَ فِيهِ

99. Qui malum non novit, is dignior est, ut in id incidat.

١٠٠ مَا الْخَمْرُ صِرْفًا بِأَذْهَبَ لِلْعُقُولِ مِنَ الطَّمَعِ

100. Vinum purum non magis aufert mentem, quam cupido.

١٠١ قَلَّ مَا أَدْبَرَ شَيْءٌ فَأَقْبَلَ

101. Raro res, quae retrocessit (infelix), tum processit (felix).

١٠٢ إِلَى ٱللهِ أَشْكُو ضَعْفَ ٱلأَمِينِ وَخِيَانَةَ ٱلقَوِيِّ

102. Cum Deo queror debilitatem fidi et perfidiam robusti.

١٠٣ مُرْ ذَوِي ٱلْقَرَابَاتِ أَنْ يَتَزَاوَرُوا وَلَا يَتَجَاوَرُوا

103. Impera propinquis, ut se invicem visitent, sed invicem vicini ne sint.

١٠٤ غَمِّضْ عَنِ ٱلدُّنْيَا عَيْنَكَ وَوَلِّهْ عَنْهَا قَلْبَكَ وَإِيَّاكَ أَنْ تُهْلِكَكَ كَمَا أَهْلَكَتْ مَنْ كَانَ قَبْلَكَ فَقَدْ رَأَيْتَ مَصَارِعَهَا وَعَايَنْتَ سُوءَ أَثَرِهَا عَلَى أَهْلِهَا وَكَيْفَ عَرِيَ مَنْ كَسَتْ وَجَاعَ مَنْ أَطْعَمَتْ وَمَاتَ مَنْ أَحْيَتْ

104. Contrahe palpebras tuas, ne mundum adspicias, et ab eo animum tuum remove et cave, ne te perdat, quemadmodum ante te viventes perdidit, nam tu loca ubi eos prostravit, jam vidisti et oculis tuis vestigia, quae ipsi deditis impressit, conspexisti, et quam nudus esset, quem vestivit et famelicus esset, quem cibavit, et mortuus esset is, cui vitam conservavit.

١٠٥ إِيَّاكُمْ وَٱلْقُحَمَ ٱلَّتِى مَنْ هَوَى فِيهَا أَنَتْ عَلَى نَفْسِه وَأَلَمَّتْ بِهِ

105. Cave actiones temerarias, in quas si quis incidit, eum obruunt et occupant.

١٠٦ اُحْتَفِظْ مِنَ ٱلنَّعْمَةِ ٱحْتِفَاظَكَ مِنَ ٱلْمَعْصِيَةِ فَوَٱللَّهِ هِى أَخْوَفُهَا عِنْدِى عَلَيْكَ أَنْ يَسْتَدْرِجَكَ وَيَخْدَعَكَ

106. Cave commodam vitam, quemadmodum inobedientiam erga Deum caves, nam, per Deum! ea ex mea sententia tibi magis timenda est, ne te fallat et decipiat.

107. Filio suo Ahbd-Allah haec scripsit:

أَمَّا بَعْدُ فَإِنَّهُ مَنِ ٱتَّقَى ٱللَّهَ وَقَاهُ وَمَنْ تَوَكَّلَ عَلَى ٱللَّهِ كَفَاهُ وَمَنْ أَقْرَضَهُ جَزَاهُ وَمَنْ شَكَرَهُ زَادَهُ فَلْيَكُنِ ٱلتَّقْوَى عِمَادَ بَصَرِكَ وَجَلَاءَ قَلْبِكَ وَٱعْلَمْ أَنَّهُ لَا عَمَلَ لِمَنْ لَا نِيَّةَ لَهُ وَلَا أَجْرَ لِمَنْ لَا حِسْبَةَ لَهُ وَلَا مَالَ لِمَنْ لَا رِفْقَ لَهُ وَلَا جَدِيدَ لَهُ لِمَنْ لَا خَلَقَ لَهُ وَٱلسَّلَامُ

Praemissa laude etc.: Qui Deum timet, eum

custodit (Deus) et qui in Deo fiduciam ponit, ei sufficit Deus et qui ei mutuo dat, ei retribuit, et qui gratias ei agit, ei auget (beneficia). Sit autem timor Dei columna visus tui et politio animi tui. Scias, non esse opus sine proposito et non esse mercedem ei, cui merces non sit, et non esse opes ei, cui adjumentum non sit, et non esse novum ei, cui tritum (vetustum) non sit. Salutem!

١٠٨ لَيْسَ لِأَحَدٍ عُذْرٌ فِي تَعَمُّدِ ضَلَالَةٍ حَسِبَهَا هُدًى وَلَا تَرْكِ حَقٍّ حَسِبَهُ ضَلَالَةً

108. Nulli est excusatio in proposito erroris, quod rectum esse putavit et non in recto omisso, quod falsum esse putavit.

١٠٩ شِرَارُ الْأُمُورِ مُحْدَثَاتُهَا

109. Pessimae res sunt novae.

١١٠ اِقْتِصَادٌ فِي سُنَّةٍ خَيْرٌ مِنِ اجْتِهَادٍ فِي بِدْعَةٍ

110. Modum tenere in lege vetere melius est, quam summa diligentia in nova haeresi.

١١١ لَا يَنْفَعُ تَكَلُّمٌ بِحَقٍّ لَا نَفَاذَ لَهُ

111. Inutile est sermonem proferre rectum, cui efficacia non est.

١١٢ لَا تُسْكِنُوا نِسَاءَكُمُ الْغُرَفَ وَلَا تُعَلِّمُوهُنَّ الْكِتَابَةَ

وَٱسْتَعِينُوا عَلَيْهِنَّ بِالْعُرَى وَعَوِّدُوهُنَّ لَا فَإِنَّ نِعْمَ

يُجْرِئُهُنَّ

112. Ne mulieribus vestris loca superiora habitanda date et ne artem scribendi eas docete, et in auxilium contra eas adhibete nuditatem, et verbo minime eas adsuefacite, nam vox sane eas audaces reddit.

113. Quum vir quidam, quem rem interrogasset, dixisset: Deus optime scit: الله اعلم: dixit:

قد شَقِينَا إِنْ كُنَّا لَا نَعْلَمُ أَنَّ ٱللَّهَ أَعْلَمُ إِذَا سُئِلَ

أَحَدُكُمْ عَنْ شَيْءٍ لَا يَعْلَمُهُ فَلْيَقُلْ لَا أَدْرِي

Jam miseri sumus, si nescimus, Deum optime scire. Quum vero unus vestrum de re interrogatur, quam nescit, dicat: Nescio.

Ipse dicere solebat.

إِذَا لَمْ أَعْلَمْ مَا لَمْ أَرَ فَلَا عَلِمْتَ مَا رَأَيْتُ

Quum ego rem nescio, quam non vidi, tu quoque rem nescis, quam ego vidi.

١١٤ اَلدُّنْيَا أَمَلٌ مُخْتَرَمٌ وَأَجَلٌ مُنْتَقَصٌ وَبَلَاغٌ إِلَى

دَارِ غَيْرِهَا وَسَيْرٌ إِلَى ٱلْمَوْتِ لَيْسَ فِيهِ تَعْرِيجٌ

114. Mundus est spes morte nobis erepta et terminus deminutus, et perductio ad domum alteram

et iter ad mortem, in quo non est commoratio.

١١٥ فَرِحَمَ ٱللَّهُ ٱمْرَءًا فَكَّرَ فِى أَمْرِهِ وَنَصَحَ لِنَفْسِهِ وَرَاقَبَ رَبَّهُ وَٱسْتَقَالَ ذَنْبَهُ

115. Deus misereatur viri, qui de re sua cogitat et se ipsum monet et dominum suum observat (timet) et ut a peccato suo liberetur, rogat.

١١٦ إِذَا تَنَاجَى ٱلْقَوْمُ فِى دِينِهِمْ دُونَ ٱلْعَامَّةِ فَهُمْ فِى تَأْسِيسِ ضَلَالَةٍ

116. Quum homines inter se clanculum loquuntur de religione sua caeteris non admissis, erroris fundamentum jaciunt.

١١٧ إِيَّاكُمْ وَٱلْبِطْنَةَ فَإِنَّهَا مُكْسِلَةٌ عَنِ ٱلصَّلَاةِ مُفْسِدَةٌ لِلْحَسِّ مُؤَدِّيَةٌ إِلَى ٱلسُّقْمِ

117. Cavete ventris impletionem, efficit enim, ut in precibus segnes simus, sensus nostros corrumpit et ad aegritudiuem ducit.

١١٨ مَنْ يَئِسَ عَنْ شَىْءٍ ٱسْتَغْنَى عَنْهُ

118. Qui de re desperat, ea carere potest.

١١٩ ٱلدِّينُ مِيسَمُ ٱلْكِرَامِ

119. Religio nota pulchritudinis generosorum est.

١٢٠ رَحِمَ اللّٰهُ امْرَءًا أَهْدَى إِلَيَّ عُيُوبِي

120. Deus viro faveat, qui vitia mea ad me adducit (ut ea noscam).

١٢١ السَّيِّدُ هُوَ الْجَوَادُ حِينَ يُسْئَلُ الْحَلِيمُ حِينَ يُسْتَجْهَلُ الْبَارُّ بِمَنْ يُعَاشِرُهُ

121. Dominus est is, qui beneficus est, quando rogatur, intelligit, quando alii ignorantem eum esse putant, pius (beneficus) erga eum est, qui cum eo consortium habet.

١٢٢ أَفْلَحَ مَنْ حَفِظَ مِنَ الطَّمَعِ وَالْغَضَبِ وَالْهَوَى نَفْسَهُ

122. Felix est, qui ab aviditate, ira et amore se ipsum custodit.

4

Ohtsman.

١٢٣ إِنَّ لِكُلِّ شَيْءٍ آفَةً وَلِكُلِّ نِعْمَةٍ عَاهَةٌ وَإِنَّ آفَةَ هٰذَا ٱلدِّينِ وَعَاهَةَ هٰذِهِ ٱلنِّعْمَةِ عَيَّابُونَ طَعَّانُونَ يُرُونَكُمْ مَا تُحِبُّونَ وَيُسِرُّونَ مَا تَكْرَهُونَ

123. Cuilibet rei est corruptela et cuilibet pulchrae conditioni est noxa et corruptela hujus religionis et noxa hujus pulchrae conditionis sunt multum vituperantes, obtrectatores, qui vobis ostenduut id quod amatis et occultant id, a quo abhorretis.

١٢٤ طَغَامٌ مِثْلُ ٱلنَّعَامِ يَتَّبِعُونَ أَوَّلَ نَاعِقٍ

124. Viles similes sunt ovibus, quae primum increpantem sequuntur.

النعام est pro النعم.

١٢٥ مَا يَزَعُ ٱللّٰهُ بِٱلسُّلْطَانِ أَكْثَرُ مِمَّا يَزَعُ بِٱلْقُرْآنِ

125. Quod prohibet Deus per regem plus est, quam id, quod prohibet per Coranum.

١٢٦ ٱلْهَدِيَّةُ مِنَ ٱلْعَامِلِ إِذَا عُزِلَ مِثْلُهَا مِنْهُ إِذَا عُمِلَ

126. Donum a praefecto oblatum, quando remove-

tur, simile ei est quod offert, quando praeficitur.

In codice Ber. الهذبة legitur. Vox الهدية in meo codice signum Teschdidi habet.

١٢٧ يَكْفِيكَ مِنَ الْحَاسِدِ أَنَّهُ يَغْتَمُّ وَقْتَ سُرُورِكَ

127. Invidum ex eo cognoscere potes, quod tristis est tempore laetitiae tuae.

١٢٨ خَيْرُ الْعِبَادِ مَنْ عُصِمَ وَاعْتَصَمَ بِكِتَابِ اللَّهِ تَعَالَى

128. Optimus servorum Dei is est, qui immunis habitus est et per librum Dei se defendit.

Sepulcrum quum videret plorans dixit:

١٢٩ هُوَ أَوَّلُ مَنَازِلِ الآخِرَةِ وَآخِرُ مَنَازِلِ الدُّنْيَا فَمَنْ شُدِّدَ عَلَيْهِ فَمَا بَعْدَهُ أَشَدُّ وَمَنْ هُوِّنَ عَلَيْهِ فَمَا بَعْدَهُ أَهْوَنُ

129. Illud primum habitaculum alterius mundi et postremum habitaculum hujus mundi est, et cui id durum fit, ei res id sequentes duriores sunt et cui id leve fit, ei res sequentes leviores sunt.

١٣٠ أَنْتُمْ إِلَى إِمَامٍ فَعَّالٍ أَحْوَجُ مِنْكُمْ إِلَى إِمَامٍ قَوَّالٍ

130. Vobis antistes agens necessarior est, quam antistes loquens.

Haec dixit die, quo quum suggestum adscendisset, homines contra eum commoti sunt.

Die, quo obsessus erat, dixit:

١٣١ لَأَنْ أُقْتَلَ قَبْلَ ٱلدِّمَاءِ أَحَبُّ إِلَيَّ مِنْ أَنْ أُقْتَلَ بَعْدَ ٱلدِّمَاءِ

131. Quod occidor ante caedem gratius mihi est, quam quod occidor post caedem.

5

Ahli.

١٣٢ مَنْ رَضِيَ عَنْ نَفْسِهِ كَثُرَ ٱلسَّاخِطُ عَلَيْهِ

132. Qui se ipso contentus est, contra eum multi irascuntur.

١٣٣ مَنْ ضَيَّعَهُ ٱلْأَقْرَبُ أُتِيحَ لَهُ ٱلْأَبْعَدُ

133. Quem propinquus deserit, ad eum longe remotus a Deo adducitur.

١٣٤ مَنْ بَالَغَ فِي ٱلْخُصُومَةِ أَثِمَ وَمَنْ قَصَّرَ فِيهَا ظُلِمَ

134. Qui in rixa summam diligentiam adhibet, is peccat, et qui in ea minus facit, quam debet, is injuria adficitur.

١٣٥ مَنْ كَرُمَتْ عَلَيْهِ نَفْسُهُ هَانَتْ عَلَيْهِ شَهْوَتُهُ

135. Qui sibi ipsi honoratus est, ei cupiditas sua despecta est.

١٣٦ أَلَا حُرٌّ يَدَعُ هٰذِهِ ٱللُّمَاظَةَ لِأَهْلِهَا

136. Nonne ingenuus has cibi reliquias iis relinquit, qui iis egent.

١٣٧ أَنْفُسُكُمْ لَيْسَ لِأَنْفُسِكُمْ ثَمَنٌ إِلَّا ٱلْجَنَّةَ فَلَا تَبِيعُوهَا إِلَّا بِهَا

137. Animis vestris pretium non est, nisi paradisus, et ne eas vendatis nisi isto pretio.

١٣٨ مَنْ عَظَّمَ صِغَارَ ٱلْمَصَايِبِ ٱبْتَلَاهُ ٱللّٰهُ بِكِبَارِهَا

138. Qui parvas calamitates magnas esse ducit, ei Deus magnas mittit.

١٣٩ اَلْوِلَايَاتُ مَضَامِيرُ ٱلرِّجَالِ

139. Provinciae hippodromi virorum sunt.

١٤٠ لَيْسَ بَلَدٌ بِأَحَقَّ بِكَ مِنْ بَلَدٍ

140. Una regio te dignior non est, quam altera.

١٤١ خَيْرُ ٱلْبِلَادِ مَا حَمَلَكَ

141. Optima regio ea est, quae te portat.

١٤٢ إِذَا كَانَ فِي رَجُلٍ خَلَّةٌ رَابِعَةٌ فَانْتَظِرْ أَخَوَاتِهَا

142. Quum in viro indoles grata est, ejus sorores exspecta!

١٤٣ الْغِيبَةُ جُهْدُ الْعَاجِزِ

143. Sermo, quo absens vituperatur, est potentia debilis.

١٤٤ رُبَّ مَفْتُونٍ يَحْسُنُ الْقَوْلُ فِيهِ

144. De eo, qui in aerumnam conjectus est, interdum pulchre loquuuntur.

١٤٥ مَا لِابْنِ آدَمَ وَالْفَخْرِ فَإِنَّ أَوَّلَهُ نُطْفَةٌ وَآخِرَهُ جِيفَةٌ لَا يَرْزُقُ نَفْسَهُ وَلَا يَدْفَعُ حَتْفَهُ

145. Quaenam homini est causa gloriandi, initium enim ejus est gutta et finis ejus est cadaver, se ipsum non sustentat et mortem suam non repellit.

١٤٦ الدُّنْيَا تَغُرُّ وَتَضُرُّ وَتَمُرُّ إِنَّ اللَّهَ لَمْ يَرَ فِيهَا ثَوَابًا لِأَوْلِيَائِهِ وَلَا عِقَابًا لِأَعْدَائِهِ وَإِنَّ أَهْلَ الدُّنْيَا كَرَكْبٍ بَيْنَاهُمْ حَلُّوا إِذْ صَاحَ سَائِقُهُمْ فَارْتَحَلُوا

146. Mundus decipit, nocet et transit. Non voluit

Deus esse in eo aut praemium amicis suis aut poenam inimicis suis; incolae enim mundi similes sunt viam facientibus, quibus, dum descenderunt, propellens acclamat, et tum pergunt.

١٤٧ مَنْ صَارَعَ الْحَقَّ صُرِعَ

147. Qui contra rectum luctatur, prosternitur.

١٤٨ اَلْقَلْبُ مِصْحَفُ الْبَصَرِ

148. Animus codex intelligentiae est.

١٤٩ اَلتُّقَى رَئِيسُ الْأَخْلَاقِ

149. Timor Dei princeps facultatum hominis est.

١٥٠ مَا أَحْسَنَ تَوَاضُعَ الْأَغْنِيَاءِ لِلْفُقَرَاءِ طَلَبًا لِمَا عِنْدَ اللّٰهِ وَأَحْسَنُ مِنْهُ تِيهُ الْفُقَرَاءِ عَلَى الْأَغْنِيَاءِ اتِّكَالًا عَلَى اللّٰهِ

150. Quam pulchrum est, quod divites pauperibus se submittunt, dum Dei gratiam quaerunt; sed pulchrior etiam est superbia pauperum erga divites, quod in Deo fiduciam ponunt.

١٥١ كُلُّ مُقْتَصَرٍ عَلَيْهِ كَافٍ

151. Omne id, quo solo contenti sumus, aliud non petentes, nobis sufficit.

١٥٢ مَنْ لَمْ يُعْطَ قَاعِدًا لَمْ يُعْطَ قَائِمًا

152. Qui donum non accipit sedens, is donum non accipit stans.

١٥٣ الدَّهْرُ يَوْمَانِ يَوْمٌ لَكَ وَيَوْمٌ عَلَيْكَ فَإِنْ كَانَ لَكَ فَلَا تَبْطَرْ وَإِنْ كَانَ عَلَيْكَ فلا تَضْجَرْ

153. Tempus duobus diebus constat, quorum unus pro te est, alter contra te. Ne te insolenter geras, si contra te est; ne angore perturberis, sin contra te.

١٥٤ مَنْ طَلَبَ شَيْئاً نَالَهُ أَوْ بَعْضَهُ

154. Qui rem quaerit eam aut totam aut ejus partem accipiet.

١٥٥ اَلرُّكُونُ إِلَى ٱلدُّنْيَا مَعَ مَا تُعَايِنُ مِنْهَا جَهْلٌ

155. Quod si quis mundo nititur, quamquam talem eam esse oculis videt, ignorantiae est.

١٥٦ اَلتَّقْصِيرُ فِى حُسْنِ ٱلْعَمَلِ إِذَا وَثِقْتَ بِٱلثَّوَابِ عَلَيْهِ غَبْنٌ

156. Officio non satisfacere in pulchre agendi ratione, si praemium exspectas, erroris est.

١٥٧ اَلطُّمَانِينَةُ إِلَى كُلِّ أَحَدٍ قَبْلَ الاِخْتِبَارِ عَجْزٌ

157. In omniquoque acquiescere, quem experientia nondum probasti, debilitatis est.

١٥٨ اَلْبُخْلُ جَامِعٌ لِمَسَاوِى ٱلْأَخْلَاق

158. Avaritia omnes pravitates naturae in se continet.

١٥٩ مَنْ كَثُرَتْ نِعْمَةُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِ كَثُرَتْ حَوَايِجُ ٱلنَّاسِ إِلَيْهِ فَمَنْ قَامَ لِلّٰهِ فِيهَا بِمَا يَجِبُ عَرَّضَهَا لِلدَّوَامِ وَٱلْبَقَاءِ وَمَنْ لَمْ يَقُمْ عَرَّضَهَا لِلزَّوَالِ وَٱلْفَنَاءِ

159. In quem Deus multa beneficia confert, eo hominibus multum opus est, et qui in iis, quemadmodum decet, Deo satisfacit, ei ista sempiterna esse sinit, et qui Deo non satisfacit, efficit Deus, ut cessent et intereant.

١٦٠ اَلرَّغْبَةُ مِفْتَاحُ ٱلنَّصَبِ وَالْحَسَدُ مَطِيَّةُ التَّعَبِ

160. Desiderium clavis lassitudinis et invidia est jumentum fatigationis.

١٦١ اَلْخُرْقُ مُعَالَجَةُ قَبْلَ ٱلْإِمْكَانِ وَالْاِنَاءَةُ بَعْدَ ٱلْفُرْصَةِ

161. Imperitia est rem tractare, antequam possibilis est et segnitia est, eam tractare post occasionem elapsam.

١٦٢ مَنْ عَلِمَ أَنَّ كَلَامَهُ مِنْ عَمَلِهِ قَلَّ كَلَامُهُ إِلَّا فِيمَا يَعْنِيهِ

162. Qui scit, sermonem suum partem operis sui esse, ejus sermo paucus erit, nisi in rebus ad ipsum spectantibus.

١٦٣ مَنْ نَظَرَ فِى عُيُوبِ ٱلنَّاسِ فَأَنْكَرَهَا ثُمَّ رَضِيَهَا لِنَفْسِهِ فَذٰلِكَ ٱلْأَحْمَقُ بِعَيْنِهِ

163. Qui vitia hominum observans ea rejicit, tum vero eadem in se grata habet, is stultus re vera est.

١٦٤ صَوَابُ ٱلرَّأْىِ بِٱلدُّوَلِ يَبْقَى بِبَقَائِهَا وَيَذْهَبُ بِذَهَابِهَا

164. Rectitudo consilii in temporis vicissitudinibus remanet cum continuatione earum et abit cum abitu earum.

١٦٥ اَلْعَفَافُ زِينَةُ ٱلْفَقْرِ وَٱلشُّكْرُ زِينَةُ ٱلْغِنَى

165. Morum castitas est ornamentum paupertatis et gratiarum actio est ornamentum opulentiae.

١٦٦ اَلْمُؤْمِنُ بِشْرُهُ فِى وَجْهِهِ وَحُزْنُهُ فِى قَلْبِهِ

166. Laetitia Mohammedani in facie est, et tristitia in animo.

١٦٧ اَلْجَاهِلُ ٱلْمُتَعَلِّمُ شَبِيهٌ بِالْعَالِمِ وَالْعَالِمُ ٱلْمُتَعَسِّفُ شَبِيهٌ بِٱلْجَاهِلِ

167. Ignarus discens similis est gnaro et gnarus non recte agens ignaro similis est.

١٦٨ يَنَامُ الرَّجُلُ عَلَى ٱلثُّكْلِ وَلَا يَنَامُ عَلَى ٱلْحَرَبِ

168. Vir dormit in statu orbitatis et non dormit in statu irae.

١٦٩ النَّاسُ أَبْنَاءُ ٱلدُّنْيَا وَلَا يُلَامُ ٱلرَّجُلُ على حُبِّ أُمِّهِ

169. Homines filii mundi sunt et vir ob amorem erga matrem non vituperatur.

١٧٠ رَسُولُكَ تَرْجُمَانُ عَقْلِكَ وَكِتَابُكَ أَبْلَغُ مَا يَنْطِقُ بِهِ

170. Legatus tuus est interpretes prudentiae tuae et epistola tua est facundissimum ejus quod loquitur.

١٧١ ٱلْحَظُّ يَأْتِي مَنْ لَا يَأْتِيهِ

171. Fortuna ad eum venit, qui ad eam non venit.

١٧٢ الطَّمَعُ ضَامِنٌ غَيْرُ وَفِيٍّ

172. Aviditas est sponsor haud integer.

١٧٣ الْأَمَانِي تُعْمِي أَعْيُنَ ٱلْبَصَائِرِ

173. Desideria obcaecant oculos rationis.

١٧٤ لَا تِجَارَةَ كَٱلْعَمَلِ ٱلصَّالِحِ وَلَا رِبْحَ كَٱلثَّوَابِ وَلَا

قَايِدَ كَٱلتَّوْفِيقِ ولا حَسَبَ كَٱلتَّوَاضُعِ وَلَا شَرَفَ

كَٱلْعِلْمِ ولا وَرَعَ كالوُقُوف عِنْدَ الشُّبْهَة ولا قَرِينَ

كَحُسْنِ الخُلُقِ وَلَا عِبَادَةَ كَأَدَاءِ الفَرَايِضِ ولا

عَقْلَ كَٱلتَّدْبِيرِ ولا وَحْدَةَ أَوْحَشُ مِنَ الْعُجْبِ

174. Non est mercatura melior quam bonum opus et non est lucrum melius quam remuneratio, et non est dux melior quam Dei auxilium et non est nobilitas tam bona quam se humiliare et non generositas quam scientia et non probitas quam cunctatio in dubio et non socia quam pulchritudo indolis animi et non cultus dei quam officia peragere, et non prudentia quam rerum recta institutio et non solitudo ingratior quam amor sui.

١٧٥ مَنْ أَطَالَ الْأَمَلَ أَسَاءَ ٱلْعَمَلَ

175. Qui diu sperat, opus non bene facit.

Audiens virum ad sectam Harurijjah pertinentem, qui e somno evigilans Coranum legeret, dixit:

١٧٦ نَوْمٌ عَلَى يَقِينٍ خَيْرٌ مِنْ صَلَاةٍ فِي شَكٍّ

176. Somnus cum certitudine melior est quam preces cum dubio.

١٧٧ اِذَا تَمَّ ٱلْعَقْلُ نَقَصَ ٱلْكَلَامُ

177. Quum prudentia perfecta est, sermo diminuitur.

١٧٨ قَدْرُ ٱلرَّجُلِ عَلَى قَدْرِ هِمَّتِهِ

178. Tantum valet vir quantum intendit.

١٧٩ قِيمَةُ كُلِّ ٱمْرِءٍ مَا يُحْسِنُهُ

179. Tantum valet vir quantum bene agit.

١٨٠ اَلْمَالُ مَادَّةُ الشَّهَوَاتِ

180. Opes sunt nutrimentum cupiditatum.

١٨١ اَلنَّاسُ أَعْدَاءُ مَا جَهِلُوا

181. Homines inimici ejus, quod ignorant, sunt.

١٨٢ نَفَسُ ٱلْمَرْءِ خُطَاهُ الى أَجَلِهِ

182. Anhelitus viri sunt quasi passus, quibus ad mortem tendit.

6.

Ebn-Abbas.

١٨٣ صَاحِبُ ٱلْمَعْرُوفِ لَا يَقَعُ فَإِنْ وَقَعَ وَجَدَ مُتَّكَأً

183. Qui virtutem exercet, non cadit et si cadit, fulcimentum invenit.

١٨٤ ٱلْحِرْمَانُ خَيْرٌ مِنَ ٱلِٱمْتِنَانِ

184. Frustratio melior est, quam exprobratio beneficii.

١٨٥ مِلَاكُ أُمُورِكُمْ ٱلدِّينُ وَزِينَتُكُمْ ٱلْعِلْمُ وَحُصُونُ أَعْرَاضِكُمُ ٱلْأَدَبُ وَعِزُّكُمُ ٱلْحِلْمُ وَصِلَتُكُمُ ٱلْوَفَاءُ

185. Id, quo res vestrae subsistunt, religio est, ornamentum vestrum scientia est, arces honoris vestri boni mores sunt, potentia (dignitas) vestra mansuetudo et donatio vestra fides.

١٨٦ ٱلْقَرَابَةُ تُقْطَعُ وَٱلْمَعْرُوفُ يُكْفَرُ وَلَمْ تَرَ كَٱلْمَوَدَّةِ

186. Propinquitas abrumpitur, beneficium abnegatur, et non vidisti (rem) ut amorem.

Quum vir apud eum loquens res turbaret. dixit:

١٨٧ بِكَلَامٍ مِثْلِكَ رُزِقَ ٱلصَّمْتُ ٱلْمَحَبَّةَ

187. Propter sermonem similem tuo silentium amatum est.

١٨٨ لا تُمَارِ سَفِيهًا وَلَا حَلِيمًا فَإِنَّ ٱلسَّفِيهَ يُؤْذِيكَ وَٱلْحَلِيمُ يُقْلِيكَ

188. Ne cum ignorante et mansueto disputando contende, nam ignorans tibi nocebit et mansuetus te coquet.

١٨٩ اِعْمَلْ عَمَلَ مَنْ يَعْلَمُ أَنَّهُ مَجْزِيٌّ بِٱلْحَسَنَاتِ مَأْخُوذٌ بِٱلسَّيِّئَاتِ

189. Age modo ejus, qui scit, se praemio ornari ob bonas actiones et puniri ob pravas actiones.

Quum Ohmarus eum de viro, quem Emessae praeficeret, rogaret, dixit:

١٩٠ لَا يَصْلُحُ إِلَّا أَنْ يَكُونَ رَجُلًا مِنْكَ

190. Non convenit nisi quod sit vir a te missus

Et quum Ohmarus dixisset: فكنه Sis ille vir! Dixit: لا تنتفع بى „Non ex me utilitatem capies! et quum Ohmarus interrogasset: quamnam ob causam? respondit:

لِسُوءِ ظَنِّي فِي سُوءِ ظَنِّكَ بِي

„Quod ego malam opiuionem de tua erga me mala opinione concepi.“

7

Ahbd-Allah ben-Masuhd.

(In codice meo hacc Ahbd-Allahi verba post Almoghirahi verba leguntur.)

١٩١ شَرُّ الأُمُورِ مُحْدِثَاتُهَا

191. Pessimae res sunt recentiores.

١٩٢ حُبُّ الكِفَايَةِ مِفْتَاحُ المَعْجَزَةِ

192. Amor sufficientiae est clavis infirmitatis.

١٩٣ مَا الدُّخَانُ عَلَى النَّارِ بِأَدَلَّ مِنَ الصَّاحِبِ عَلَى الصَّاحِبِ

193. Fumus non clarius indicat ignem, quam socius indicat, qualis socius sit.

١٩٤ مَنْ كَانَ كَلَامُهُ لَا يُوَافِقُ فِعْلَهُ فَإِنَّمَا يُوَبِّخُ نَفْسَهُ

194. Cujus factum sermoni non consentaneum est, is se ipsum graviter perstringit.

١٩٥ كُونُوا يَنَابِيعَ العِلْمِ مَصَابِيحَ اللَّيْلِ جُدُدَ القُلُوبِ خُلْقَانَ الثِّيَابِ

195. Estote fontes scientiae, lucernae noctis, cordibus novis praediti et laceris vestibus induti!

١٩٦ اَلدُّنْيَا كُلُّهَا غُمُومٌ فَمَا كَانَ مِنْهَا فِي سُرُورٍ فَهُوَ رِبْحٌ

196. Totus mundus est moeror, pars autem ejus, in qua gaudium est, lucrum est.

8

Almoghirah ben-Schohbah.

١٩٧ مَنْ أَخَّرَ حَاجَةَ رَجُلٍ فَقَدْ ضَمِنَهَا

197. Qui rem viri necessariam differt, is ejus rei sponsor factus est.

١٩٨ إِنَّ الْمَعْرِفَةَ لَتَنْفَعُ عِنْدَ الْكَلْبِ الْعَقُورِ وَالْجَمَلِ الصَّؤُولِ فَكَيْفَ بِالرَّجُلِ الْكَرِيمِ

198. Cognitio in mordace cane et camelo saeviente prodest et quomodo in viro generoso non prodesset.

9

Abu-Darda.

١٩٩ اَلسُّودَدُ اصْطِنَاعُ الْعَشِيرَةِ وَاحْتِمَالُ الْجَرِيرَةِ
وَالشَّرَفُ كَفُّ الْأَذَى وَبَذْلُ النَّدَى وَالْغِنَى
قِلَّةُ التَّمَنِّي وَالْفَقْرُ شَرَهُ النَّفْسِ

199. Principatus est beneficium genti tribuere et peccatum in se sumere, et nobilitas est aliis noxam non inferre et liberalitatem exercere, et vera opulentia est parum optare et vera paupertas est animae aviditas.

10

Abu-Dsarr.

٢٠٠ إِنَّ لَكَ فِي مَالِكَ شَرِيكَيْنِ الْحَدَثُ وَالْوَارِثُ
فَإِنْ قَدَرْتَ أَنْ لَا تَكُونَ أَخَسَّ الشُّرَكَاءِ حَظًّا
فَافْعَلْ

200. Tibi in opibus tuis duo socii sunt: casus for-

tunae et haeres. Si igitur efficere potes, ut inter socios vilissimam portionem non accipias, fac!

Dicere solebat:

٢٠١ اَللّٰهُمَّ مَتِّعْنَا بِخِيَارِنَا وَأَعِنَّا عَلَى شِرَارِنَا

201. O Deus! Fac ut bonis nostris fruamur et auxilium praesta nobis contra prava nostra.

11

Ohmar ben-Ahbd-Alahsis.

٢٠٢ مَا ٱلْجَزَعُ مِمَّا لا بُدَّ مِنْهُ وَمَا ٱلطَّمَعُ فِيمَا لا يُرْجَى وَمَا الْحِيلَةُ فِيمَا سَيَزُولُ

202. Quaenam est tristitia ob rem, quam effugere non possumus et quodnam desiderium rei est, quae non speratur et quodnam remedium est in re, quae cessabit.

٢٠٣ مَنْ يَزْرَعْ خَيْرًا يُوشِكْ أَنْ يَحْصُدَ (غِبْطَةً

وَمَنْ يَزْرَعْ شَرًّا يُوشِكْ أَنْ يَحْصُدَ) نَدَامَةً

203. Qui bonum serit, fieri potest, ut (invidiam me-

tat et qui malum serit, fieri potest ut) poenitentiam metat.

Verba uncinis inclusa nonnisi in codice B. leguntur.

Viro cuidam ipsi dicenti :

جَزَاكَ ٱللَّهُ عَنِ الإِسْلامِ خَيْرًا

Praemio te ornet Deus ob religionem Mohammedicam!

Dixit:

٢٠٤ بَلَى جَزَا ٱللَّهُ عَنِّى الاِسْلامَ خَيْرًا

204. Mimime; sed Deus religionem Mohammedicam ob beneficia in me collata praemiis ornet.

Quum vir, cui irasceretur, adductus esset, eum percuti jussit, tum dixit:

٢٠٥ لَوْ لَا أَنِّى غَضْبَانُ عَلَيْكَ لَضَرَبْتُكَ

205. Nisi in te iratus essem, te percuterem.

Tum eum libere dimisit.

12.

Alhasan Albazri.

٢٠٧ مَا رَأَيْتُ يَقِينًا أَشْبَهَ بِالشَّكِّ مِنْ يَقِينِ النَّاسِ بِالْمَوْتِ وَغَفْلَتِهِمْ عَنْهُ

207. Non vidi certitudinem similiorem dubio, quam certitudinem hominum de morte eorumque socordiam.

208. Quum interrogatus esset, quinam pessimus hominum esset, dixit:

الذى يرى انه خيرهم

Eum esse, qui se eorum optimum esse putet.

209. Quum rem retulisset et quidam interrogasset, quis ejus auctor esset, dixit:

ما تَصْنَع بِعَمَّنْ أَمَّا أَنْتَ فَقَدْ نَالَتْك عِظَتُه وقَامَتْ عَلَيْك حُجَّتُه

Quid est, quod, quis sit auctor, interroges? Adhortatio enim ejus ad te attinet et argumentum contra te valet.

210. Quum ei dictum esset,

كَثُرَ الْوَبَا

Multa est pestilentia.

Dixit:

أُنْفِقَ مُمْسِكٌ وَأُقِلَّ مُذْنِبٌ وَلَمْ يُغْلَطْ بِأَحَدٍ

Avarus opibus erogatis pauper factus et peccator remotus est et in nullo erratum est.

211. Dixit vir quidam Ebn-Sirino:

إِنِّي وَقَعْتُ فِيكَ فَاجْعَلْنِي فِي حِلٍّ

Ego tibi maledixi (te obtrectavi); fac autem, ut sim in licito (liber a culpa).

Respondit:

مَا أُحِبُّ أَنْ أُحِلَّكَ مِمَّا حَرَّمَ اللّٰهُ عَلَيْكَ

Mihi non placet, ut te liberum esse faciam in eo, quod Deus tibi interdixit.

212. Audivit Alschohbius virum ipsum vituperantem et se non commovit. Quum ille loqui cessasset, dixit:

إِنْ كُنْتَ صَادِقًا فَغَفَرَ اللّٰهُ لِي وَإِنْ كُنْتَ كَاذِبًا فَغَفَرَ اللّٰهُ لَكَ

Si verax es, Deus mihi veniam det, et si mendax es, Deus tibi veniam det!

213. Ebn-Alsammacus dixit:

خَفِ اللّٰهَ حَتَّى كَأَنَّكَ لَمْ تُطِعْهُ وَارْجُ اللّٰهَ حَتَّى كَأَنَّكَ لَمْ تَعْصِهِ

Time Deum, quasi ei obsequium non praestasses et spem in Deo pone, quasi tu ei inobsequens non fuisses!

214. Dixit Manzurus ben-Ahmmar:

مَنْ أَبْصَرَ عَيْبَ نَفْسِهِ ٱشْتَغَلَ مِنْ عَيْبِ غَيْرِهِ ومَنْ تَعَرّى مِنْ لِبَاسِ ٱلتَّقْوى لَمْ يَسْتَتِرْ بِشَيْءٍ مِنْ لِبَاسِ ٱلدُّنْيَا

Qui vitium suum videt, aliorum vitia non videt, et qui nudus est vestimento timoris Dei carens, tectus non est aliquo vestimento hujusce mundi.

215. Interrogatus Chalilus ben Ahmed, quis abstinens a rebus caducis mundi esset, respondit:

ٱلَّذِى لاَ يَطْلُبُ ٱلْمَفْقُودَ حَتَّى يُفْقَدَ ٱلْمَوْجُودُ

Qui non quaerit desideratum, donec desideratur inventum.

216. Dixit quidam eorum, qui majores (السلف *) appellantur:

ٱلأَيَادِى ثَلاثٌ يَدٌ بَيْضَاءُ وَهِىَ ٱلاِبْتِدَاءُ وَيَدٌ خَضْرَاءُ وهِى ٱلْمُكَافَاةُ ويد سَوْدَاءُ وَهِىَ ٱلْمَنُّ

Manus (beneficia) sunt tres: manus alba, quae

*) De hac voce conferas lexicon meum.

est initium beneficii et manus viridis, quae est retributio et manus nigra, quae est exprobratio.

217. Quidam interrogatus, quomodo ingenium (العقل) definiri posset, dixit :

الاِصَابَةُ بِالظُّنُونِ وَمَعْرِفَةُ مَا لَمْ يَكُنْ بِمَا قَدْ كَانَ

Attingere opinione et cognitio ejus, quod non erat, per id, quod erat.

امثال العرب

ARABUM PROVERBIA

SENTENTIAEQUE PROVERBIALES

QUAE VOCALIBUS INSTRUXIT, LATINE VERTIT

ET SUMTIBUS SUIS EDIDIT

G. W. Freytag.

TOM. III

pars posterior.

Insunt

1) **Commentatio de proverbiis Arabicis a Meidanio collectis et explicatis.**
2) **Indices tres.**
3) **Addenda et corrigenda.**

Bonnae ad Rhenum.

MDCCCXLIII.

Venditur apud **A. Marcum** bibliop. Bonnens.

Bonnae, typis Fr. P. Lechneri.

Partis posterioris epitome.

III.

Commentatio.

Praefamen.

De proverbiorum fonte inter gentes Orientis et magna proverbiorum copia p. 1. 2. Proverbiorum definitio p. 2—5. Proverbia Arabum in tres classes dividenda p. 5. 6. Proverbia Arabum cum proverbiis aliarum gentium tum consentiunt tum ab iis diversa sunt; nec non, si gentium inter quas et terrarum, ubi orta sunt, ratio habetur, inter se diversa esse debent. Diversitas autem, qua ab aliarum gentium proverbiis discrepant, in tribus potissimum rebus quaerenda est 1) in origine 2) in sensu et usu 3) in modo, quo prolata sunt, formaque p. 6—13.

Liber I.

De origine proverbiorum Arabicorum p. 14—73.

Sectio. I. De proverbiorum primis auctoribus p. 14—19.

Sectio II. De locis, gentibus, hominibus, bestiis rebusque, a quibus tanquam a materia proverbia desumta sunt aut quibuscum cohaerent p. 19—64.

Cap. I. De locis, gentibus, personis, bestiis rebusque, quae ob indolem iis adjudicatam in proverbii consuetudinem venerunt. p. 20—38. §. 1. Loca. p. 20. §. 2. Gentes. p. 21. §. 3. Personae. p. 21—25. §. 4. Bestiae p. 25—30. *a*) quadrupedes. *b*) aves. *c*) pisces. *d*) amphibia *e*) insecta et vermes. §. 5. Arbores et plantae. p. 31. §. 6. Terra coelumque et res quodammodo cum iis cohaerentes. p. 31—33. §. 7. Homo. p. 33—35. §. 8. Res *a*) res quae homini alimento sunt. *b*) arma. *c*) instrumenta, utensilia, vasa, vestimenta. *d*) opes. *e*) morbi et remedia. *f*) lapides, metalla. *g*) excrementa. *h*) varia. p. 35—38.

Cap. II. De locis, gentibus, personis, bestiis rebusque etc., quae etsi indole, qua distincta sunt, carent, tamen proverbiis originem dederunt aut cum iis cohaerent. p. 39—64. §. 1. Loca p. 39—40. §. 2. Gentes p. 40. §. 3. Personae p. 40—42. §. 4. Bestiae. p. 42—44. §. 5. Arbores et plantae. p. 44. §. 6. Terra coelumque et res quodammodo cum iis cohaerentes. p. 45—47. §. 7. Personae praeter hominem. p. 47. §. 8. Homo diversaeque ejus aetates, status et agendi rationes etc. p. 47—52. §. 9. Anima et corpus ejusque partes. p. 52—54. §. 10. Bestiae p. 55. §. 11. Corpus bestiarum et ejus membra p. 55—56. §. 12. Res *a*) gener. *b*) res, quae homini alimento sunt. *c*) habitacula et ejus partes. *d*) utensilia, vasa, instrumenta. *e*) vestimenta. *f*) opes. *g*) morbi et remedia. *h*) bestiarum habitacula et alimenta. *i*) plantae et arbores. *k*) lapides, metalla. *l*) excrementa eorumq. locus. *m*) varia mixti generis p. 56-64.

Cap. III. De proverbiorum historico momento et ratione p. 64-66.

Cap. IV. De tempore, quo proverbia orta sunt. p. 66—69.

Cap. V. De proverbiis usu mutatis et auctis p. 69—73.

Liber II.

De proverbiorum sensu usuque p. 74—130.

Sectio 1. Proverbia describentia p. 75—117.

Cap. I. Proverbia in quibus indoles, conditio, actio majori gradu tributa descripta est p. 75—81. §. 1. De animalibus *a*) indoles corporis et animi p. 75—77. *b*) conditio corporis, animi, societatis p. 77—78. *c*) actio p. 78—79. §. 2. De locis, rebus, conditionibus etc. *a*) indoles corporis et animi p. 79—80. *b*) conditio p. 80. *c*) actio p. 81.

Cap. II. Proverbia in quibus homines indole, conditione et agendi ratione insignes et conditiones, denique agendi rationes et res describuntur p. 81—96. §. 1. Homines *a*) indole insignes. *b*) conditione et statu insignes p. 81—95. §. 2. Status et conditionis descriptio p. 96. 97.

Cap. III. De agente et agendi ratione p. 96—112. §. 1. De diversis agendi modis *a*) gener. *b*) de labore et molestia, difficultate et facilitate in agendo. *c*) de celeritate, festinatione et cunctatione in agendo. *d*) de vehementia in agendo, fortitudine, timore, fuga p. 96—98. §. 2. De recta agendi ratione *a*) gener. *b*) de prudentia, diligentia, cura, studio et solertia in agendo. *c*) de constantia. *d*) de fiducia in aliis posita et auxilio p. 98—99. §. 3. De falsa agendi ratione *a*) gener. *b*) de rebus inconvenientibus, vanis, inutilibus, noxiis, de tempore rei non apto et eo quod fines transgreditur. *c*) de prudentia neglecta, diligentia omissa, socordia, incuria. *d*) de inconstantia. *e*) de auxilio aliorum male adhibito et fiducia, quam in aliis non recte ponimus p. 99—102. §. 4. De agendi ratione in re-

bus et conditionibus, quibus felicitas hominis aut promovetur aut perturbatur *a*) de divitiis et paupertate. *b*) de honore, gloria, dignitate et contemtu. *c*) de calamitate, infortunio, malo, vi, periculo. *d*) de contento animo et aviditate p. 102. 103. §. 5. De agendi ratione erga alios *a*) de auxilio, solatio, quod aliis ferimus, de noxa etc. *b*) de mutua consuetudine. *c*) de justitia et injustitia. *d*) de promissis et fide. *e*) de fraude, dolo, perfidia eto. *f*) de duritie, violentia vehementia, vi. *g*) de generositate, liberalitate, beneficentia, hospitalitate et avaritia. *h*) de gratitudine et ingratitudine *i*) de falsa gloriatione, arrogantia, superbia, impudentia. *k*) de consensu, amore, amicitia. *l*) de dissensione, ira, odio, inimicitia, suspicione, vindicta, invidia p. 103—108. §. 6. De agendi ratione erga socios, amicos propinquos, cognatos, gentem p. 109. §. 7. De sermone *a*) general. *b*) de sermone stulto et improbo. *c*) de sermone suspecto, falso et mendacio. *d*) de minis, rixa et litigatione. *e*) de precibus et quaerimoniis. *f*) de vituperio, ludibrio, sermone contumelioso. *g*) de silentio q. 109—112.

Cap. IV. De rebus et rerum conditionibus, quae in proverbiis describuntur p. 113—116. §. 1. De rebus.

Cap. V. Locus et tempus. §. 1. De loco. §. 2. De tempore p. 116 et 117.

Sectio 2. Sententiae et judicia p. 117—128.

Cap. I. De homine p. 117—123. §. 1. General. p. 117. 118. §. 2. De homine conditione et statu insigni p. 118—121. *a*) corporis. *b*) animi. *c*) societatis. §. 3. De homine agente p. 121. 122.

Cap. II. De statu et conditione p. 123—125. §. 1. gener. §. 2. corporis. §. 3. animi. §. 4. societatis humanae.

Cap. III. De actione et sermone p. 125—126. §. 1. De actione. §. 2. De sermone.

Cap. IV. De rebus p. 126—127. §. 1. Gener. §. 2. Special.

Cap. V. De loco et tempore p. 128. §. 1. De loco. §. 2. De tempore.

Sectio 3. De optatis, adhortationibus, mandatis, interdictis minisque p. 128—129.

Sectio 4. De laude, admiratione et benedictione p. 129. 130.

Sectio 5. De conviciis, ludibrio, sarcasmo et execrationibus p. 130.

Liber III.

De modo, quo proverbia prolata sunt et proverbiorum forma p. 131—136.

Cap, I. De modo, quo proverbia prolata sunt p. 131—134.

Cap. II. De proverbiorum forma p. 134—136.

Liber IV.

De cogitandi et agendi ratione, qualis ex Arabum proverbiis cognoscitur p. 137—180.

Sectio 1. De Deo, mundo et hominibus, tempore, fortuna, fato et morte.

Cap. I. De Deo p. 137. 138.

Cap. II. De mundo et hominibus p. 138.

Cap. III. De tempore, fortuna, fato, morte p. 138—139.

Sectio 2. De virtute, officiis, peccatis, poenitentia et cupiditatibus p. 140—142.

Cap. I. De viro bono et pravo p. 140.

Cap. II. De virtute et officio.

Cap. III. De peccatis p. 141.

Cap. IV. De poenitentia et peccatis corrigendis p. 141—142.

Cap. V. De cupiditatibus virtuti contrariis p. 142.

Sectio 3. De agendi modo et ratione p. 142—150.

Cap. I. De praecipua agendi causa p. 142.

Cap. II. De labore et industria p. 143.

Cap. III. De rebus agendis aut omittendis p. 143—145.

Cap. IV. De tempore agendi p. 145.

Cap. V. De modo agendi p. 146—150.

Sectio 4. De rebus, quibus hominis felicitas aut adjuvatur aut diminuitur p. 150—158.

Cap. I. De sanitate p. 150.

Cap. II. De doctrina, ignorantia, stupiditate p. 151.

Cap. III. De sapientia et stultitia.

Cap. IV. De divitiis et paupertate p. 151—153. §. 1. De divitiarum commodis. §. 2. De divitiis comparandis. §. 3. De opum usu. §. 4. De opibus conservandis. §. 5. De paupertate.

Cap. V. De laude et honore, dedecore et ignominia p. 153—154.

Cap. VI. De dignitate, potentia p. 154.

Cap. VII. De malo et calamitatibus p. 154—157.

Cap. VIII. De contento animo et aviditate p. 157—158.

Sectio 5. De agendi ratione erga alios p. 158—164.

Cap. I. Praecipua erga alios agendi causa p. 158.

Cap. II. De auxilio aliis ferendo p. 158—159.

Cap. III. De mutua hominum consuetudine p. 159. 160.

Cap. IV. De justitia, aequitate et injustitia p. 160—162.

Cap. V. De fide in promissis p. 162.

Cap. VI. De fraude, dolo, astutia.

Cap. VII. De mercatura et rebus cum ea conjunctis p. 162. 163.

Cap. VIII. De duritie, asperitate, lenitate, comitate, mansuetudine p. 163. 164.

Cap. IX. De generositate, liberalitate, beneficentia p. 164. 165.

Cap. X. De avaritia p. 165. 166.

Cap. XI. De gratitudine et ingratitudine p. 166.

Cap. XII. De falsa gloriatione, arrogantia, superbia, impudentia p. 166. 167.

Cap. XIII. De amore amicitiaque p. 168.

Cap. XIV. De ira, odio, inimicitia, invidia p. 168. 169.

Sectio 6. De agendi ratione erga socios, vicinos, clientes, hospites, amicos, inimicos, hostes, propinquos et cognatos, gentem, familiam, regem, dominum subditumque.

Cap. I. De agendi ratione erga socios, vicinos, clientes, hospites p. 169. 170.

Cap. II. De agendi ratione erga amicos, inimicos, hostes p. 170—172.

Cap. III. De agendi ratione erga cognatos, propinquos, gentem, familiam p. 172—173.

Cap. IV. De agendi ratione erga regem, dominum subditumque p. 173—174.

Sectio. 7. De sermone ejusque variis modis.

Cap. I. General. p. 174—176.

Cap. II. De veritate et mendacio. §. 1. De veritate. §. 2. De mendacio p. 176. 177.

Cap. III. De sermone turpi, blanditiis, ignominiis p. 177. 178.

Cap. IV. De silentio.

Sectio 8. De mulieribus p. 179. 180.

Cap. I. De mulieribus earumque agendi ratione.

Cap. II. De agendi ratione erga mulieres.

Liber V.

De modo, quo proverbia posteris conservata, a grammaticis collecta et explicata sunt.

Cap. I. De modo, quo proverbia conservata sunt p. 181. 182.

Cap. II. De grammaticorum operibus, in quibus Arabum proverbia collecta et explicata sunt p. 182—191.

Cap. III. De Meidanio p. 191—193.

Cap. IV. De Meidanii opere p. 193—197.

Cap. V. De fontibus, e quibus Meidanius proverbia hausit p. 197—216.

Cap. VI. De Meidanii commentario p. 216—220.

IV.

Indices.

1) Index gentium, virorum et locorum etc., qui in Meidanii proverbiis occurrunt additis quibusdam de tempore, quo vixerint, observationibus p. 221—323.

2) Index proverbiorum sententiarumque simulque dierum pugnis illustrium, quorum in tomo tertio mentio facta est p. 324—363.

3) Index Arabicus proverbiorum Meidanii p. 364—418.

V.

Addenda et corrigenda ad Meidanii proverbia.

Cap. I. p. 419—427. Cap. II. p. 427—430. Cap. III. p. 430—433. Cap. IV. p. 433. Cap. V. p. 433—437. Cap. VI. p. 437—441. Cap. VII. p. 441—444. Cap. VIII. p. 444—445. Cap. IX. p. 445—446. Cap. X. p. 446—449. Cap. XI. p. 449—450. Cap. XII. p. 450—452. Cap. XIII. p. 452—454. Cap. XIV. p. 454—456. Cap. XV. p. 456—457. Cap. XVI. p. 457—459. Cap. XVII. p. 459. Cap. XVIII. p. 459—466. Cap. XIX. p. 466—467. Cap. XX. p. 467—470. Cap. XXI. p. 470—476. Cap. XXII. p. 476—485. Cap. XXIII. p. 485—497. Cap. XXIV. p. 497—509. Cap. XXV. p. 509—512. Cap. XXVI. p. 512—514. Cap. XXVII. p. 514—519. Cap. XXVIII. p. 518—520.

III.

Commentatio
de proverbiis Arabicis a Meidanio collectis et explicatis.

Praefamen.

Gentibus, quae a Semo originem duxisse putantur, sententias in sermone adhibere atque proverbiis uti proprium erat. Cujus rei causam non tam singulis ex rebus explicare, quam in tota gentis cogitandi ratione atque indole poetica videre licet. Hebraeis antiquis ille mos, hominum animis innatus et cum sermone intime conjunctus tribuitur et Salomo ille sapientissimus permultorum proverbiorum auctor fuisse traditur. Apud Arabes proverbiorum origo usque ad tempora antiquissima et fabulosa deducta inter alios praecipue sapientibus, poetis, heroibus regibusque vindicatur. Arabes, quum in desertis longe remotis vitam a caeteris gentibus separatam degerent neque artes colentes neque in scientias incumbentes, non fieri poterat quin, quod esset eorum ingenium poeticum animique alacritas, poesis atque eloquentia apud eos in summo honore esset. Poetarum igitur et oratorum, qui maximam in totam gentem vim haberent, verba ab aliis memoriae tradita et in terras divulgata in proverbii consuetudinem venerunt. Inde illa apud Ara-

bes immensa proverbiorum multitudo, quae antiquissimis temporibus incipientia usque ad novissima tempora novis additis semper aucta sunt; in gente enim Arabum animo moribusque sic constituta iste fons semper apertus erat.

Priusquam vero ad proverbia ipsa accedo, ut, qualia sint, ostendam, tum de proverbii definitione tum de Arabum proverbiis et ratione ac modo, quo a caeteris Arabum proverbia distincta sunt, pauca praemittam.

Meidanius in praefatione proverbiis praemissa grammaticorum verba, quibus ratione etymologica proverbii (مثل) significatio definitur, adnotavit. Quae qualisve sit definitio, jam videamus. Almobarredus grammaticus [1]) haec habet: المثل ماخوذ من المثال وهو قول سايير يشبه به حال الثانى بالاول فقولهم مثل بين يديه اذا انتصب معناه اشبه الصورة المنتصبة وفلان امثل من فلان اى اشبه بما له من الفضل والمثال القصاص لتشبيه حال المقتص منه بحال الاول فحقيقة المثل ما جعل كالعلم للتشبيه بحال الاول كقول كعب ابن زهير

1) Nomen istius grammatici Abu-l'Ahbbas Mohammed ben-Jasid Ahbd-Alacbar b. Ahmir etc. Altsomali Alasadi Albazri, notus cognomine Almobarred, Bagdadi incola grammatices et lexicographiae scientiis insignis erat. Plures in ea parte, quam ادب appellant, utiles libros composuit, inter quos liber كتاب الكامل appellatus praecipuum locum tenet. Magistris Abu-Ohtsmano Almaseni et Abu-Hatimo Alsidjistani usus est. Discipulos habuit Naftujahum aliosque. In ipso et grammatico Altsahlebah cognominato doctorum series, quibus nomen اديب datum erat, finitur. Die lunae, festo عيد الضحى anni 210 (aliis anni 207) natus, die lunae, secundo ante finem mensis Dsu-l'Hidjdjah vel Dsu-l'Kahdah aut anni 286 aut anni 285 Bagdadi diem obiit. Cognomen الثمالى a gente ثمالة, quae pars tribus ازد a viro Aubf ben-Aslam originem duxit, derivanda est. De causa cognominis Almobarred docti dissentiunt.

كانت مواعيد عرقوب لها مثلا وما مواعيدها الا الاباطيل
فواعيد عرقوب علم مثل لكل ما لا يصح من المواعيد

„Proverbium (مثل) desumtum est ab imagine, forma (مثال); proverbium enim est sermo divulgatus, quo status posterioris cum statu prioris comparatur. Verborum مثل بين يديه „erectus coram eo stetit“ sensus est: similis est figurae erectae et si dicimus: فلان امثل من فلان „Quidam praestantior est quodam,“ eo significamus, quendam similiorem praestantiae esse, quae ei insit. Talio quoque مثال appellatur, quod status ejus, a quo nos vindicamus, statui prioris similis redditur. Re vera proverbium signum est, quo statui prioris alterum quid simile redditur. Sic in versu (v. 11) Caahbi ben-Sohair:

„Promissa Ohrkubi ejus promissis similia sunt; sunt enim ejus promissa nonnisi vana.“

Ohrkubi enim promissa signum sunt, quo omnia promissa vana comparando designantur.“

Ebn-Alsiccitus [1]) sententiam suam hisce verbis profert: المثل لفظ يخالف لفظ المضروب له ويوافق معناه معنى ذلك اللفظ شبهوه بالمثال الذى تعمل عليه غيره „Proverbium vocabulum est, quod a vocabulo ejus, in quod dictum est, dissentit; cum sensu vero consentit. Sensum illius vocis cum exemplari comparant, ad quod altera res formatur.“

---

1) Nomen hujus grammatici Abu-Jusuf Jakob ben-Ishak est. Ebn-Alsiccit cognomen gessit. Multa opera ex. gr. كتاب المنطق, كتاب القلب والابدال, كتاب فى معانى الشعر, كتاب الالفاظ, كتاب الاجناس, كتاب المقصور والممدود, كتاب الامثال, كتاب الذكر والمونث composuit. In numero eorum erat, qui Ahlium imperatorem caeteris chalifis praeferebant. Die lunae, quinto mensis Redjeb anni 244, aut ut alii dicunt, 246 diem supremum obiit. Couf. De Sacy Anthol. gr. p. 137.

Alius quidam sic dixit: سميت الحكم القايم صدقها فى العقول امثالا لانتصاب صورها فى العقول مشتقة من المثول الذى هو الانتصاب „Sententiae, quarum veritas in hominum animis stat, امثال (proverbia) appellantur, quod earum figurae in hominum animis erectae sunt. A voce مثول derivanda sunt, quae rem erectam esse significat.“

Ibrahimus Alnathsthsam[2]) cognominatus sic tradidit: يجتمع فى المثل اربع لا يجتمع فى غيره من الكلام ايجاز اللفظ واصابة المعنى وحسن التشبيه وجودة الكناية فهو نهاية البلاغة „In proverbio quatuor res conjunctae sunt, quae in reliquo sermone non conjunguntur: vocis brevitas, aptus sensus, comparatio pulchra et praeclara metonymia, quibus rebus summa eloquentia efficitur.“

Quae autem Arabum grammatici ad definiendum proverbium attulerunt, ea neque accurate dicta esse, neque satis patere videntur. Neque enim aut comparatio atque similitudo aut dissensus in verbis cum consensu in sensu aut veritas sententiae stabilita in animis proverbium efficiunt. In brevitate, sensu apto, pulchra comparatione et metonymia praeclara proverbium non cernitur, fit enim interdum, ut uno vel altero illo proverbium destitutum sit. Vera autem proverbii conditio in eo potius cognoscitur, quod verba, sive multa sive pauca sint, tum ob auctorem, qui ea protulit, tum ob tempus quo dicta sunt et occasionem, quae iis ansam dedit, tum ob modum singularem, qui iis proprius erat, tantam in hominum animos vim exercebant, ut memoria tenerentur et divulgarentur, quae res in causa erat, cur et posteri iis tanquam suis, eodem aut paulum mutato modo uterentur. Quae res quum ita sit, quod verba in proverbii consue-

1) Viri nomen Ibrahim ben-Sajjar est, metaphysici (المتكلم) cognominati.

tudinem venerint, id neque e modo, quo prolata sint, neque e sensu, quem offerant, cognosci posse, nemo non videt. Usus, in quem apud gentem venerint, unicus et verus magister nobis est. Quis autem est, qui Arabes doctos in colligendis proverbiis illarum rerum accuratam semper rationem habuisse, pro certo affirmet? Qui doctos Arabes errori interdum obnoxios fuisse dicit, ut in libris suis sententias proverbiorum loco admitterent, is mihi a vero non prorsus aberrare videtur. Vocis autem مثل in lingua Arabica significatio quum latius pateat, in proverbiales locutiones atque sententias, nec non in fabulas parabolasque transfertur. In sermone philosophiae technico vocabulo مثل ideae significatio tribuitur. Sic dissertatio de idea Platonica verbis رسالة فى مثل الافلاطونية inscripta est.

Arabum proverbia in tres partes mihi dividere licet, quarum una proverbia complectitur, quibus Arabes genuini originem dederunt. Arabes genuini sunt gentes in desertis vitam nomadum degentes, quarum lingua, quippe cum aliis sese non miscerent, pristinam puram conditionem conservavit, ut grammatici eorum effata linguae normam habendam esse censerent. Urbis Meccae incolae Arabibus genuinis adnumerandi videntur; num Medinae omnes incolae, quorum lingua dialecto a Koraischitarum idiomate discreparet, in eorum numero haberentur, pro certo affirmare non ausus sim. Proverbia illa ad unum omnia re vera et proprie sic dicta prorverbia putanda sunt. Altera parte proverbia Arabum non genuinorum, Arabica lingua مولدون[1]) dictorum continentur. Quae ab illis non genuinis Arabibus orta proverbia eam

1) In Haririi opere pag. 338 vox مولد vocibus عربى محض (Arabs purus, genuinus) opposita est.

ob causam recentiora appellavi, quod lingua Latina vocabulo, quo accuratius designentur, caret. Proverbia haec مولدون appellata ab Arabibus urbes ac vicos incolentibus, quorum lingua ob mutuum plurium gentium commercium a pristino statu paulatim remota erat, originem traxisse putantur. In hisce proprie dicta proverbia cum proverbialibus locutionibus mixta videntur. Quod Meidanius alteram classem a priore suo in libro distinxit, id laude dignissimum est. Tertia autem pars novissimis proverbiis constat, quae post Meidanii tempus orta novis semper aucta sunt et augentur. Sententiae sunt atque proverbiales locutiones, quae aut sermone regulis grammaticis apto aut vulgari prolata sunt. Tertius hic proverbiorum ordo tam merito quam momento inferior est; tempore enim, quo orta sunt, Arabes varias ob causas mutati ac corrupti erant. Attamen quum Arabes novissimi temporis a veteribus proverbiis adhibendis non abhorreant, vetera proverbia a novis distinguere, res facilis non est putanda. Quibus autem in proverbiis sermonis vulgaris usus apparet, ea novissimis temporibus adscribenda esse dubium non est.

Proverbia Arabica quamvis a singulis personis originem trahunt, quum ob gentis usum in consuetudinem venerint, tamen toti genti adjudicanda sunt. Quae res in causa est, cur cum gente intime conjuncta, quae ejus indoles agendique ratio sit, optime nos doceant. Omnia illa, quae menti humanae in omnibus gentibus eodem modo insita sunt, in proverbiis omnium gentium eodem modo expressa se ostendent, quae autem inter varias gentes diversa tum cogitandi tum agendi ratio exsistit, eadem in proverbiis variarum gentium diverso modo depicta apparebit. Arabes quum solo et coeli temperie ab aliis diversas regiones incolerent et ab antiquissimis temporibus

a caeteris gentibus separatam vitam degerent, tam moribus quam cogitandi ratione ab aliis discreparent necesse erat, quae diversitas in eorum proverbiis non potest non cognosci. Quatenus autem Arabum diversae gentes natura, situ coelique temperie multum diversas regiones habitabant et hanc ob causam diversis moribus vivendique rationi dediti erant, proverbiorum in diversis Arabum gentibus ortorum diversitas cognoscenda erit. Cujus rei singula vestigia cuilibet diligenter legenti ante oculos erunt. Proverbia, ut paucis exemplis rem illustrem, in quibus palmarum mentio facta est, nonnisi in illis regionibus orta putanda sunt, in quibus palmae frequentes essent conf. C. 2, 124. 5, 102. 14, 51. Illa, in quibus de animalibus marinis marique sermo est, ab Arabibus, quibus mare ejusque animalia nota essent, prolata esse, non est cur dubitemus conf. C. 6, 30. 8, 46. Proverbium C. 2, 155, in quo glaciei frigus confertur, ab Arabe primum dictum censemus, qui glaciei frigus senserat. Ut autem proverbia, quae de ovibus caprisve conf. C. 1. 183. 184. agunt, in gente originem duxisse videntur, quibus oves et caprae cordi essent, sic proverbia illa multa a camelis desumta, maximam partem in gentibus orta putamus, in quibus camelus unica vel praecipua pars opum esset. Tales autem res, quas paucis tantum verbis et quasi nutu indicavimus, prolixius et accuratius describi possent, si quae singulis Arabum gentibus tribuenda essent proverbia et quales a diversis gentibus incultae regiones essent et inde ortae diversae agendi rationes, sciremus. Sed Mohammedis religio, quae omnes Arabum gentes separatas in unum populum coageret, ut in lingua Arabica, sic in caeteris vitae rebus diversitatem diminuens et magis magisque tollens effecit, ut quae antea essent diversarum gentium propria proverbia, jam totius

populi fierent. Pauca tantum proverbia excipienda sunt, quippe quae singulis gentibus, oppidis regionibusque propria manerent. Conf. C. 8, 67. 14, 104. 21, 133—135. 138. Praetermisso igitur in singulis Arabum gentibus diverso proverbiorum modo, qui vix accurate describi possit, eas res, quibus Arabum proverbia a reliquarum nationum proverbiis differant, breviter recensere in animo est. Diversitas autem illa tribus in rebus, origine, sensu, modo formaque proverbiorum potissimum quaerenda est.

Proverbiorum Arabicorum origo rebus, a quibus desumta sunt, a caeteris ita discrepare, ut in iis vera eorum conditio atque indoles cognoscatur, dubium non est. Arabes enim ut situ, natura ac coeli temporie distinctas regiones incolebant, sic diversam vivendi rationem sequebantur, ut res, quae aut ad terras aut ad diversam vivendi rationem spectarent, in proverbiis propriam gentis conditionem et indolem non possent non significare. Quae res ne male intelligatur, sed clarius appareat, paucis exemplis illustranda est.

Proverbia a regionibus earumque natura, ut C. 1, 230. 12, 130. 21, 33. 148. a locis, montibus, fluviis C. 1, 404. 407. 423. 445. 2, 36. 3, 20. 4, 24—28. 5, 132. etc. oppidis arcibusque 3, 32. 10, 195. 201. derivata sunt. Illa quum, paucis exceptis, in terris, quas Arabes incolerent, sita sint, inde Arabicorum proverbiorum propria conditio elucere, quis est, qui non videat. Quid dicam de proverbiis, quae ad tempestatem, ventos, fulmina pluviamque spectant. Nonne in iis propria terrae conditio saepissime cernitur? In proverbio C. 2, 8. frigoris matutini et diei aestus mentio fit, quae res illis regionibus propriae sunt, conf. 18, 110. Sic C. 2, 56. fulmini, quod pluvia non sequitur, externa pulchritudo adjudicatur, sed internum meritum denegatur, quippe

in illis regionibus summo cum studio fulgura observare et timentes ne pabuli inopia oriatur, pluviam optare solent homines conf. 10, 35. 100. Nubes aestatis, quae res in illis regionibus observatur, mox abire in proverbio (C. 12, 87) dicuntur. Ibi quoque quum verna pluvia non sufficiat; sed aestatis pluvia, ut herbae conserventur et frumenta omnino maturescant, necessaria sit, haec illius pluviae perfectio in proverbiis conf. C. 3, 6. appellatur. Quis autem nescit, vapores illos meridianos in desertis, aquae speciem praebentes, in interitum saepius ducere viatores? In proverbiis igitur fallaces et mendaces appellantur C. 19, 42. 22, 212. 213. In proverbio C. 2, 158. frigidi venti, C. 9, 17. fervidi venti, C. 10, 162. occidentalis venti mentio facta est, quales in illis regionibus flare solent. Sidera quoque Arabibus nota, quae in tempestatem vim exercere iis videbantur, in proverbiis occurrunt. C. 1, 477. 7, 73.

Plantae autem, arbores, fruges fructusque, a quibus proverbia desumta sunt, in Arabum terris potissimum crescunt et eorum indoles naturaque ita descripta est, ut proverbiorum primis auctoribus eos optime notos fuisse videamus. De plantis conferas C. 1, 127. 6, 76; de arboribus C. 1, 124. 382. 2, 120. 8, 13. 36. 9, 18. 58. 13, 139. 18, 196.; de frugibus fructibusque 1, 128. 167. 3, 75. sq. 8, 12. 22, 78. 28, 108.

Ab animalibus tot proverbia orta sunt, ut in quolibet fere pagina occurrant et exemplis vix opus sit. Maximus eorum numerus in Arabum terris vivunt. Aut domestica sunt ut camelus C. 1, 69. 72. 75, equus 18, 161, ovis 1, 183. 184. etc. aut ferae, ut hyaena 14, 9. 23, 449, lupus 9, 7. sqq. 22, 293. Ab animalibus, quae Arabibus notissima erant et magnam in vitae rationem vim habebant, maximus proverbiorum numerus, ex. gr.

a camelis, derivatus est; animalia iis minus nota, ut elephas, conf. 1, 413. 13, 146. paucorum tantum proverbiorum ansam dederunt. In proverbiis autem quum animalium indoles 7, 111. tum conditiones 23, 68. et consuetudines 3, 1. saepe descriptae sunt.

Sed ut ad homines progrediamur, dicendum est, plura proverbia a gentibus desumta esse, quae aut eadem origine, qua Arabes gauderent, ut C. 2, 30. 99. 9, 46. 63 aut Arabibus propter belli aut pacis nexum notae essent conf. 9, 4. 22, 211, 240.

Personae autem, quae in proverbiis appellatae sunt, ad unam paene omnes ad Arabum gentes pertinent. Proverbia autem quum vivendi rationem C. 10, 110. 23, 382. 392, mores ususque C. 1, 257. 417. 419. 2, 9. 115. 138. 6, 193. 7, 2. 9, 48. 55. 13, 1. 75. 15, 1. 18, 103. 21, 65. 23, 114. 28, 20, cogitandi rationem 2, 168. 5, 44. 6, 45. 8, 53. 13, 126. sqq. 16, 2. 24, 409. 28, 94 describant, a caeterarum gentium proverbiis multum distincta sint, necesse est.

Non pauca quoque proverbia eo, quod cum Arabum fatis rebusque gestis aut antiqui aut recentis temporis conf. 1, 6. 15. 57. 146. 2, 4. 21. 5, 72. 6, 74. 7, 1. 21, 1 cohaerent, distinguuntur.

Multa quoque proverbia a rebus, utensilibus, instrumentis derivata esse videmus. Quae res si Arabibus usu propriae sunt, fit, ut proverbia Arabum quasi proprium colorem accipiant. Sagittis plures gentes utebantur, sed in sorte ducenda nonnisi Arabibus inserviebant conf. C. 6, 3. Arabum pueri in ludo et exercitatione sagittas breves et cuspide carentes adhibebant 1, 287. 7, 112. Proprius quoque Arabum usus fuisse videtur in palis tentorii 9, 1. igniario 14, 21. 23, 230, lapidi-

bus et petrae parte loco tripodis in deserto 10, 5. 27, 78, utris 1, 466. 5, 56. 16, 1, sella camelina 10, 159, panno, quo cameli scabiosi pice illiniebantur 27, 93 aliisque rebus conf. 21, 113.

Sed ut ad alterum disquisitionis locum veniam, proverbia Arabica tam sensu quam usu ab aliis distincta esse, quis negare potest? Proverbiorum sensus cum Arabum vivendi ratione et situ convenire et tam agendi quam cogitandi rationi aptus esse debet; fines, quos natura isti genti praescripsit, excedere nullo modo potest. Arabes quum solo et coeli temperie distinctam terram incolerent, vitam a caeteris gentibus separatam solitariamque degerent et ut vivendi rationi sic moribus multum diversis indulgerent, quae in proverbiis reperiuntur, status conditionisque descriptiones diversas esse quis non putat. Ut uno verbo rem illustrem, multis periculis et inopiae in desertis obnoxii calamitatum periculorumque describendorum in proverbiis ansam saepe habuerunt.

Tum quibus in rebus inter diversas gentes cogitandi consensus exsistit, in iis proverbia dissentire non possunt; at vero quibus in rebus diversum cogitandi sentiendique modum secuti sunt, in iis proverbiorum diversitatem esse neminem latebit. Omnes gentes in eo, quod status felix et status infelix oppositi sint, consentiunt, in describendo autem statu felici et infelici vehementer dissentiunt. Arabum status felix pabulo abundante nitebatur, quapropter in proverbiis, si status felix describitur, terram longas et florentes herbas producere legimus C. 1, 122. Qui votis potitus est, is pabulum invenisse dicitur C. 18, 169. Pabulo abundante cameli lac abundans emittunt; in Arabum proverbiis igitur lac copiosum bonum, lac paucum malum significat C. 12, 13 et vita commoda in eo, quod butyrum caseumque parant, cerni-

tur 12, 46. Status autem infelix anno infertili, in quo pabulo destituti sunt C. 26, 5 et eo, quod in deserto arenoso infertili vitam degunt C. 26, 10, oritur. Opulentia paupertasque omnibus gentibus sibi oppositae res habentur, res autem qua una aut altera efficitur, diversis gentibus diversae sunt. Opulentia Arabibus tanquam vallis pabulo abundans C. 24, 91. et camelorum possessio describitur, ut pauperem nonnisi capras possidere dicant C. 18, 36. Arabes in desertis vastis errantes et periculis variis expositi post abundantiam mox inopiam saepe patiuntur et tempestatis vi omnino subjecti pericula calamitatesque effugere vix possunt, quapropter hominem fatum suum effugere non posse credunt conf. C. 1, 10. 48. 22, 12.

De bono et malo, virtutibus vitiisque omnes fere gentes idem paene sentiunt; unam vero gentem virtutem quandam magis exercere, vitio cuidam magis indulgere videmus quam alteram. Arabum vivendi ratio periculis malisque exposita fortitudinem patientiamque desiderabat, quapropter illas animi indoles in proverbiis descriptas et laudatas saepe observamus conf. C. 1, 10. 13, 36. et C. 1, 464. 4, 113. Divitiae quum essent saepe brevi interiturae et contra calamitates minus utiles, factum esse videtur, ut Arabes illis conservandis minorem operam dantes liberalitatis maxime studiosi essent conf. C. 12, 42. Huc accedebat, ut quae esset eorum vitae ratio, cuilibet e divite mox pauperi facto et, abundantia fugiente, ad penuriam redacto aliorum liberalitas hospitalitasque opus esset, ut hanc ob causam in summo honore omnibus haberentur. Ut autem liberalitatis hospitalitatisque virtus multis locis laudatur, sic avaritiae vitium saepissime reprehenditur conf. C. 2, 81. 23, 484.

Nec vero silentio praetermittendum videtur, in pro-

verbiis a Meidanii collectis, quorum primi auctores tam nomades quam oppidani essent, quum plurium saeculorum spatium amplectantur ab antiquissimis temporibus incipientia et Ahbbasidarum tempora attingentia, magnam tum agendi tum cogitandi diversitatem existere debere. Islamismi victoriis magna orbis terrarum parte subacta, multi nomadum vitam deserentes in oppida transmigrarunt, multi a maxima paupertate ad summam opulentiam evecti vitam simplicem cum luxuria permutarunt.

Modum autem, quo proverbia prolata sint et formam, quam habeant, differre, quum cuilibet genti proprius quidam loquendi modus et sermonis forma sit, dubium esse non potest.

Lib. I.

De origine proverbiorum Arabicorum.

Omnibus gentium proverbiis, quibus verba tempore praecedente prolata et agendi rationes et conditiones tam hominum quam rerum originem dederunt, tempus decursu suo proverbii notam impressit. At vero proverbiis Arabicis quodammodo proprium est habendum, quod ista proverbiorum verba interdum bestiis, imo rebus tribuuntur. Sunt quoque proverbia, quae personis fictis fabulisque originem debeant. Sic C. 1, 251 proverbii verba camelo juvenco; C. 2, 63 muri; C. 15, 15 asino; C. 20, 19 [1]) lacertae; C. 22, 64. 23, 433 vulpi; C. 22, 66 serpenti; C. 23, 482 cani; C. 23, 262 pani tribuuntur. Praeterea proverbia C. 6, 75; 7, 47. 10, 126. 16, 3. 18, 45. 22, 42. cum fabulis cohaerent.

Sect. 1.

De proverbiorum primis auctoribus.

Virorum effata in proverbiorum consuetudinem venisse diximus. Quo quisque in gente majore sapientia et auctoritate inclaruerat, eo plurium proverbiorum auctor evenit. Quae res in causa fuisse videtur, cur et Mohammedis pseudoprophetae et Actsami ben-Zaifi viri circa idem tempus viventis sapientissimi tot effata ob vim in homines singularem tanquam proverbia posteris adhiberentur. Singulari doctorum Arabum studio, qui summa cum diligentia a primis Islamismi temporibus omnia ad gentem suam spectan-

1) Ad hoc proverbium plura lacertae dicta adferuntur, quae in proverbia cessisse dicuntur.

tia colligerent et memoriae traderent, primorum auctorum nomina oblivioni erepta debemus. In aliis proverbiis quae de primis proverbiorum auctoribus tradita sunt, nuntiis inter se differentibus, dubio non carent, in aliis, quum ex versibus poetarum sint derivata, dubitare interdum licet, num poeta primus proverbii auctor fuerit an in versum vetus proverbium inseruerit. Inter primos auctores una et viginti feminae reperiuntur, quae fere omnes, nisi toto coelo erro, exceptis Ajescha, Mohammedis uxore, nec non cantatricibus servisque, tempori ante Islamismum vendicandae sunt. Cujus rei causa in eo quaerenda est, quod religione Mohammedica feminarum status paulatim ita mutabatur, ut e vita publica omnino remotae, in tentoriis domibusque inclusae essent. Ajescha vero illa magnam in rebus publicis personam egit. Iam sequuntur ordine alphabetico disposita auctorum nomina, quorum de tempore si quis relata desiderat, indicem personarum adeat, ubi quaedam breviter adnotata inveniet.

Abdjar ben-Djabir Alihdjli 1, 370. 22, 105. Abu-Becr 1, 35. Abu-l'Derda Anzarita 1, 274. 6, 22. 24, 276. Abu-Djabir ben-Molail Hodsailita 13, 98. Abu-Djondab Hodsailita 23, 437. Abu-Dsarr 21, 85. Abu-Hajjah Nomairita 24, 426. Abu-Hasim 23, 133. Abu-Henesch Thaghlebita [1]) 1, 166. Abu-Merhab 28, 283. Abu-Musa Alaschahri 22, 1. Abu-Sajjarah 13, 29. Abu-Sofjan ben-Harb 23, 321. Alachnas b. Cahb 18, 2. Alachnas ben-Schehab 16, 76 [2]). Actsam b. Zaifi 1, 146. 149. 210. 216. 397. 3, 63. 6, 72. 91. 10, 60. 65. 109. 153. 13, 65. 14, 38. 18, 76. 164. 20, 50. 21, 74. 77. 22, 14. 23, 40. 47. 92. 108. 285. 24, 22. 65. 85. 129. 166. 192. 282. 291. 318. 330. 335. 344. 364. 26, 44. 76. Aladbath b. Koraih 1,

---

1) In aliis codicibus ابو حشر Abu-Haschar, in aliis ابو حنش Abu-Henesch legitur.

2) In versibus dubitare licet, num poeta proverbii auctor sit an vetus proverbium in versum inseruerit.

219. Alafah Djorhomita 1, 32. 24, 408. Alaghlab Ihdjlita 15, 25. 19, 8. 23, 95. Alahbbas b. Merdas 1, 301. Alahbbas b. Ahbd-Almothalleb 5, 137. Ahbd-Allah b. Alhedjdjadj Altsahlebi 2, 11 [1]). Ahbd-Allah b. Alsobair 1, 399. 9, 23. 21, 56. Ahbd-Almalic b. Merwan 6, 138. 24, 309. Ahbd-Alrahman b. Abu-Becr 24, 84. Ahbd-Alrahman b. Ahttab 24, 319. Alahdjfah (filia Ahlkamahi) 22, 26 [2]). Ahdijj b. Djenab Calbita 21, 20. Ahdijj b. Hatim 23, 327. Ahjids 27, 126. Alahjjar b. Ahbd-Allah 23, 283. Ahli 1, 81. 217, 5, 4 [3]). 6, 96. 137. 140. 10, 28. 13, 74. 23, 325. 440. 449. 24, 252. 268. 303. 25, 64. 27, 154. Ahlkamah (frater Alnohmani) 1, 263. Ahlkamah b. Ghalatsah 12, 76. Ahmar Ahd 24, 302. Alahmasch 24, 350. Ahmir b. Dsohl b. Tsahlebah 10, 25. Ahmir ben-Althofail 19, 7. Ahmir b. Althsarib Aladhwani 1, 206. 10, 51. 166. 24, 240. 387. Ahmir b. Zahzaah 13, 42. Ahmran ben-Hozain 1, 26. Ahmru 23, 82. Ahmru filius Hamrani Djahdita 22, 99. Ahmru Ahdita 1, 142. Ahmru ben-Ahdi 24, 416. Ahmru ben-Alahlba b. Alhaitsum Sadusita 23, 29. Ahmru b. Ahmru b. Ohdos 20, 2. Ahmru b. Alahz 1, 110. 6, 1. 10, 59. 24, 36. Ahmru b. Celtsum 24, 329. Ahmru b. Hacim Alnahdi 10, 14. Ahmru b. Hind 5, 140. Ahmru b. Ohmamah 1, 10. Ahmru b. Tsahlebah Calbita 3, 62. Ahmru b. Alzahik 21, 37. Alahnaf b. Kais 10, 109. 14, 80. Ahnbari 23, 88. Ahns (mulier) 13, 9. Ahntarah 23, 472. Ahscha 22, 309. Ahtsma (filia Mathrudi) 3, 77. Ajeschah (filia Abu-Becri) 2, 38. Aljas b. Modhar 12, 55. Amru-l'Kais 1, 139. 8, 20. 10, 41. 20, 18. 24, 112. 369. 28, 46. 71. 106. Asad b. Chosaimah 12, 58. Alasahr b. Abi-Homran Aldjohfi 24, 316. Asma (filia Ahbd-Allahi) 23, 269. Auhf Alcalbi 1, 269. Aus b. Haritsah 3, 86. 7, 55. 18, 141. 24, 287. 315.

---

1) Hoc proverbium fortasse alii auctori adscribendum est, ut Ahbd-Allahus id adhibuerit.

2) Proverbium hoc alteri quoque personae adscribitur.

3) De hoc proverbio dubium est.

Auhn b. Ahbd-Allah b. Ahtabah 1, 104. Baihas 4, 1. 18, 26.[1]) 23, 2. 248. 249. 28, 48. Bischr b. Abi-Hasim Asadita 3, 42. Bistham b. Kais 23,422. Cabscha (filia Ohrwahi) 2, 69. Cahb. b. Mamah 27, 76. Cahb. b. Sohair 3, 37. 24, 274. 26, 21. Calhab b. Schubub Asadita 24, 292. Chaled b. Alazbagh 23, 481. Chaled b. Alwalid 18, 1. Chaled b. Zafwan 6, 63. 24, 167. Chansa (filia Ahmrui) 24, 92. Chidasch b. Habis Tamimita 12, 57. 18, 160. Chidhr b. Schibl Chotsamita 24, 293. Alchonabis b. Almokannah 6, 35. Cilab b. Rabiah 11, 16. Colaib b. Wajel 8, 36. Costajjir 27, 30. Cotsajjir b. Almothalleb b. Abi-Medaah 10, 135. Aldhabb b. Ahmru Alciläihta 23, 306. Dhabbah b. Odd b. Thabichah 6, 29. 12, 1. Dhamdham b. Ahmru Jarbuihta 9, 1. Dhamrah b. Dhamrah 23, 189. Dhirar b. Ahmru Dhabbita 24, 272. Djabir b. Ahbd-Allah Alanzari 18, 18. Djabir b. Ahmru Masenita 20, 32. Djabir b. Ralan 24, 299. Djadsimah Alabrasch 22, 37. Djahd b. Alhozain Chodhrita 24, 304. Djassas b. Morrah 3, 124. Djauschan Cilabita 6, 2. Djendelah (filia Alharetsi) 5, 9. Djerir 1, 102. 3, 103. 24, 125. Djerir b. Ahbd-Allah Albadjli 7, 81. Djidsah b Ahmru Ghassanida 7, 1. Djorajjah b. Ahmir 6, 32. Dogha (filia Mihnadji) 27, 4. Dsu'l-Roaihn 1, 363. Ebn-Ahbbas 3, 58[2]). Ebn-Djoraih 13, 14. Ebn-Almohtass 2, 189. Ebn-Schehab (conf. Alachnas) 1, 396. Ebnat-Alchoss (femina) 6, 203. 16, 18. Fakira (uxor Morrac Asaditae) 7, 39. Fathimah filia Chorschobi 6, 11. Fathimah filia Morri 21, 57. Alferasdak 1, 264. 294. 10, 18. Find 3, 81. Ghanijjah Alahrabijjah (poetrix) 1, 145. Alhacam b. Ahbd-Jaghuts Almenkeri 10, 62. Hadsami (femina) 23, 4. Hammam b. Morrah 12, 11. Alhamara filia Dhamrahi b. Djabir 14, 10. Harim b. Kothbah Fesarita 27, 56. Alharits b. Ahbbad b. Kais b. Tsahlebah 18, 52. 23, 318. Alharits

1) De hoc proverbio dissentiunt.

2) De hoc dissentiunt.

b. Ahmru 24, 12. Alharits b. Djassas 23, 244. Alharits b. Djebellah Ghassanida 1, 57. Alharits b. Alhillisa 13, 69. 14, 68. Harits b. Solaic Alasadi 3, 11. Alharits b. Thsalim Morrita 12, 17. 24, 298. Harun Alraschid 22, 283. Alhasan filius Ahlii 12, 54. Hasim b. Ahbd-Almondsir Alhammani 12, 25. Hatim Thai 12, 18. 23, 205. Hatim b. Homairah Hamdanida 12, 56. Alhobab b. Almondsir 1, 125. Hedjdjadj b. Jusuf 20, 35. 23, 62. 333. 363. Henesch (conf. Abu-Henesch) 24, 368. Himjarijj b. Ahbadah 23, 79. Hobba filia Malici 23, 276. Hocaim b. Moajjah b. Rabiah 23, 375. Hodsail b. Hobairah Tsahlebita 1, 63. Honaif Alhanatim 10, 67. Honain b. Cheschram 17, 5. Horaits b. Hassan Schaibanita 6, 5. Hosaim b. Naufal 1, 362. 23, 251. Alhothaiah 7, 8. 23, 323. 442. Jasid b. Almohalleb 1, 309. Jasid b. Rowaim 18, 28. Jasid b. Althatsrijjah 16, 51. Ihcrimah 26, 91. Ins (rectius Anas) b. Abi'l-Hodjair 9, 24. 23, 3. Kabats b. Alaschjam Cinanita 23, 33. Kais b. Sohair 2, 110. 3, 5. 6, 11. Kais b. Tsahlebah 24, 121. Kazir b. Sahd 2, 4. 7, 9. 20, 65. 23, 424. 24, 236. Konfods b. Djahwanah 24, 261. Korad b. Adjdah 1, 361. Lakith b. Sorarah 8, 11. Lebid 1, 77. Allodjaim b. Schonaif 8, 22. Lodjaim b. Zahb 21, 61. Lokaim 13, 31. Lokman Ahdita 10, 27. 12, 4. Lokman (sapiens) 3, 80. 129. 24, 366. Maahds b. Zirm Chosäita 11, 12. Madjnun 23, 506. Mahn b. Ahtijjah 19, 12. Malic b. Ahmru Alahmeli 3, 44. Malic b. Auhf 10, 36. Malic b. Djobair Alahmeri 18, 84. Malic b. Masmah 27, 113. Malic b. Almotafic 23, 422. Malic b. Said Manat 12, 20. Almamun 8, 37. Mortsad b. Sahd Ahdita 12, 77. Merwan b. Alhacim 24, 44. Mikdam b. Ahtif Ihdjlita 20, 37. Miscin Aldaremi 1, 64. 24, 48. Moahwijjah 1, 15. 280. 10, 29. 64. 12, 32. 20, 10. 66. 23, 288. Mochalis b. Mosahim Calbita 6, 93. Mohalhel b. Rabiah 12, 19. Mohammed 1, 1. 2. 3. 126. 5, 33. 6, 113. 147. 7, 92. 8, 51. 9, 21. 17, 6. 18, 91. 104. 168. 179. 20, 9. 66. 21, 68. 23,

46. 146. 362. 368. 24, 87. 94. 253. 366. 25, 14. 58. 28, 18. Mohammed b. Sobaidah 1, 279. Moharrem 1, 371. Almondsir b. Mäissema 3, 47. 23, 403. Morair 6, 75. Morrah b. Dsohl 23, 6. Morrah b. Mahkan 2, 150. Mosafir b. Abi-Ahmru 21, 21. Almosthaugir b. Rabiah 23, 148. Almotalammes 9, 52. 22, 44. Motharref b. Alschajjir 23, 242. 24, 250. Alnabeghah Dsobjanita 1, 65. 10, 64. 22, 136. 23, 333. 24, 12. 25, 1. Nahschal b. Darem 23, 313. Alnohman b. Almondsir 21, 49 23, 116. 283. Ohaihah b. Aldjolah 1, 43. 3, 75. Ohbaid-Allah b. Sijad 2, 80. Ohbaid b. Alabraz 1, 57. 2, 128. 6, 2. 9, 9. 13, 41. 27, 121. Ohbaid b. Dharijjah Namirita 20, 49. Ohkail (rectius Ahkil) b. Ohlfah 6, 20. 24, 333. Ohmar 13, 109. 23, 243. 26, 49. 28, 70. 123. Ohmar b. Ahbd Alahsis 1, 24. 3, 85. 6, 138. 10, 173. 20, 54. Sabba (femina) 13, 47. 18, 54. 23, 143. Sahd Alkarkarah 2, 26. Sahd b. Malic Cenanita 10, 176. 12, 48. Sahd b. Said 12, 20. 23, 30. 86. Sahl b. Malic Fesarita 1, 187. Said b. Djobair 23, 103. Said b. Zuhan Ahbdita 24, 345. Saihd b. Ahbd-Alrahman b. Hassan 13, 39. Saihd b. Alahz 23, 418. Alsajjid Himjarita 22, 282. Sarijjah b. Ohwaimir 23, 119. Sarkaah Aljemamah (femina) 18, 37. Sathih 2, 33. Schaiham b. Dsi-l'Nabain 5, 78. Scharich (v. Schoraich) b. Alharits 24, 164. Schotair b. Chaled 14, 83. 27, 140. Sibrikan b. Badr 6, 47. Sijad (b. Abi-Sofjan) 25, 25. Sobair b. Ahbd-Allah 10, 87. Sohair b. Chabbab Calbita 23, 402. Sohair b. Djadsimah Ahbsita 22, 16. Alsolaic b. Alsolacah 1, 117. 15, 13. 18, 79. Sorarah b. Ohdos 28, 1. Taabbata Scharran 14, 27. Tharafah b. Alahbd 2, 28. 7, 27. 21, 17. Wacih b. Salamah Ijadita 22, 15. 58. Wahab b. Munabbih 1, 196. Walid b. Ahkabah 22, 92. Alwaratsah (filia Tsahlebahi) 2, 138. Zachr b. Ahmru 21, 23. Alzadufa (filia Djalisi Ohdsritae) 23, 318. Alzahb b. Ahmru Alhindi 23, 189. Zahzaah b. Zuhan 24, 402.

Sect. 2.

De locis, gentibus, hominibus, bestiis rebusque etc., a quibus tanquam a materia proverbia desumta sunt aut quibuscum cohaerent.

Cap. I.

De locis, gentibus, hominibus, bestiis rebusque, quae ob indolem iis adjudicatam in proverbii consuetudinem venerunt.

Loca, gentes, personae, bestiae et res, quibus indoles quaedam prae caeteris magna adjudicata erat, ea comparatione instituta propter illam ipsis propriam indolem in proverbii consuetudinem venerunt. Quae proverbiorum ratio quamvis caeteris gentibus non prorsus incognita est, Arabes tamen tum multitudine et varietate comparandi tum frequentissimo proverbiorum talium usu caeteras omnes superant. Singula adposita indole propter quam in proverbium venerint, ut quae ejusdem generis sint, conjungamus, ordine alphabetico jam recensebimus.

§. 1. Loca. Alablak (arx potens) 3, 32. Adjla (pratum bonum) 10, 67. Ahmajak (mons gravis) 4, 26. Chaibara (locus febribus periculosus) 2, 36. 108. Aldahna (desertum amplum) 18, 261. Damch Aldimach (mons gravis) 4, 28. Djildsan (locus planus, aequabilis) 12, 130. 14, 61. 21, 33. Djorad (locus arenosus, nudus) 5, 181. Alghin (locus febribus periculosus) 1, 423. Marid (arx pervicax) 3, 32. Nadhad (mons gravis) 4, 25. Ohod (mons gravis) 4, 27. Schamam (mons cujus cacumina semper in societate sunt) 16, 61. Susa (oppidum remotum) 23, 548. Tahort (oppidum altum) 23, 548 [1]). Tebalah (oppidulum

1) In hoc et praecedente comparatio non est.

Hedjdjadjo contemtum) 24, 3. Tsahlan (mons gravis) 4, 24.

§. 2. Gentes. Ahbd-Kaisita (pedens) 20, 101. Ahnasah (gentis captivi generosi) 22, 215. Ahnsita (non rediens, errans) 15, 52. Vir e gente Baradjim (avidus) 13, 141. Barmacidae (tempus pulchrum) 6, 206. Dausar (cohors fortis) 2, 163. Dilemita (captivus mentiens) 22, 240. Kaisita (vilis in oppido Emessa) 9, 46. Mahw (senex jacturam faciens) 7, 98. (poenitens) 25, 132. Omajjah (gens vilis in oppido Cufah) 9, 63. Sindus (captivus mentiens) 22, 211. Tsakefita (amissus) 3, 149. (superbus) 3, 150.

Major quidem horum proverbiorum numerus a personis originem duxerunt, at vero quum illae personae gentis nomine addito insignitae essent, hic omittendae non erant.

§. 3. Personae. Abu-Ahmru Ahmir (memoria tenens) 6, 212. Abu-Djahl b. Hescham (imbecillis in Venere) 7, 97. Abu-Ghobschan (stultus) 6, 152. (gemens) 23, 512. (poenitens) 25, 132. Abu-Hanbal (fidelis) 26, 97. Abu-Lahab (detrimento adflictus) 3, 159. Abu-Omajjah (hospitio excipiens) 21, 138. Ahbbud (dormiens) 25, 125. Ahbd-Allah b. Djadahn (hospitio excipiens) 21, 138. Ahbd-Allah b. Habib (hospitio excipiens) 21, 138. Ahbd-Manafi b. Kozajj filii (lucrantes) 21, 132. (accedentes ad reges) 26, 101. Ahjeschah (robustus) 13, 164. (firmiter tenens) 15, 45. Ahkrab (mercaturae faciendae deditus) 3, 145. (multum donans) 18, 264. Ahmallas (pius) 2, 144. Ahmar Ahd (infaustus) 13, 117. Ahmir (bonus eques) 20, 92. Ahmru b. Celtsum (audax) 20, 97. Alahnaf (mansuetus) 6, 164. (potens) 12, 145. Ahticah (femina nobilis) 25, 107. Amru-l'Kais (excellens carmine amatorio) 19, 49. Aschahb (avidus) 16, 71. Aslam (vilis) 23, 486. Auhf b. Mohallem (fidelis) 26, 94. Baihas (stupidus) 6, 174. Bakil (cum difficultate loquens) 18, 212. Basus (femina infausta) 13, 114. Bistham b. Kais (magno pretio redemtus) 19, 53. (bonus eques) 20, 93. Bordjan (furax) 12, 126.

23, 524. Cahb b. Mamah (liberalis) 5, 156. (hospitio excipiens) 21, 137. Catsir (praestans encomio amicae) 25, 98. Cenanah b. Ahbd-Ialil Tsakefita (hospitio excipiens) 21, 136. Chabiah (mulier nobilis) 25, 106. Chautaah (infaustus) 13, 116. Chawwat (libidinosus) 19, 62. Alchidr (multum iter faciens) 12, 148. Chomaah (femina fidelis) 26, 99. Chorafah (narratio inutilis) 24, 431. Choraim (commode vivens) 25, 126. Colaib Wajel (potens) 18, 211. Cosäihta (magnam poenitentiam agens) 25, 102. Daghfal (genealogiae ignarus) 25, 96. Dallal (imbecillis in Venere) 7, 96. Dhobarah (vilis) 23, 498. 25, 94. Aldjahhaf (audax) 20, 95. Djadrah (vilis) 23, 498. 25, 94. Aldjeradatan (duae puellae bene canentes) 23, 517. Djerir (magno ore praeditus) 20, 104. Djoha (mulier stupida) 6, 175. Aldjolanda (injustus) 17, 25. Djumalah (libidinosus) 13, 136. Doaihmiz (viarum gnarus) 8, 65. 27, 165. Dogha (mulier stupida 6, 163. Dokkah (insanus) 5, 176. Ebn-Ahtsm (robustus) 13, 164. Ebn-Alghasa (vehemens in initu) 25, 100. Ebn-Hidsjam (bonus medicus) 16, 78. Ebn-Kardhih (vilis) 23, 497. Ebn-Lisan Alhommarah (longaevus) 18, 258. (genealogiae gnarus) 25, 97. Ebn-Modsallak (pauper) 20, 76. Ebn-Tikn (bonus jaculator) 10, 196. (ingeniosus) 18, 250. Falhas (pius) 2, 143. (potens) 12, 106. (avidus) 16, 73. (injustus) 17, 26. Fathima (femina nobilis) 25, 104. Find (tardus) 2, 159. Focaihah (mulier fidelis) 26, 100. Hababah (puella pulchre canens) 23, 516. Habannakah (stupidus) 6, 154. Hadjib b. Sorarah (magno pretio redemtus) 19, 53. Hajjan (molliter vivens) 25, 127. Halima (filia Alharetsi potens) 18, 222. Harem b. Kothbah (bene judicans) 6, 172. Harem (b. Sinan) hospitio excipiens) 21, 137. (liberalis) 6, 183. Alharits b. Ahbbad (fidelis) 26, 98. Harits b. Hillisah (se jactans) 20, 105. Harits b. Thsalim (audax impetu) 20, 96. (fidelis) 26, 95. Haschim (lucrans) 21, 132. Hatim (liberalis) 5, 155. (hospitio excipiens) 21, 137. Hautsarah (vehemens in initu) 25, 101. Hirra (mulier scortans)

11, 35. Hit (imbecillis in Venere) 7, 95. Hobba (libidinosa) 13, 135. Hodadjah (celer) 12, 108. Hodjainah (stupidus) 6, 156. (mentiens) 22, 220. Hodsannah (stupidus) 6, 155. Honaif Alhanatim (camelorum gnarus) 1, 408. (viarum gnarus) 8, 64. Honajj (fortis) 13, 161. Honain (frustratus) 7, 121. Hormos (impius) 22, 226. Alidhdhan (duo viri diserti) 20, 98. Iesar (multum iniens)) 25, 109. Ihdjl (stupidus) 6, 153. Ihjas (intelligens) 11, 34. Ihtr (defensus) 24, 427. Joseph b. Ohmar (superbus) 3, 150. Kadhib (patiens) 14, 84. (gemens) 23, 485. (poenitens) 25, 132. Kais b. Ahzim (perfidus) 19, 51. (mentiens) 22, 229. Kais b. Sohair (intelligens) 8, 66. Kartsah (petens) 12, 107. Kazir (vindictae cupidus) 4, 39. Ketadah b. Maslemah (hospitio excipiens) 21, 135. Kird (scortans) 11, 36. Koaihs (contemtus) 27, 155. Koss (facundus) 2, 139. (disertus) 7, 138. 25, 145. Lafithsah (liberalis) 12, 124. Lokman (vorax) 1, 44. (robustus) 13, 145. (aleis deditus) 28, 127. Lokman (sapiens) 6, 171. Mader (avarus) 2, 140. Mahdi Schiihtarum (cunctans) 2, 168. Malic b. Said Manat (camelorum gnarus) 1, 409. Manschima (femina infausta) 13, 124. Maria (inaures pretiosas habens) 25, 149. (nobilis) 25, 103. Merwan Alkarats (potens) 18, 221. Moahds (diu vivens) 18, 249. Moahwijjah (vorax) 1, 422. Almohallab (mentiens) 22, 221. Almorakkisch (amore perditus) 3, 148. Mosafir (hospitio excipiens) 21, 133. Mosis mater (curis vacua) 20, 102. Naschirah (ingratus) 22, 235. Nazr (diu vivens) 18, 248. Nazr b. Hedjdjadj (optans, perdite amans) 14, 104. Ohkail (zelotypus) 19, 55. Ohmra (celeriter nubens) 12, 109. Alohrjan (pauper) 20, 77. Ohrkub (promissa non perficiens) 7, 103. Ohtaibah (bonus eques) 20, 90. Omm-Albanin (femina nobilis) 25, 105. Omm-Djamil (femina frustrata) 7, 118. (fidelis) 26, 96. Omm-Kirfah (femina potens) 18, 223. (inaccessa) 24, 414. Omm-Raifa (stupida) 7, 117. Rabiah (stupidus) 6, 176. Robb (dedi-

tus amori cum mare) 25, 509. Sabba (mulier potens) 18, 213. Sabban (narrans mendacia) 7, 120. Sadjahi (femina scortans) 11, 38. Sahban (disertus) 7, 94. 25, 145. Saihd b. Ahmru (superbus) 2, 152. Saihd b. Alahz b. Omajjha (pulcher) 5, 182. Salamah (puella pulchre canens) 23, 516. Sallagh (cujus sanguis vindicatus non erat) 15, 49. Sarih (femina grandaeva) 22, 223. Sarkaah Aljemamah (femina sapiens) 6, 171. (acuto visu praeditus) 2, 145. Scharanbats (stupidus) 6, 173. Schaula (serva infausta) 13, 153. (fidelis) 25, 131. Schithsaths (furax) 12, 105. 23, 525. Sinan b. Abi-Haritsah (errans) 15, 51. Alsolaic b. Alsolacah (celeriter currens) 24, 419. Tadjah (furax) 12, 127. Thofail (bibentibus superveniens) 26, 106. Thowais (inbecillis in Venere) 7, 124. (infaustus) 13, 158. Thsilmah (mulier lenocinium exercens) 21, 121. Tsawab (obediens) 16, 76.

☞ Ex hisce modo adductis proverbiis, indolem tam corporis quam animi, agendi rationem variasque conditiones atque rationes ad proverbia invenienda ansam fuisse, cognoscere licet. Unum proverbium C. 25, 149. a possessione rei rarae atque pretiosae originem habet. In indolibus atque agendi rationibus non tam in personis, quibus illae propriae erant, quam in vi, quam in alios haberent aut modo, quo se ostenderent, causa quaerenda est, cur in proverbia cesserint. In scholiis ad Haririi opus (p. 449 ed. de Sacy) Abu-Ohbaidahum grammaticum miratum esse leginus, quod Maderi, viri obscuri, unum factum (conf. C. 2, 140) proverbii causa fuerit, siquidem Ebn-Alsobairi avaritia, quae tanta fuerit, ut tam in verbis quam in factis saepissime se manifestaverit, nullum proverbium produxerit. Aliae res singulorum tantum proverbiorum, aliae plurium causae erant, ut quo gravior aut praeclarior aut turpior indoles esset, eo aptior Arabibus ad proverbia invenienda videretur. Sic hospitalitas novem, beneficentia quatuor, fides octo, stupiditas decem, potentia sex, conditio infausti sex, vilitas

quatuor proverbia produxit. Aliae indoles nonnisi viris aut feminis tributae sunt, aliae viris feminisque communes. Nonnisi de pulchre canentibus feminis tria proverbia adhibuerunt. Ut virorum sapientia, fidelitas, libido, scortatio, infausti conditio, potentia, longaevitas et grandaevitas proverbiorum causa evenit, sic quoque feminarum. A feminis, quarum major pars ante Mohammedem vixerunt, viginti proverbia derivata sunt. Feminae post Mohammedis tempus viventes, quae proverbiis originem dederunt aut cantatrices aut servae erant, ut statu et vitae ratione coactae e domorum secessu in publicum, id quod Mohammedis lege feminis interdictum esset, prodirent. Ut eadem conditio in variis personis observata ad pluria proverbia invenienda ansa erat, sic ab eadem agendi ratione pluria proverbia, quae aut eundem aut paulo diversum sensum praebent, derivata sunt, qua in re quantus sit Arabum et inveniendi et utendi proverbii amor, observare licet. Quid, quod ab una eademque persona, cui varias aut cognatas indoles adscripserint, plura proverbia desumserint?

Sic a Falhaso, Haritso b. Thsalim, Hatimo, Hodjainaho, Kadhibo, Kaiso b. Ahzim, Kosso, Lokmano, Maria, Omm-Djamila, Omm-Kirfa, Schaula [1]), Thowaiso.

§. 4. Bestiae. a) quadrupedes. 1) Camelus bene ducens 21, 171. audax, quum libidine incensus est 5, 154. zelotypus 19, 55. levis prudentia 7, 111. mordax aut irruens 14, 102. camelus sitibundus multum bibit 13, 150. aquam e puteo hauriens despectus est 9, 48. annosus patiens in molestiis ferendis est 14, 87; camela annosa in pullum propensa est 6, 201. camela pice oblita ingrata est 2, 154. fusca colore infausta putatur 13, 129. noctu non cernens multum offendit 7, 135. Cameli pullus stupidus est 6, 180. pullus mas 9, 54. et nondum ablactatus 9, 66. et potu satiatus 24, 503. viles habentur. Cameli pullus sto-

1) Hoc nomen duae diversae personae gessisse videntur.

machum corruptum habet 3, 160. et juvencus inequitantem multum fatigat 3, 161. Caro pulli recens nati insipida putatur 24, 424.; cameli gibbus altus et pinguis esse dicitur 3, 151. Cameli urina contraria est 7, 105. et saccus, in quo veretrum est, diversus 7, 106. Cameli ungula ad incessum apta 10, 185. 191. et crepitus ventris contemtus est 27, 168. 2) Taurus stupidus 2, 170. et superbus est 11, 41. 3) Capra saepe pedit 15, 61.; frigus sentit, si scabie adfecta est 14, 96. Caprae crepitus ventris contemptu dignus 27, 158. et levis (despectus) est 27, 152. 4) Hircus quarundam personarum libidinosus fuisse dicitur 3, 152. 153. 19, 54. 21, 130. 131. 5) Hoedus in fovea capiendi leonis causa adligatus vilis appellatur 9, 55. 6) Canis tanquam obediens 16, 77., gratis agens 13, 140., custodiens 6, 211., mansuetus 1, 419. laudatur; tanquam esuriens 2, 172.; avidus 6, 200. 208., multum insistens petendo 23, 495. turpis 20, 87., multum mingens 2, 166. vituperatur. Nasum suum celeriter lingit 12, 142., nubem adlatrat, quod contemtui est 27, 163. 7) Felis est pia 2, 153., celeriter rapit 4, 38., venatur 14, 111., scortans est 11, 42., repens 8, 61. et mas ejus libidinosus est 9, 63. 8) Ovis stupida 6, 181., vilis 9, 56., ad aquae receptaculum festinans 18, 238. est. Ovis lana spurca foetida 25, 108., mulsio celeris 12, 141. dicitur. 9) Agnus vilis 9, 60. est. 10) Equus acuto visu praeditus 2, 147., celer 5, 184. 12, 113. 13, 148., obediens 16, 77., contumax 14, 109. est. Equus albo nigroque variegatus notus 13, 118., niger, in cujus pedibus album est, pulcher dicitur 6, 219. Equum contumacem repellere difficile est 14, 109. et equus variegatus praegnans rarus esse dicitur 18, 215. Equo aquam porrigere breve 21, 123. appellatur. Equuleus ductilis est 21, 126. 11) Asinus patiens est 14, 112., saepe pedit 15, 61., pedibus vinctus vilis est 9, 52. Asina stupida dicitur 6, 204. Asino aquam porrigere breve dicitur 21, 123. Asini cauda veterinario contemta est 27, 168.

12) Mula sterilis est 18, 216. 13) Sus tanquam levis seu inconsiderans describitur 16, 67. 14) Mus est furax 12, 128; foetus muris campestris errans est 15, 53. 15) Glis corrumpere solet 20, 100., furax 23, 525 et quaestui deditus est 22, 224. 16) Elephas robustus 13, 146. et vorax 1, 413. est. 17) Onager sanus est 14, 114. 18) Dorcas est sana 14, 114., socors luna lucente 19, 44. et secura in territorio Meccae 1, 418. 19) Caper montanus superbus est 11, 40. 20) Vulpes est astuta 10, 199., superba 7, 130. 11, 41., sitibunda 18, 234., vulpes fem. est meticulosa 5, 164. 166. Caudae vulpis astutia tribuitur 10, 199. 21) Simius est pavidus 5, 165., imitans 6, 220., lusui deditus 18, 240., scortans 11, 37., salax 12, 144. 19, 63. Simiae pullus astutus dicitur 22, 231. 22) Animal Jahru appellatum pingue esse dicitur 12, 141. 23) Animal Wabr vile 8, 68. appellatur. 24) Animal Toffah stramine carere posse dicitur 19, 45. 25) Animal Thsariban multum pedere dicitur 20, 83. 26) Animal Kothrob obire 5, 169. et vigilare 12, 137. dicitur. 27) Herinaceus noctu incedit 12, 135. auditu valet 12, 143. 28) Hystrix auditu valet 12, 143. 29) Chamaeleon cautus appellatur 6, 167.; ejus oculus frigidus est 14, 98. 30) Ichneumon multum pedit 20, 85. 31) Leo est audax 5, 167. 168. 185. 186., fortis 13, 161., vehemens 13, 162., generosus 22, 243; venans 14, 111., avidus 13, 133. Ejus nasus defensus est 6, 213, nec non columella faucibus ejus impendens 18, 258. 32) Pardi podex defensus est 6, 170. 18, 257. 24, 415. 33) Lupus est esuriens 5, 173., cautus 6, 188., astutus 6, 199, levis capite 7, 108. malignus 7, 125., perfidus 7, 126. 12, 114. 19, 61., injustus 18, 226., odoratu valens 13, 130., sanus 14, 114., vilis 23, 519. Lupa est audax 12, 129. et crudelis in propinquum 18, 233. Pullus lupae ex hyaena auditu valet 12, 123. 34) Lupus cervarius gravis capite est 4, 40. et quaestum faciens 22, 230. 35) Hyaena est stupida 6, 179 et corrumpens 18, 241. 20, 81. Pullus

hyaenae attonitus est 19, 50. Hyaenae duae res odiosae sunt 22, 237.

b) Aves. 1) Avis levis capite est 7, 109., parva avis pavida 5, 158. 2) Gallus est superbus 11, 41., fortis 13, 161., salax 12, 144., zelotypus 19, 55. Ejus oculus purus esse dicitur 14, 108. 3) Gallina est cacans 12, 131. et propensa in pullos 18, 256. 4) Columba est stupida 7, 116., scortans 11, 42., tristis 13, 160. Columba Meccae est mansueta 1, 419 et secura 1, 417. 5) Pavo est pulcher 6, 206 et superbus 11, 41. 6) Passer est levis intellectu 7, 110, salax 12, 144., parvus 14, 115. 7) Struthio est stupidus 6, 182.. 24, 418., pavidus 5, 161., cautus 6, 189., fugax 13, 137., potu satiatus 10, 178., odoratu valens 13, 160. 168., sanus 14, 114., celeriter currens 18, 224. Struthionis ovum integrum est 14, 103., periens 15, 60., vile 9, 61.; ovum struthionis relictum corrumpitur 28, 82. 8) Corvus acuto visu est praeditus 6, 187., superbus 7, 128. 11, 39., niger 19, 56., improbus 20, 103.; corvus regionis Ohkdah est mansuetus 1, 420., corvus separationis est infaustus 13, 128., corvus, unum pedem album qui habet, rarus esse dicitur 18, 218. Corvi oculus purus est 14, 108. 9) Perdicis pullus pavidus est 5, 160. 162. 10) Tardae pullus pavidus dicitur 5, 163. 11) Avis Hobara celeriter volat 16, 64. 12) Aquila celeriter volat 16, 63., potens est 18, 271. et inaccessa 24. 416. Aquillae pullus cautus est 6, 166. et auditu valet 12, 143. 13) Avis Rachama est stupida 6, 123. 24, 417. 14) Pica est stupida 6, 184., furax 23, 526., et infausta 13, 123. 15) Avis Abu-l'Barakat mutabilis dicitur 6, 198. 16) Avis Kirilla est cauta 6, 203., abripiens 7, 136., avida 16, 74., in aquam se immergens 19, 57. 17) Avis Anuk apppellatae ovum rarum esse dicitur 18, 217. et remotum 2, 146. 18) Avis Katha est verax 14, 90., vocem suam celeriter edit 12, 142.; pollex ejus brevis est 21, 140. 19) Otis cacans 12, 131. et tristis 22, 232. est. 20) Upupa odorans est 12, 146. 21) Avis

Sommah infausta est 13, 156. 22) Avis Tanawwuth artifex est 14, 88. 23) Luscinia sibilat 14, 110, 24) Vultur diu vivit 18, 247. 25) Avis Wazah parva est 14, 115. 26) Palumbes mentitur 22, 218. 27) Avis Zifrid pavida est 5, 159.

c) Pisces. Piscis magnus bene natat 12, 132., vorax est 1, 410., sitiens 17, 30. simulque potu satiatus 10, 182.

d) Amphibia. 1) Crocodilus est injustus 17, 24. 2) Testudo stupida est 2, 170. 3) Rana sitiens est 18, 235. et nates macras habet 10, 187. 4) Lacerta diu vivit 6, 159. 18, 246, diu vitae indicia ostendit 16, 55, attonita est 6, 196. 197. et decipiens 7, 127., se occultans 7, 131., potu satiata 10, 179. celeriter linguam movens 12, 119., auditu acri praedita 12, 143., fugiens 13, 138., patiens 14, 112., errans 15, 53., crudelis erga pullos suos 18, 232, injusta 17, 22. Intervallum inter lacertae ungulas breve est 21, 141. et pollex lacertae brevis 21, 140. Locus in lacertae latibulo, ubi id diffindit, angustus est 15, 56. 5) Serpens potu satiatus 10, 180., acri auditu praeditus 12, 143., diu vitae indicia ostendens 16, 57., nudus 18, 262., injustus est 17, 20. Cutis serpentis Schodjah tenuis est 10, 193. 6) Vipera vitae extremum motum diu retinet 16, 56. et injusta 17, 21. esse dicitur. 7) Animal Dalam appellatum robustum esse dicitur 13, 165.

e) Insecta et vermes. 1) Locusta vorax est 5, 192., corrumpens 20, 78., noctu proficiscens 12, 134., frigus sentiens 14, 95., volans 16, 80., copiosa 22, 140. Locustae saliva pura est 14, 94. Locustarum agmen errans dicitur 19, 47. 2) Gryllus vigilans est 12, 140. 3) Formica est potu satiata 10, 181., sitiens 18, 236, odoratu valens 13, 130., colligens 5, 179., quaestui dedita 22, 224., avida 6, 208., firmiter tenens 15, 62., robusta 21, 122., copiosa 22, 241. Formicae membrum virile breve est 21, 140. 4) Scorpio est stupidus 5, 188., infestus seu injustus

18, 227. 5) Millepeda vilis est 19, 46. 6) Scarabaeus viperarum celeriter iram ostendit 12, 121. et latet 22, 238. 239. 7) Scarabaeus pilularius adhaerens 23, 490., et insistens est 23, 495. 8) Pediculus cameli firmiter adhaerens 4, 35. 18, 263. 23, 487., famelicus 5, 174., contemtus 9, 50., auditu acri praeditus 12, 116., parvus 14, 114., diu vivens 18, 245. 9) Insectum Karanba firmiter adhaeret 23, 490. 10) Tinea vorax est 1, 411., et corrumpens 20, 80. 11) Animalculum Sorfah bonus artifex est 14, 87. et fila bene ducit 19, 48. 12) Bombyx magnus artifex dicitur 14, 113. 13) Pulex salit 16, 81. et ejus ovum parvum est 14, 115. 13) Teredo gentis Banu - l'Hobla corrumpens fuisse dicitur 20, 79. 100. 15) Apis artifex magna est 14, 89. 16) Vespae domus angusta esse dicitur 15, 57. 17) Musca est audax 5, 149., errans 7, 132., inconstans 16, 66., superba 11, 41., insistens 23, 495., imbecillis 24, 435. 18) Pyrallis (papilio) est ignorans 5, 178., levis 7, 107. 16, 65., errans 7, 133., debilis 15. 58. 19) Culex est debilis 15, 58., et culicis medulla rara 18, 271. 20) Vermis filia pluviae cognomen habens rubicundus esse dicitur 13, 122. 21) Pediculus contemtus est 27, 168. 22) Araneae domus infirma habetur 26, 124.

Aliis gentibus ejusmodi a bestiis derivata proverbia esse non nego; sed Arabes proverbiorum talium copia excellere contendo. Ab aliis bestiis nonnisi unum proverbium, ab aliis plura orta esse videmus. In omnibus autem hisce proverbiis Arabes quam sint diligentes atque accurati naturae scrutatores cognoscere licet. Quo autem frequentiore quodvis animal cum hominibus consuetudine conjunctum erat, eo plura ab eo proverbia orta in usu habebant. Quid quod Arabes a caeterarum gentium more tantum recesserint, ut pluribus bestiis nonnisi hominibus convenientes indoles saepissime adjudicarent. Sic tauro, vulpi, capro montano superbia, feli pietas, leoni generositas, gallo superbia, corvo superbia et improbitas, avi Katha veracitas, lacertae

injustitia, serpenti, viperae et scorpioni injustitia, tum scorpioni stupiditas et muscae denique superbia tribuitur.

§. 5. Arbores et plantae. Palmae duae Hulwani diu in societate erant 16, 62., palma dactylis abundans honorata est 22, 236. Arbor Karmalah vilis est 9, 58. Arbor Barwakah bene agit gratias 13, 139. et debilis appellatur 15, 59. 21, 121. Arbor Katadah dispersa appellatur 13, 143. Arbor Ala amara est 24, 423. Oleander amara dicitur 24, 436. Aloe amara est 24, 422. Myrrha amara est 24, 436. Portulaca stupida dicitur 6, 185. Tuber terrae album vile est 9, 53. Medica difficilis fractu est 14, 109. Planta Caschuts adhaeret 23, 488. Planta Chotban amara est 24, 422. Cepa vestita et tuta dicitur 22, 225. Colocynthis amara 24, 436. et odiosa 22, 244. est. Rutae odor serpentibus odiosus est 2, 165. Arundo est levis 7, 113. Arundinis cortex est acuta 6, 217. Rosa est fragrans 9, 62. Arboris truncus est asper 7, 137. Arboris Salam folia contemta sunt 27, 168.

Arboribus quoque ac plantis indoles quaedam in proverbiis concessae sunt, quae nonnisi hominibus conveniunt. Sic arbor Barwakah gratiarum actione pulchra, portulaca stupiditate describitur.

Quae hucusque recensuimus, nominibus propriis distincta erant, jam ad ea venimus, quae ampliorem significationem habentia ob quasdam iis tributas indoles, conditiones atque agendi rationes ad proverbia invenienda ansam dederunt. In terra coeloque et rebus cum iis cohaerentibus incipientes ad homines eorumque conditiones et agendi rationes transimus et in rebus finimus.

§. 6. Terra coelumque et res cum iis quodammodo cohaerentes.

Mundus est pulcher 6, 206. Terra est portans 1, 416. 6, 221.; abscondens 1, 416. 22, 242., conculcata 26, 123., inventa 26, 119., vilis pretio 10, 195., divulgans 25, 111., fidelis 1, 415., custodiens 1, 416., fiduciâ digna 26, 122.,

Farinae postrema pars molenda 22, 157. Sal 24, 48. 564. Granum salis 24, 555. Potus 12, 21. Potus primus 1, 235. Potus matutinus 6, 99. 14, 70. 136. 18, 69. 23 44. 27, 22. (vespertinus) Lac. 6, 150. 8, 16. 17. 26. 19, 28. 20, 2. 21, 48. 23, 376. 378. 24, 42. 124. 186. 28, 42. 43. Lactis radius 13, 37. Lactis gruma 12, 44. Lactis copia 22, 28. 24, 212. 23, 106. 211. Lac acidum 1, 7. Lac acre 18, 70. Lac in utrem inditum 1, 160. 161. Lac purum 2, 80. 14, 62. 63. Lac emissum 6, 59. Lac effluens 13, 13. Lac multâ aqua mixtum 6, 52. Lac aqua mixtum 24, 78. 346. 28, 101. Lac coagulatum 7, 32. Lac pessimum 13, 69. Lac in uberibus collectum 16, 45. Lac non prorsus crassum 24, 350. Colostrum 23, 375. Cremor lactis 10, 149. 24, 301. Lactis flores 24, 251. Vinum 7, 46. 72. 10, 70. 21, 115. 24, 557. 27, 21. 28, 46. 84. Acetum 7, 166. 22, 276. 23, 589. 24, 123. 28, 153. Oleum 8, 5. 11, 23. 24, 592. Oleum Abu-Jjjubi 23, 564. Succus expressus 9, 78. Succus spissus 24, 395. Jusculum 23, 102. 233. Jusculum principis 24, 597. Ptisana 5, 6. Ovum 2, 48. 20, 60. 70. 23, 430. Ovum sterilitatis 2, 39. Ovum struthionis 2, 46. Ovum avis Katha 2, 134. Ovum testudinis 5, 44. Ovum avis Anuk 8, 2. Ovum galli 22, 5. Ova avis Summach 22, 70. Ovi rupti cortex 20, 52.

c) Habitacula et ejus partes. Oppidum 1, 442. Vicus 23, 553. Arx Marid, arx Alablak 3, 32. Templum Dei 22, 268. 269. Aedificium Abrahami 23, 547. Habitaculum 23, 127. 27, 32. Mansio firma 14, 34. Palatium (urbs) 28, 142. Domus 1, 400. 2, 15. 131. 181. 182. 3, 109. 6, 114. 8, 50, 10, 167. 20, 19. 23, 550. 24, 19—21. 142. 143. Domus firma 26, 32. Domus arundinea 12, 178. Domus distantia 2, 65. Domus coriorum 2, 41. Murus 23, 545. Paries 1, 428. Paries arundineus 3, 194. Columnae 27, 173. Columna fundamentis carens 1, 352. Sepulcrum 1, 444. 21, 155. 23, 86.

d) Utensilia, vasa, instrumenta. Supellex 23, 12. Supellex prava 2, 117. Supellectile exercitus 21, 164. Utensilia 15, 2. Vas 14. 134. 22, 179. 24, 229. Vasis dorsum 27, 147. Vas grande 1, 288. Vas amplum 5, 40. Vas figlinum 5, 210. Vas optimum 7, 33. Vas inclinatum 24, 122. Vasa commeatui destinata 5, 138. Instrumentum, quo abstergitur 23, 161. Igniarium 11, 4, 5. 15, 18. 23, 137. 230. 26, 37. Igniaria 1, 132. Igniarium ligni firmi 11, 13. 14, 21. Igniarium ignem non emittens 11, 26. 27, 111. Igniarium fractum 5, 132. Igniarium ardens 4, 19. 27, 110. Ignitabulum pravum 18, 207. Olla 1, 192. 199. 346. 3, 175. 6, 226. 18, 206. 22, 98. 27, 58. 28, 99. 128. Ollae spuma 13, 21. Ollae sustentaculum 10, 5. 27, 78. Ollae inferior pars 23, 388. Ahenum 6, 132. Ahenum gentis Sahdus 22, 106. Sartago 6, 70. Situla 6, 133. 8, 28. 21, 46. 22, 93. 23, 81. 97. 28, 77. Situla magna 10, 163. Situla aquâ impleta 27, 118. Urceus 18, 103. Uter 1, 466. 16, 1. 18, 162. 23, 181. 296. 27, 182. 28, 96. Utris sudor 5, 56. Uter aquam non emittens 5, 55. Uter ruptus 7, 31. Uter lactis crassi 21, 69. Uter tritus 24, 362. Uter amplus 23, 374. Utres vacui 14, 27. Utres veteres 24, 7. Culter 1, 430. 2, 37. 22, 132. 23, 72. Culter in aqua 1, 299. Culter magnus 14, 48. Falx 24, 348. Securis 22, 66. Malleus ingens 15, 22. Forcipes 18, 154. Forfex 22, 201. Incus 1, 465. 22, 274. Specillum 22, 160. Cucurbitularum instrumentum 22, 309. Acus 22, 295. Cos 22, 128. Pistillum 8, 12. Cochleare majus 3, 87. Scopae 5, 124. 24, 244. Sella 11, 22. 20, 37. 21, 110. 23, 91. 406. Sella dominae 22, 38. Sella camelina 10, 159. Sellae 24, 286. Clitella 23, 204. Habena 3, 62. 5, 39. 136. 10, 96. 175. 11, 19. 23, 184. Fraenum 5, 21. Fraeni lorum 21, 159. Hippopera 1, 426. 18, 102. Stratum equi 4, 22. Dorsuale 6, 79. Cingulum 5, 50. 23, 252. 24, 37. Calcar 5, 145. Funis 1, 326. 5, 4. 6, 21. 23, 261. 445. 641. 28, 100.

Funes 6, 227. Funis, quo pilentum adstringitur 18, 128. Funes duo 1, 297. Funiculus 1, 162. Lorum 22, 8. Lorum Wadsam 24, 150. Lora 21, 98. Lora duo 12, 72. 28, 40. Vinculum 5, 22. 6, 80. 18, 153. 21, 37, 76. 23, 555. 24, 103. Vinculum pediculosum cervicis 19, 4. Vinculum pedis et brachii 22, 9. Storeum templi 21, 163. Stratum domus 14, 57. Strata duo 22, 89. Corium ad insidendum 27, 117. Stragula 23, 531. Tegumentum 5, 206. Saccus 10, 72. Saccus ex pilis caprinis 3, 9. Saccus calcis vivae 15, 70. Rete dorcadis 3, 39. Retia 7, 50. Retis lignum 25, 38. Pannus lacerus 7, 165. Pannus, quo pice cameli illinuntur 27, 93. Panni farcti in camelorum dorsis 2, 128. Laqueus 2, 70. 7, 7. 25, 55. Pera super ariete 6, 93. Sarcinula 22, 161. Crumena 7, 142. 20, 16. 24, 526. Puteus 1, 336. 6, 256. 23, 270. 24, 230. Puteus neglectus 14, 118. 28, 90. 102. Puteus recens 21, 101. Putei latus 24, 214. Putei duo latera 6, 125. Putei interna latera 10, 105. Receptaculum aquae 1, 335. 6, 101. 24, 334. 386. Lacus 13, 87. Lacus mortis 26, 45. Aquaria magna 3, 36. Modius 5, 61. Scala 8, 82. Cithara 11, 46. Tympanum 16, 89. 101. 18, 280. Organum 23, 120. Fistula 25, 176. Annulus 23, 527. Annulus solidus 27, 96. Annulus ligneus 6, 111. Dolium 14, 81. Trutina 12, 89. Cophinus 1, 154. Cophini 14, 56. Clavis 14, 131. Paxillus 24, 492. Paxilli 18, 117. 23, 341. Lectum 17, 2. Pulvinar 21, 14. Navis 3, 37. 24, 535. 553. Cymba 10, 215. 11, 55. Ancora 13, 65. Mensae 24, 493. Mola 23, 84. Molae strepitus 5, 13. Tintinnabulum 23, 473. Calamus siccus 22, 266. Calamus scriptorius 22, 177. 183. Cuspides pennarum 18, 285. Lodix 23, 577. Pecten 24, 500. 573. Pectinis dentes 25, 42. Tabula latrunculorum 24, 504. Poculum 25, 71. Poculum mortis 12, 61. Ampulla vacua 28, 130. Infundibuli crustula 28, 80. Thuribula 14, 4. Pila 3, 178. Fustis 1, 32. Baculus 1, 146. 2, 16. 13, 59. 16, 21. 18, 65.

66. 21, 43. 44. 23, 448. 551. 24, 115. 175. 28, 158. Baculus capite adunco 23, 393. Baculus infirmus 15, 20. Baculus Mohammedanorum 13, 35. Baculi dorsum 27, 35. Baculi partes dissectae 1, 145. Lignum transversum 24. 102. Flagellum 13, 50. 18, 104. Solium 4, 8. Ellychnium 22, 130.

e) Vestimenta. Vestimentum 24, 118. Operimentum 24, 322. Vestis 4, 23. 18, 67. Vestis texenda 23, 96. Vestis involutio 24, 117. Vestis interior 24, 364. 376. Vestis largissima 26, 67. Vestes 19, 11. 23, 532. Vestes mendacii 22, 191. Indusium 7, 30. Amiculum 23, 220. Amiculum interius 2, 179. 27, 115. Cilicium 18, 200. Tunica 1, 478. Pallium 16, 91. 27, 187. Calantica 24, 207. Velum 1, 37. 24, 469. Vela 23, 197. Vela dubii 27, 194. Velamen 22, 286. 24, 161. Cidaris 3, 168. Femoralia 12, 159. Lacinia 13, 25. 28. 92. 24, 269. 270. 28, 140. Lacinia infima 20, 90. Pannus lineus 23, 576 Pannus striatus Chims 27, 114. Cingulum 1, 55. Cingulum pectorale 18, 62. Annuli cinguli 23, 68. Collare 18, 274. Armillae duae 24, 11. Compedes mulieris 1, 358. Solea 10, 50. 11, 10. 25, 180. Soleae 2, 5. 16, 4. 23, 256. Calceus 5, 115. 22, 32. 23, 6. 27, 89. Ocrea 23, 482. 28, 132. Ocreae Honaini 10, 49. Corrigia 1, 152. 316. Corium 28, 34. Corii corruptio 21, 112. Torques 6, 20. 22, 37. Inaures Mariae 7, 3. Ornamentum 13, 112. Ornamenti parva res 24, 105. Amuletum 18, 147. Annulus ex auro confectus 7, 71.

f) Opes. Opes 1, 330. 2, 189. 7, 34. 9, 26. 18, 287. 20, 21. 48. 22, 102, 117. 23, 108. 134. 216. 264. 24, 93. 128. 321. 332. 363. 378. 382. 440. 491. 586. 25, 60. 178. 26, 77. 28, 8. 163. Opes magnae 9, 121. Opes optimae 7, 60. 86. 157. Opes pessimae 13, 8. 11. Opum pars exigua 2, 88. Opum copia 26, 75. Divitiae 16, 42. 18, 12. Divitiae optimae 7, 55. Thesaurus Alnathfi 23, 71. Pecunia 7, 40. Pecunia pauca 13, 98.

Pecunia parata 14, 123. 23, 638. 25, 23. 169. Nummi 1, 207. 8, 77. 80. 84. Nummus aureus 8, 83. 23, 639. Drachma 23, 640. Drachmae 24, 567. Drachmae duae 14, 76. Drachmae inventae 26, 38. Margarita 1, 295. 8, 18.

g) Morbi et remedia. Febris 1, 421. 423. 424. 2, 36. 108. 4, 34. 6, 75. 14, 79. Ulcus 1, 110. 13, 52. 25, 69. Vibex 22, 22. Verruca 4, 14. Nodi in corpore 7, 17. Pus 2, 108. Vulnus 22, 4. 23, 258. Carbunculus pestilentialis 19, 7. Lepra 23, 241. Scabies 26, 78. Medicamentum 5, 14. Medicina pessima 13, 90. Theriaca 1, 467. Remedium mordens 25, 65. Myrobalanum 24, 539.

h) Bestiarum habitacula et alimenta. Stabulum vicini 24, 405. Caula 1, 181. 11, 56. 26, 83. Nidus 3, 79. 23, 38. Domicilium lupi 3, 141. Pabulum 18. 169. 22, 190—192. 24, 91. Pabulum vespertinum 18, 28. 51. Pabuli copia 1, 169. Pabuli inopia 5, 93. 127. 25, 29. Pabuli cornu 14, 20. 23, 61. Foenum 6, 40. Hordeum 13, 46, 73. Esca leonis 16, 93.

i) Plantae et arbores. Plantae spinosae 18, 57. Plantae dulces 22, 79. Plantae salsae et amarae 18, 129. Herba 2, 98. 23, 59. 60. Herba vilis 5, 133. Herbae 18, 58. Herbae aridae 15, 4. 27, 148. Herbarum odoriferarum manipulus 27, 176. Fungi 16, 24. Tuber terrae 22, 298. 24, 412. Frutex spinosa 3, 71. 20, 28. Spina 23, 359. Spinae 19, 9. 24, 367. Spinae palmarum 13, 89. Spinae et arbores 5, 49. Spina fruticis Orfuth 26, 87. Arbor 18, 32. 23, 392. Arbores virides 5, 141. Radix 1, 308. 18, 148. Truncus arboris 5, 12. 21, 10. 23, 305. Truncus parvus 1, 125. Ramus amputatus 24, 109. Rami palmae 24, 127. Palmae medulla 5, 15. Involucra floris palmae 5, 102. Folia 14, 47. 23, 126. Palmarum folia 10, 110. Surculus palmae parvus 2, 124. Lignum 8, 9. 10, 100. 12, 170. 22, 325. 23, 147. 203. Lignum

parvum 21, 113. Lignum arboris Diflah 21, 36. Lignum arboris Nabah 23, 267. Ligna 22, 252. Festuca 5, 16. 22, 115. Semina 10, 111. Semen sinapi 23, 618. Fructus Zizyphi 27, 103. Fructus arboris Arac 28, 108. Colocynthis 6, 51.

k) Lapides, metalla. Lapis 10, 6. 121. 22, 75. 23, 54. 344. 353. 24, 172. 26, 13. 90. Lapis candens 5, 77. 6, 31. 7, 2. 18, 167. 22, 197. 24, 72. 90. Lapis Haluah 6, 103. Lapidis fissura 22, 6. Lapides duo 5, 114. Lapides rotundi 21, 54. Lapides magni 5, 19. 20. Lapillus 6, 146. Silex 14, 3. Silices 28, 87. Glarea alba 3, 53. Glarea super petra 19, 38. Later 7, 146. Later coctus (crudus) 26, 134. Aes 13, 86. Ferrum 1, 13. 23, 364. Ferrum frigidum 3, 30. 27, 19. Argentum vivum 4, 31. Aurum 4, 34. 10, 196. 14, 107. 21, 134.

l) Excrementa eorumq. locus. Excrementum 6, 23. Merda 3, 56. Stercus 1, 232. Fimus 20, 47. Urina 2, 49. 12, 157. 14, 126. 18, 61. Saliva 6, 94. 21, 83. 22, 19. 23, 461. Sputum 10, 216. 13, 19. 79. 24, 413. Fimetum viride 1, 126. Latrina 16, 103.

m) Varia mixti generis. Latus 1, 123. 23, 478. 24, 33. Fumus 1, 134. Praelium 1, 137. Onus 23, 198. Sarcina 24, 30. Sarcinae asini 24, 44. Onus grave 18, 96. Onus gravius 1, 386. Onus camelae Aldohaim 6, 74. Onera 23, 180. Mutuum 1, 458. Rubigo 1, 459. Faex 1, 476. Donum 2, 58. 103. 24, 176. 25, 157. Merx 2, 184. 12, 167. Resina Manna 2, 190. 27, 106. Gummi 3, 2. Gummi frustum 23, 62. Nodus 3, 132. Fermentum 5, 48. Litterae 22, 280. Epistola Motalammesi 5, 112. 14, 31. Praeda 6, 224. 22, 135. 272. 25, 77. Praeda cubans 24, 110. Praedae 22, 202. Muscus 6, 232. 20, 111. Vesicula musci 22, 131. Aroma 23, 269. Odoramentum 23, 617. Odoramentum Manschimae 2, 21 Bonum parvum 7, 39. Portio 28, 45. Portio optima

7, 54. Lutum sigilli 7, 172. Lacryma 8, 38. 27, 178. Carmen 10, 10. Verbum 10, 19. Vox viri 14, 40. Forum 13, 44. 23, 145. Fora 12, 168. Spuma 14, 26. Lendes 14, 67. 28, 78. Ventris crepitus 15, 12. 13. 15. 18, 123. Peditus (asini) 15, 27. Segmenta 18, 107. Pix 18, 120. Sordes in corpore 18, 135. Sordes 18, 155. Succus vilitatis 18, 278. Pignus 19, 25. Vitrum 20, 61. Concha 21, 156. Res Omzucha 22, 77. Fructus plantae Thortsuts 22, 78. Sagittariorum scopus 22, 86. 24, 79. Fovea venatoris 22, 88. Fovea capiendo leoni facta 22, 163. Fossa calamitatis 26, 41. Dos 22, 208. Crocus 22, 304. Sutura 23, 76. Collyrium 23, 109. Locus 23, 169. 250. Locus potus puri 23, 462. Locus bibendi 23, 560. 612. Locus nudus 24, 75. Locus pabulo abundans 24, 96. Locus ante habitaculum 24, 123. Locus sole non illustratus 24, 351. Loca mala 24, 466. Locus asper, fervidus 27, 28. Fatum 23, 211. 212. Signum inustum 23, 312. Stigma 25, 26. Tritum, novum 23, 372. Novum, antiquum 28, 582. 583. Versus poenae 23, 615. Filum 24, 49. Chorda uvida 24, 71. Scrobiculus nuclei dactyli 24, 126. Regnum 24, 320. Granum 24, 377. Furfures 24, 465. Nota sponsae 25, 46. Naphtha 25, 85. Guttae seminis ebriorum 25, 164. Signum 27, 181. Fascis 28, 88. Parvum, multum 28, 121.

Cap. III.

De proverbiorum historico momento et ratione.

Multa proverbia a personis derivata esse aut cum iis cohaerere vidimus. Quae personae si in gentis historia locum obtinuerunt, aut si indoles illa, ob quam proverbium divulgatum fuit, ad rem gestam gravioris momenti ex. gr. C. 5, 8. 156. 13, 14. referenda est, illis proverbiis momentum historicum adjudicamus. Quae quoque res et in animalibus conf. C. 6, 74. et in locis conf. C. 3, 124. cernitur. Sunt quoque proverbia, quae ad res gestas per-

tineant, quae quo majoris momenti sunt, eo majus proverbiis momentum historicum inesse existimandum est. Proverbia autem illa quum sine rerum gestarum cognitione accurate intelligi non possint, Arabum grammatici, qui proverbiis explicandis operam dederunt, istas res gestas collegerunt et ad explicanda proverbia adhibuerunt. Quae autem a grammaticis collectae et narratae res num re vera omnes gestae an proverbii explicandi causa interdum fictae atque inventae sint, jure dubitare licet; nonnullae enim a grammaticis adlatae res a veritate prorsus abhorrent. Sic (C. 1, 201) proverbii verba protulisse vir dicitur tempore, quo a lupo lacerarctur. conf. C. 6, 75. 7, 11. 8, 14. 13, 99. Idem in omnibus proverbiis, quae fabulis ex. gr. C. 6, 78. nituntur, statuendum est. Magnum autem proverbiorum numerum esse, quae nonnisi e rerum gestarum, quibuscum cohaereant, cognitione recte atque accurate intelligi possint, e sequentibus locis cognoscere licet. C. 1, 1. 6. 11. 15. 21. 32. 35. 43. 57. 63. 71. 112. 116. 117. 134. 140. 142. 146. 160. 165. 166. 185—188. 201. 206. 207. 217. 219. 232. 241. 280. 302. 361—363. 369. 371. 382. C. 2, 4. 6. 13—15. 21. 28. 29. 30. 34. 52. 57. 76. 78. 80. 81. 87. 89. 109. 110. 135. C. 3, 3. 5. 11. 12. 21. 32. 37. 42. 44. 47. 49. 50. 55. 56. 60. 62. 67. 71. 74. 75—77. 81. 103. 106. 124. 130. 135. 229. C. 4, 1. 12. C. 5, 8. 9. 24. 27. 38. 57. 78. 109. 112. 129. 144. C. 6, 2. 5. 10. 11. 13. 29. 32. 34. 35. 47. 70. 74. 93. 110. 123. 149. 151. C. 7, 1. 8. 9. 11. 22. 27. 29. 30. 39. 72. 81. C. 8, 9. 14. 28. 36. 37. C. 9, 1. 3. 4. 9. 19. 23. C. 10, 2. 9. 11. 18. 25—27. 36. 49. 62. 64. 95. 109. 150. 176. C. 11, 1. 6. 12. 14. 16. C. 12, 1. 2. 4. 5. 10. 11. 17—21. 25. 28. 40. 48. 53. 55—57. 73. 76. 101. C. 13, 3. 9. 20. 31. 47. 98. 99. C. 14, 1. 4. 10. 30. 31. 40. 50. 83. C. 15, 12. 13. C. 16, 3. 4. 33. C. 17, 3. C. 18, 2. 21. 23. 26—28. 35. 38. 39. 46. 48. 51. 52. C. 19, 5. 7. 10—12. 26. C. 20, 1. 2. 10. 18. 21. 30. 35. 37. 39. 59. 71. C. 21, 1. 2. 17. 18. 20. 21. 23. 29. 32. 37. 38. 45.

46. 49. 56. 57. 61. 64. 96. C. 22, 4. 11. 26. 27. 30. 31. 33. 34. 37. 49. 60. 61. 72. 95—97. 99. 106. 114. 120. 132. 134. 142. 148. 155—157. 162. 167. C. 23, 1—7. 9. 10. 29. 30. 33. 35. 55. 71. 78. 79. 82. 86. 114. 119. 128. 143. 146—150. 196. 205. 219. 239. 248. 249. 269. 271. 272—274. 276. 283. 287. 288. 313. 318. 319. 321. 333. 341. 344. 366. 375. 381. 384. 402. 403. 422. 424, 435. 439. 472. 479—481. C. 24, 12—14. 43. 65. 67. 92. 107. 108. 120. 121. 132. 170. 181. 236. 240. 261. 272. 282. 292. 293. 298. 299. 304. 309. 316. 317. 319. 325. 333. 368. C. 25, 6. 14. 22. 37. 40. 94. C. 26, 1. 17. 21. 23. 44. 50—52. 57. 60. 70. 91. C. 27, 4. 6. 9. 25. 30. 38. 48. 53. 56. 76. 100. 102. 117. 121. 122. 124. 126. 140. C. 28, 1. 6. 11. 12. 14. 17. 20. 21. 24. 32. 46—48. 55—57. 68. 74. 82. 84.

In nonnullis proverbiis explicandis grammaticos de rebus gestis, quibuscum cohaereant, dissentire, silentio praetermittendum non est.

Cap. IV.

De tempore, quo proverbia orta sunt.

Quodsi tempus, quo quodlibet proverbium ortum ac divulgatum esset, sciremus, ea inde nobis utilitas oriretur, ut ex proverbiorum ratione et sensu quum, quae fuerit et cogitandi et agendi ratio cuilibet tempori propria, cognosceremus, tum qualis temporis decursu mutatio provenerit, accuratius judicaremus. Quae vero res quominus perficiatur, impediunt tum proverbiorum rationes, tum tenebrae, quibus proverbiorum multorum antiquitas obscurata est. Nihilominus vero, etsi illa quaestio ad finem, ita ut nil desideretur, perduci non potest, tamen silentio omnino praetereunda non est, nam paucis proverbiis isto modo illustratis, toti eorum multitudini lux quaedam adfertur.

Proverbiorum pars rebus gestis nititur aut cum iis cohaeret. Quae res si in gentis historia ad nos perlatae

sunt, ad proverbiorum tempus definiendum conferunt, liquet enim proverbium tale ante illam rem gestam neque ortam esse neque multo post in consuetudinem venisse. At vero quo tempore post divulgatum sit, quis est, qui accuratius definire audeat?

Proverbia a personis derivata ante personarum illarum vitam originem non habuisse, nemo non videt, sed quonam tempore, num viventibus personis an paulo post mortem, in consuetudinem venerint, difficile dictu est. Nec non proverbiorum tempus, quae personarum effata fuisse dicuntur, accuratius definire extra facultatem nostram putamus. Quae autem proverbia e poetarum versibus (conf. C. 14, 103. 22, 135. 146. 163) derivata esse constat, ea ante versum orta non esse, nemo negabit, sed quonam tempore, si versus dicti tempus notum est, inde prodierint, num statim versu dicto an aliquo tempore post, dubitationem habebit. Ea nonnisi proverbia, quae e re quadam gesta prodiere, si quo tempore acta sit, suo tempore memoriae traditum est, historiae ope accuratam temporis definitionem admittunt.

Quae autem proverbia omnibus talibus indiciis destituta sunt, in eorum sensu aut verbis interdum causa invenitur, cur tempori aut adjudicentur aut abjudicentur. Proverbia a viris aut antiquo aut recenti tempore adhibita, illis viris origine anteriora esse, solo clarius est.

Proverbia a Meidanio Arabibus haud genuinis adjudicata quum ad unum paene omnia expositione historica careant, et sensum tam generalem offerant, ut inde nil concludi possit, raro (conf. 22, 282. 283) tempori accuratius definiendo apta sunt. Aliis eorum priore aliis posteriore tempore ortis, maximam partem nisi omnia tempori post Mohammedem vendicanda esse, inde sequi videtur, quod, quemadmodum dixi, a grammaticis adlata expositione historica carent; Arabum enim grammatici veteres, qui antiquitati illustrandae vehementer dediti essent, nonnisi recentiora, post Mohammedem orta proverbia, quippe

quae expositione historica minus egerent, neglexisse videntur. Proverbiorum autem ante Mohammedis tempus ortorum origo, quum accurata illius temporis chronologiae notitia omnino destituti simus, annis accurate definiri non potest; Arabes enim ipsi antiquioris temporis novos ordines non tam annis quam rebus gravioris momenti et pugnis describere ac definire consueverunt. Nulla quidem hac in re cura atque diligentia a nobis intermissa est; nihilominus vero accidere debuit, ut in rei difficultate et librorum manuscriptorum inopia alia minus accurate definirentur, alia haud definienda negligerentur, cujus rei veniam a viris doctis petimus.

Omnia autem proverbia temporis ratione habita in quinque partes dividimus. Prima pars proverbia complectitur tempore fabulosa i. e. tempore ante Mohammedem orta, in quo res a scriptoribus narratae ad fabulas referendae sunt; secunda pars tempori ante Mohammedem adjudicanda; tertia pars incidit in tempus Mohammedis ejusque quatuor successorum seu chalifarum usque ad annum 41 Hedjrae; quarta pars continet proverbia tempore imperatorum Omajjadarum, quod ab anno 41 Hedjrae incipit; quinta denique pars constat proverbiis, quae tempore imperatorum Ahbbasidarum orta sunt. Incipit illud tempus ab anno 132 post Hedjram. Major proverbiorum pars, quorum primi auctores noti sunt, tempus originis vero ignotum est, in tempus ante Mohammedem cadere videntur.

Ut diversa proverbiorum temporumque ratio statim in oculos incurrat, tabellarum, ut dicunt, formam elegi omnia Meidanii proverbia octo seriebus describens. In prima serie proverbia haud definienda enumeravi; in secunda personarum nominibus distincta, sed tempore accuratius non definienda; in tertia proverbia a me conjectura quodammodo definita; in quarta proverbia fabuloso tempore orta, in quinta proverbia temporis ante Islamismum; in sexta proverbia temporis Islamismi seu Mohammedis et quatuor Chalifarum; in

septima temporis chalifarum Omajjadarum; in octava temporis Ahbbasidarum. Singulis proverbiis personarum nomina tum auctorum tum earum, a quibus derivata sunt, aut in quarum tempus cadunt, adposuimus. Qui igitur earum personarum aetatem accuratius scire cupit, indicem gentium, virorum etc. adeat, in quo nonnulla huc spectantia adnotata sunt.

Jam tabellae sequuntur.

Cap. V.

De proverbiis usu mutatis et auctis.

Verba, quae hominum usu in proverbiorum consuetudinem venerant, eo quod memoria comprehendebantur et communi in usu erant, oblivioni erepta posteris tradebantur. Multo antequam a grammaticis in libris collecta erant, hominum memoria conservabantur. Omnia autem, quae non scripta, sed vulgi memoriae tradita pluribus hominibus saepius in usum veniunt, magis magisque mutentur necesse est. Quaedam in proverbiis verba ad sensum constituendum minus necessaria omitti possunt, verborum ordo sine damno interdum invertere, unam vocem pro altera, qua sensus totius proverbii non variatur, ponere licet. Rem ita factam esse, ex eo conjicio, quod eadem proverbia modo prolata ad nostrum tempus pervenerunt conf. 1, 334. 2, 110. 15, 30. 44. 22, 27. 23, 1. 20[illegible]. 24, 2[illegible] 269. 270 et a grammaticis vario modo adnotata sunt conf. 26, 70. Sic quoque proverbium ضثار قوم طعن C. 17, [illegible]. transpositis verbis in Kamusi opere الطعن ضثار قوم legitur.

Poetas variorum temporum proverbia modo immutata modo quemadmodum res postulabat, mutata versibus inseruisse, saepius observamus. Prioris rei exempla pluribus locis conf. C. 16, 5. 8. 18, 160. 19, 26. 20, 2. 21, 22. 38. 49. 22, 31. 32. 44. 135. 146. occurrunt. Mutationem, quam in versibus proverbia subierint, aut minorem aut ma-

jorem et pro necessitudinis ratione variam fuisse exemplis e Meidanii opere desumtis probari potest. In versibus C. 18, 46. 28, 8. nil nisi verba proverbii transposita; C. 17, 5. unam vocem pro altera positam; C. 16, 1. 18, 22. mutationem minoris momenti et C. 21, 1. verbi formam mutatam videmus. In aliis vero versibus major verborum mutatio invenitur. C. 16, 9. in versu apud Meidanium et Scharaf-Aldinum loco verborum عقنقل الصب occurrit كشيبة الصب. In eodem proverbio verba simul transposita et mutata conf. C. 21, 98. aut mutata additis simul verbis conf. C. 16, 88 et 22, 53. conspiciuntur. Quid, quod interdum a poetis sensus mutatur conf. C. 16, 27. aut ab usu proverbii vulgari receditur conf. C. 20, 66. Factum quoque est, ut poetae neglectis verbis nil nisi proverbii sensum sibi vindicarent conf. C. 18, 112. 22, 38. 47.

Quae proverbiorum mutationes si nonnisi in versibus occurrerent, poetas id metri necessitate coactos fecisse, excusandi causa dicere liceret; at vero quum et in aliis scriptoribus, in quibus tam cogens mutandi necessitas exsistere non possit, proverbiorum mutationes reperiantur, generalior quaedam mutandi causa quaerenda est. Quod hujusce rei plurima exempla in operibus, in quibus homoiteleuton adhibitum est, obviam habemus, ejus rei causam non tam in eo videmus, quod illis scriptoribus in stylo artificioso, quo uterentur, maxima mutandi causa fuerit, quam quod tales scriptores opera sua proverbiis insertis exornarent et verborum minorem rationem haberent. Rei exempla ex duobus tantum operibus adferemus. In Haririi opere p. 284. المنايا لا الدنايا pro المنية لا الدنية et p. 583. الطراوة سفتجة pro الوجه الطرى سفتجة scriptum legimus. conf. Meid. 26, 137. Proverbia quoque omissis verbis breviora reddiderunt. Sic in Haririi opere p. 6. legimus يكون كحاطب ليل; sed proverbium est المكثار كحاطب ليل et p. 267. legimus اشام من الغراب pro اشام من غراب البين. In Haririi

loco p. 37. verba حذوالنعال e proverbio جزيته حذو النعال desumta sunt. Conf. quoque Haririi locum p. 31., ubi Meidanii proverbium C. 24, 346. adhibitum est. In loco p. 44. l. 8. proverbium رب اكلة منعت اكلات respicit auctor conf. Harir. 32. 277. 428. et p. 56. mutato proverbio كل امرى اعرف بشانه novum proverbium كل امرى اعرف بوسم قدحه finxisse videtur. In libro a me edito Fakihat-Alcholafa inscripto p. 5. l. 15. verbis شق العصا auctor ad proverbium شق عصاهم نوى شجور alludit et p. 59. l. 2. ad proverbium ما بها نافخ ضرمة (Meid. C. 24, 104.) respicit, cujus verba ob sensum et homoioteleuton in فلم يبق في الدار نافخ نار mutata sunt. Cum verbis p. 6, l. 17. ان رفع ابلغ الثريا sensum proverbii ابعد من مناط الثريا conjunxisse videtur.

Mutatis igitur duplici ratione et sermonis et scripti proverbiorum verbis, proverbiorum numerus non poterat non augeri, dum idem proverbium tum forma tum sensu aut minus aut magis mutatum inter homines divulgabatur et a pristina forma deflexum nulli jam mutandi cupidini resistebat; id quod nonnullis exemplis illustrare in animo est.

Mutato verborum ordine proverbia mutata sunt. Proverbium كسبير وعوير sic prolatum invenimus عوير وكسبير conf. C. 22, 72. et C. 1, 366. 22, 300. Novum proverbium ortum est omissis verbis. Sic e proverbio C. 27, 54. هذا اوان الشد فاشتدى زيم omissa priore parte اشتدى زيم C. 13, 45. ortum est. Interdum una vox significatione non diversa pro altera posita est. Sic proverbium اعشبت فانزل C. 18, 169, nam invenitur امرعت فانزل C. 24, 96. Proverbium 21, 16. triplici modo adnotatum est قد ينال et قد يبلغ المحصم بالقصم et قد يدرك. Proverbium C. 22, 49. كانت عليهم كراغية البكر mutatum est in كانت عليهم كراغية السقب. Sic idem proverbium tri-

plici sub forma adparet C. 2, 139. ابلغ من قس et C. 7, 138. اخطب من قس et C. 25, 145. انطف من قس conf. C. 6, 170. et 18, 257; 24, 415 et 12, 105; 23, 523 et 18, 266; 21, 149 et 23, 497; 26, 112 et 12, 128; 23, 524 et 8, 65. 27, 165. Interdum vocem cum altera sono simili mutarunt, ut in proverbio C. 22, 94. كلفت عليك عرق القربة invenitur علق القربة, aut loco vocis minus placentis aliam posuerunt, ut in proverbio C. 22, 45. كمعلمة امها البضاع legitur الرضاع, aut vocem addiderunt, ut C. 5, 83. اسع بجدك لا بكدك in جدك لا كدك C. 12, 56. mutatum occurrit. Pluribus quoque tum formis tum vocibus mutatis nova proverbia orta sunt. Sic proverbium C. 12, 15. كل شاة برجليها ستشناط, C. 12, 58. كل شاة برجلها معلقة, et apud Burckhardtium Nro. 545. كل شاة معلقة بعرقوبها mutatum videmus conf. C. 20, 8. 22, 63. Pluribus proverbiis eandem causam esse et non multo diversum sensum offerre videmus. Sic proverbio كمستبضع التمر الى هجر et كمستبضع التمر الى اهل خيبر C. 22, 100. et proverbiis C. 22, 40. كفا مطلقة تفت اليرمع et C. 20, 88. افرغ من يد تفت اليرمع et C. 15, 25. ليتني وفلانا ضربا وطعنا او يموت الاعجل et C. 23, 95. et tribus proverbiis C. 6, 21. يفعل بنا كذا حتى يموت الاعجل et C. 10, 175. رمى فلان برسنه على غاربه et proverbiis C. 23, 261. القى حبله على غاربه et C. 24, 388. من ابعد ادوائها تكوى الابل et C. 28, 194. يكوى البعير من يسير الداء conf. C. 1, 109 et 27, 69. C. 6, 47 et 23, 435. C. 10, 36. 73. et C. 8, 48. 15, 49 et C. 20, 49. 117. Quali mutationi vetera proverbia temporibus recentioribus obnoxia fuerint, id e duobus proverbiis cognoscere licet. Proverbium, quod in Meidanii opere C. 24, 256. sic invenimus من حفر مغواة وقع فيها, vario modo prolatum sic occurrit من حفر لاخيه جبا

من حفر et من يحفر حفرة يسقط بها et وقع فيها منكبا et من حفر بئرا لاخيه كان حتفه فيه et بئرا لاخيه وقع فيه proverbium quod C. 24, 39. legitur: ما حك ظهرى مثل يدى, sic mutatum invenimus: ما حك جلدى مثل ظفرى et in codicibus D. P. uno loco ما يحك راسك الا اظفارك (pro quo in codice G. لا تحك راسك الا باصابعك), in altero autem ما حك ظهرى غير ظفرتى وما سعت فى امورى غير رجلى, pro quo in codice G. est ما حك جسمى بلده غير ضفرتى وما سعى فى امورى غير رجلى. Singula autem proverbia, quibus magna sensus similitudo est, vario tempore et variis in gentibus orta esse existimamus conf. C. 6, 12. 10, 167.

Lib. II.

De proverbiorum sensu usuque.

Omnia proverbia tam sensu quam usu quodammodo ad hominem referenda sunt. Major proverbiorum pars ab hominis indole, conditione agendive ratione derivata arcte cum hominibus cohaeret, minor eorum pars, quae res spectant, latiore sensu ad hominem pertinet. Omnibus autem proverbiis ab hominibus inventis hominumque usu constitutis vix ullum cogitari potest, quod ad homines referendum non sit. Proverbiorum sensus ususque a proverbii verbis eorumque significationibus saepe recedit, id quod saepe observatur in proverbiis, quae veteribus genuinisque Arabibus tribuenda sunt. Sensus vero ususque maxime consentanei sunt verborum significationibus in proverbiis, quae ab Arabibus haud genuinis inventa sententiarum modum sequuntur. Idem in proverbiis, quae ab indole majori gradu aut personae aut animali aut rei tributa desumta sunt, observare licet. Omnia autem illa, quorum sensus a verborum significatione abhorret, nonnisi Arabibus ducibus recte a nobis intelligi possunt, ut omnis sensus, qui cum Arabum intelligendi modo non consentiat, dubium movere debeat, nam in intelligendis proverbiis usus optimus magister est. Quae ad res gestas referenda sunt, eorum sensus nonnisi accurata rerum gestarum cognitione accurate percipi potest. Quae res quum ita sint, tamen proverbiorum singulorum sensum usumque primis temporibus eis tributum, postea ratione verborum, quae varium sensum usumque admitterent, paulatim mutatum esse negari non potest. Qua in re causa quaerenda est, cur grammatici in sensu usuque proverbiorum constituendo interdum in tam varias opiniones abierint

conf. C. 24, 2. 27, 50. Singulorum proverbiorum et sensus et usus ratio grammaticis prorsus incognita mansit.

E sensu vero usuque proverbiorum quum qualis sit et gentis conditio et agendi cogitandique ratio, cognoscatur, utrumque perquirere operae pretium erit, qua in re tum argumenti magna diversitas tum rerum magna copia non parvam scribenti molestiam exhibet. Proverbia enim tam hominum quam animalium rerumque varios status conditionesque describunt, laudem vituperiumque, minas atque promissa, consilia et admonitiones, mandata et interdicta, opiniones atque sententias, vota et spes, admirationes, benedictiones et imprecationes continent.

A proverbiis, quibus descriptiones insunt, initium capturus, primo loco proverbia pono, quae ab indole aliave re majori gradu tributa derivata sunt.*) Primum igitur de animalibus tam hominibus quam bestiis sermo sit, tum de locis rebusque et denique de actionibus conditionibusque. A corpore incipientes ad animum transimus et in agendi ratione finimus.

Sect. 1.

Proverbia describentia.**)

Cap. I.

Proverbia, in quibus indoles, conditio, actio majori gradu tributa descripta est.

§. 1. De animalibus. a) Indoles corporis et animi.***) Gravis capite 4, 40.; levis capite 7, 108. 109.;

*) Quamquam illae indoles et res jam supra enumeratae sunt, tamen repetitio hoc loco evitari non potuit, quo clarius cognoscatur et quasnam indoles rebus et quam diversis rebus eaedem indoles ab Arabibus adjudicatae sint.

**) In descriptione interdum aut laudem aut vituperium esse nemo non videbit.

***) Accidit, ut indoles animi ejusque conditio et status arcte cohaereant et difficile distinguantur. Quod uni indoles animi videtur, id fieri potest, ut alteri conditio et status sit.

magno ore praeditus 20, 104.; foetidus ore 2, 160. 7, 102. nates macras habens 10, 187.; robustus 13, 113. 145—147. 149. 164. 165. 21, 122.; imbecillis, debilis 18, 251—255. 24, 435. 26, 125.; imbecillis Venere 7, 95 97. 124.; magnus 5, 175.; durus 24, 153.; levis 7, 107.; parvus 14, 15.; pulcher 5, 182. 6, 206. 219.; foedus 12, 149.; niger 19, 56.; rubicundus 13, 122.; diu vivens 6, 159. 18, 245—249.; perennis 2, 161. 162.; diu vitae indicia ostendens 16, 55—57.; formam diversam a patre et matre habens 7, 100.; mutabilis 16, 198.; sterilis 18, 216.; lenis 23, 496.; adhaerens 23, 490.; celer 5, 184. 12, 108. 113. 120. 142. 13, 148.; celeriter currens 18, 224. 24, 419.; celeriter volans 16, 63. 64.; acuto visu praeditus 2, 245. 147—150. 6, 187.; auditu valens 12, 112. 123. 143.; auditu acri praeditus 12, 116. 143.; odorans 12, 146.; odoratu valens 12, 130. 160. 168.; bene natans 12, 132.; bonus eques 20, 90. 93.; bonus jaculator 10, 196.; artifex 18, 87—89. 113.; loquens cum difficultate 18, 212.; cupidi 13, 134. 25, 148.; vorax 1, 410—414. 422. 5, 192. 14, 90.; libidinosus 3, 152 153. 9, 62. 63. 13, 126. 135. 136. 19, 54. 21, 130. 131.; salax 12, 144.; infaustus 13, 114. 116. 117. 119. 120. 123. 124. 126—129. 153. 156 158.

Fortis 2, 163. 13, 121. 162.; audax 5, 149-154. 157. 167. 168. 185. 186. 12, 129. 20, 95 97.; audax impetu 20, 94—97.; meticulosus 5, 161. 166.; pavidus 5, 158—163. 165. 16, 75.; placidus 6, 165.; fugax 13, 137. 138.; sapiens 6, 171.; ingeniosus 18, 250.; intelligens 8, 66. 11, 34.; astutus 6, 199. 10, 199. 22, 231.; bonus medicus 16, 78.; gnarus genealogiae 25, 96. 97.; gnarus viarum 8, 64. 65. 27, 165.; gnarus camelorum 1, 409. 8, 64.; verax opinione 14, 91.; memoria tenens 6, 211. 212.; imitando deditus 26, 108.; cautus 6, 166. 167. 188. 189. 203. 12, 143.; stultus 6, 152. 205.; stupidus 2, 170. 6, 153—157. 160—163. 173—182. 184. 187—189. 204. 7, 113. 116. 117. 24. 417. 418.; insanus 5, 176.; levis intellectu 7, 110.; levis pru-

dentia 7, 111.; imprudens 20, 99.; inconsiderans 16, 67.; socors 19, 44.; excellens carmine amatorio 19, 49. 25, 98.; Disertus 7, 94. 138. 20, 98.; facundus 2, 139.

Pius 2, 143. 144. 153.; impius 22, 222. 226.; ingratus 22, 235.; improbus 20, 103.; aequus 18, 265.; injustus 5, 190. 194. 17, 20—22. 23—27. 8, 225—227.; fidelis 1, 415. 25, 131. 26, 94—100.; fiducia dignus 26, 122.; perfidus 7, 126. 12, 114. 19, 46. 51. 52, 61.; malignus 7, 125.; generosus 22, 243.; liberalis 5, 155. 156. 183. 6, 183. 12, 124, 125.; avidus 5, 177. 6 200. 208. 13, 133. 141. 154. 16, 70. 71—75.; deditus mercaturae faciendae 3, 145. 22, 224.; avarus 2, 140—142. 178.; obediens 16, 76.; contumax 14, 109.; ductilis 21, 126.; vehemens 13, 162.; patiens 14, 84. 85. 87. 112.; mansuetus 1, 419. 420. 6, 164.; superbus 2, 151. 152. 3, 150. 7, 99. 128—130. 11, 39—41.; levis, inconstans 16, 65—67.; pudibundus 6, 158. 218.; impudens 26, 116.; furax 12, 105. 126—128. 23, 523—526.; aleis deditus 28, 127.; zelotypus 19, 55.; deditus amori cum mare 23, 509. 511.; deditus amori praepostero 23, 510.; propensa in pullum 6, 201. 18, 256.

b) Conditio corporis, animi, societatis. Longaevus 18, 248. 249. 268.; annosus 22, 33.; aetate decrepitus 27, 170.; grandaeva 22, 223.; sanus 14, 86. 114.; vehementi morbo laborans 8, 67.; pinguis 12, 141.; sitibundus 17, 30. 18, 234—236. 259; potu satiatus 10, 178—184.; esuriens 5, 170—174.; stomachum corruptum habens 3, 160.; frigus sentiens 14, 95. 96.; vigilans 12, 137. 138. 140. 28, 124.; somnolentus 25, 122.; dormiens 25, 123—125; occupatus 13, 115. 20, 89.; fatigatus 3, 146. 161.; adhaerens 4, 35. 18, 263. 23, 487. 490.; offendens pede 7, 134. 125.; conveniens 26, 102.; pectine indigens 19, 39.; stramine carens 19, 40.

Poenitens 25, 102, 132.; desiderans 6, 214.; tristis 13, 160. 22, 232.; desperabundus 28, 126.; amore perditus 3, 148. 14, 104.; vindictae cupidus 4, 39.; alacer 25, 119.;

curis vacuus 20, 102.; haesitans 18, 214.; attonitus 6, 196. 197. 209. 19, 50.; doctus 18, 267.; bene sciens 18, 269.; ignorans 5, 178.; fugax 25, 120. 134.

Inaccessus 24, 414—416.; securus 1, 417. 418.; potens 12, 145. 18, 211. 213. 219. 221—223. 271.; nobilis 25, 103—107.; commode vivens 25, 126. 127.; delicate habitus 3, 156.; contemtus 27, 155. 168.; detrimento adflictus 3, 159.; ignominia adfectus 7, 123.; miser 13, 142.; humilis 26, 112.; vilis 2, 171. 9, 46. 48—50. 52. 54—57. 60. 66. 10, 195. 23, 486. 497—503. 518—520.; pauper 20, 76. 77.; lucrans 21, 132.; frustratus 7, 118. 120. 121.; jacturam faciens 7, 98. 119.; is cujus sanguis vindicatus non erat 15, 49.; molestus 4, 32. 42. 44.; ingratus 2, 154.; levis periens 27, 50.; levis injuriâ adflictorum 27, 151.; habens inaures pretiosas 25, 149.; latens, occultus 7, 114. 115. 22, 238. 239.; generosum captivum habens 22, 245.; redemtus magno pretio 19, 53. 26, 104.; notus 13, 118.; paucus 21, 139.

c) Actio. Plorans 2, 177.; gemens 23, 485. 512—515.; lingens nasum 12, 142.; linguam celeriter movens 12, 119.; inserta in vas lingua bibens 26, 107.; sibilans 14, 110.; cacans 12, 131.; mingens 2, 166.; pedens 15, 61. 20, 83—85. 101.; repens 8, 61. 62.; festinans 18, 239.; festinans ad aquae receptaculum 18, 238.; celeriter abiens 12, 115.; celeriter currens 18, 230. 23'.; discurrens 25, 144.; obiens 5, 169.; errans 7, 132. 133.; errabundus 3, 157.; noctu proficiscens 12, 134.; noctu incedens 12, 135. 139.; saliens 16, 81. 25, 130.; assiliens 25, 128. 129. 147.; insiliens 26, 115.; adscendens altum in montem 26, 114.; volans 16, 80.; multum iter faciens 12, 148.; accedens ad reges 26, 101.; matutino tempore surgens 2, 176.; scabens 21, 141.; effodiens terram 25, 121.; jaculans 10, 186. 197.; resecans 21, 145.; celeriter rapiens 4, 38.; abripiens 7, 136.; venans 14, 111.; in aquam se immergens 19, 57.; se occultans 7, 31.; tardus 2, 159.; cunctans 2, 168.; tardus in solvendo 24, 428.; firmiter tenens 15, 45. 62.; tenax 13, 144.; multum

bibens 13, 150.; mentiens 22, 210. 211. 214—221. 227—229. 240.; narrans mendacia 7, 120.; narrans inutilia 24, 431.; gloriosus 25, 138.; promissa non perficiens 7, 103.; spem fallens 7, 101.; lenocinium exercens 21, 121.; superveniens bibentibus 26, 106.; lusui deditus 18, 240.; crudelis in pullos 18, 232.; crudelis in propinquum 18, 233.; decipiens 7, 127.; se jactans 20, 105.; scortans 11, 35—38. 42.; celeriter nubens 12, 109.; vehemens in initu 25, 100. 101.; multum iniens 25, 109. 146.; hospitio excipiens 21, 133.; epulum instruens 26, 103.; multum donans 18, 264.; gratias agens 13, 140.; bene gratias agens 13, 139.; bene perficiens 21, 124.; bene judicans 6, 172.; questum faciens 22, 230.; petens 12, 106. 107.; insistens petendo 23, 495.; corrumpens 18, 241. 19, 78—81. 100.; irruens 14, 102.; turpis 20, 86. 87.; adlatrans nubem 27, 163.; ostendens celeriter iram 12, 121.; saepe memorans genus 25, 99.; edens celeriter vocem 12, 141.; recusans 24, 425. 25, 137.; bene canens 27, 516. 517.; obediens 16, 76. 77.; custodiens 6, 211.; imitans 6, 220.; ducens 27, 171.; gestibus amatoriis utens 19, 58.; defendens 6, 168. 169.; custodiens sanguinem suum 26, 117.

§. 2. De locis, rebus, conditionibus, actionibus etc.

a) Indoles corporis et animi. Gravis 4, 24—29. 31. 33. 34. 10, 188, 196.; amplus 18, 261. 26, 121.; planus 12, 130.; nudus 5, 180. 181. 18, 262.; altus 3, 151. 10, 198.; angustus 15, 55—57.; longus 16, 51—54. 59. 82. 85.; brevis 21, 123. 140.; plenus 21, 129. 26, 120.; vacuus 7, 122.; desolatus 7, 122.; vastus 21, 148.; profundus 18, 270.; propinquus 8, 63.; parvus 115.; firmus 4, 37. 41.; infirmus 15, 58. 26, 124.; durus 13, 162. 14, 107. 21, 143.; crassus 19, 59.; aridus 28, 125.; humidus 25, 141.; lenis 23, 496.; multos nodos habens 18, 242.; asper 7, 137.; mollis 26, 110.; purus 14, 92—94. 108. 25, 114. 115. 136.; spurcus 21, 129.; foedus 21, 142.; frigidus 2, 155—158. 164. 14, 98.; calidus 6, 190—192.; difficilis fractu 14, 109.;

acutus 6, 217.; amputans 21, 125.; transfigens 14, 99. 24, 420. 421.; penetrans 14, 97. 24, 433. 25, 141.; tenuis 8, 59. 10, 190. 192—194.; levis 7, 112. 113.; aptus ad incessum 10, 185. 191.; contrarius 7, 105.; diversus 7 106.; dispersus 13, 143.; clarus 2, 167. 13, 131. 15, 63. 26, 109.; splendidus 2, 174.; lucens 25, 139.; obscurus 17, 28,; densiorem umbram faciens 17, 32.; vestitus 22, 225.; bonus 16, 84.; concupitus 2, 172. 13, 152.; pulcher 2, 175. 6, 193—195. 210.; pretiosus 25, 149.; contemtibilis 27, 156—161.; odiosus 2, 165.; infaustus 13, 125. 25, 116.; fragrans 9, 62. 16, 69.; foetidus 25, 108. 117. 118.; dulcis 6, 207. 18, 237.; jucundus 23, 504—507. 508.; gratus 6, 202. 23, 522. 27, 166.; ingratus 6, 216.; laetitia adficiens 12, 150.; odiosus 2, 165. 22, 237. 244.; molestus 4, 30. 43. 45.; amarus 24, 422. 423. 436.; insipidus 24, 424.; portans 1, 416. 6, 221.; intrans 26, 113.; debilis 15, 59. 25, 133.; imbecillis 15, 46. 58. 21, 120. 24, 435. 26, 125.; celer 12, 109—111. 117. 118. 122. 26, 105. 111.; firmiter adhaerens 1, 421. 423. 4, 36.; adsiduus 23, 492. 493.; durabilis 2, 169. 173.; mutabilis 10, 201.; contagiosus 18, 228.; dolens 24, 434; necans 21, 147.; difficilis 14, 100. 101. 109.; facilis 4, 43. 45. 27, 154.; rarus 18, 215. 217. 218. 220. 271.; licitus 6, 215.; similis 13, 132. 155.; utilis 5, 191.; inutilis 14, 105. 106. 15, 47. 48. 24, 429—432. 438.

Stupidus 6, 185. 186.; liberalis 12, 125.; fallax 7, 104.; injustus 17, 29.; deditus amori praepostero 23, 510.

b) Conditio. Integer 14, 103.; perfectus 26, 118.; conculcatus 26, 123.; contritus 8, 60.; corruptus 20, 82.; periens 3, 155. 158. 15, 60.; praesens et contemtus 6, 222.; vilis 23, 521.; propinquus 21, 144.; remotus 2, 146. 25, 143.; adhaerens 23, 491—494.; in aquae fundo resistens 10, 189.; habens caput pulvere inquinatum 13, 166.; directus ad os 21, 146.; florens 25, 140.; fragrans 16, 68.; copiosus 22, 241.; multus 22, 234.; exundans 16, 79.; abundans proventu 7, 140.; inventus 26, 119.; paucus 21,

139; vacuus 14, 110.; licitus 6, 215.; levis 10, 194.; periculosus febribus 1, 423.; contagiosus 18, 228. 229.; antiquus 18, 266. 21, 149.; quietus 10, 200.; otiosus 20, 88.; sitiens 17, 31.; errans 15, 54.; societate conjunctus 16, 60—62.; familiaris 1, 424.; defensus 6, 170. 213. 18, 257. 258. 24, 426. 427. 437.; honoratus 22, 236.; vilis 9, 47. 51. 53. 58. 59. 61. 64. 65. 67. 68.; contemtus 27, 158—162. 163. 167. 168.; levis 27, 152.; levissimus injuria adflictorum 27, 153.; gratus 23, 522.; jucundus 23, 505. 506.; odiosus 2, 165.

c) Actio. Incedens 12, 136.; proficiscens 12, 133.; intrans 26, 113.; ingrediens in diem 16, 83.; proruens impetuose 19, 60.; praecedens 12, 147.; ducens 12, 171.; sequax 3, 147. 154.; necans 21, 147.; perdens 27, 164.; multum bibens 13, 151. 163.; terrens 27, 169.; abscondens 1, 416. 22, 242.; divulgans 25, 110—113. 135.; lenocinium exercens 21, 127. 128.; custodiens 6, 211.; mentiens 22, 212. 213. 240.; decipiens 19, 41—43. 45.

Cap. II.

Proverbia in quibus homines indole, conditione et agendi ratione insignes, tum status et conditiones denique agendi rationes et res describuntur.

§. 1. Homines. a) Indole insignes. Diversam naturae indolem habens 22, 31.; pulchra indole praeditus 27, 1.; prava indole praeditus 5, 25. 21, 112.; pravus cui honor denegatur 23, 6.; duo quodammodo similes, sed re vera diversi 23, 107.; celerrimus 24, 236.; fortis 1, 110. 227. 296. 405. 471. 2, 91. 113. 10, 124. 11, 17. 23, 607. 643. 24, 7. 8. 30.; fortis et alacer 1, 191.; fortis et prudens 1, 276.; pavidus et tremens 5, 131.; multum pavidus 5, 106.; pavidus et simul fortis 27, 128.; timidus 18, 65. 27, 128.; timidus et ignavus 24, 410.; timidus minas non exsequens 5, 13.; ad iram pronus 3, 175.

19, 83. 24, 48.; prudens 1, 164. 229. 8, 210.; prudens, qui aliis auxilio est 5, 12. 18, 61.; prudens et aliorum consilio non egens 25, 71.; prudens et diligens 1, 214.; prudens et cautus 6, 115.; prudens et cautus, qui astutia non vincitur 15, 40.; prudens ab ignorante deceptus 26, 84.; is cujus consilium propinquum est 27, 84.; is cujus falsum proprius ad veritatem accedit, quam alius rectum 7, 68.; verum a falso distinguens 28, 164.; rerum veram conditionem cognoscens 13, 21.; ingeniosus 1, 373.; altos animi recessus habens, ut, quid cogitet, nesciatur 1, 312.; perspicax 1, 133.; sagax 4, 19.; versutus 2, 40. 6, 228.; multum versutus 20, 110.; intelligens et versutus 1, 95. 6, 30. 16, 10. 18, 81.; ingenii acumine praeditus 23, 267.; duo ingenii acumine aequales 25, 25.; astutus 1, 89. 17. 3.; astutus, qui decipit 14, 40.; callidus sed insipientem *se* simulans 3, 14.; multum cautus 18, 37.; solers 21, 60.; piger 17, 2.; stupidus 1, 381. 20, 129. 23, 612. 614. 24, 49. 50. 155. 156. 284.; stupidus alios multum vituperans 7, 13.; prudentia carens 5, 126. 10, 177. 18, 105. 23, 7. 24, 242.; stupidus et timidus 28, 82.; firmo animo et prudentia carens 24, 214.; stultus 1, 25. 134. 6, 56. 28, 25. 81.; stultus et simul despectus 24, 204.; stulta 22, 208. 28, 13.; is cujus stultitia augetur 4, 3.; mente imbecillis 24, 273. 27, 79. 28, 135.; is, a quo bonum non speratur 11, 26.

b) Conditione et statu insignes. Juvenis, qui barbatus evasit 2, 164.; is cujus adolescentia diu duravit 22, 8.; senex 9, 32.; senex corpore et mente juvenis 3, 59.; senex juvenis more se gerens 5, 201.; senex morosus 8, 40.; senex robustus 21, 35.; senex delirus 18, 89.; senex delirus, qui lusui deditus est 18, 89.; senex decrepitus 21, 95.; senex qui docetur 18, 29. 30.; is, cujus vita diu duravit 1, 159.; annosus 16, 3.; diu vivens qui multa expertus est 18, 97.; grandaevus 1, 270. 13, 57. 23, 20. 33. 459. 24, 181. 25, 154.; grandaevus, cui vires restant 25, 15.; grandaevus, qui temporum vicissitudines vidit 28, 31.;

grandaevus, quem parvus ad stultitiam impellit 20, 64.; aetate et ignorantia crescens 22, 327.; decrepitus et robore destitutus 24, 76. Is, cujus in corpore perfecto vilis animus et nil boni est 2, 56. 199. 12, 14. 95. 13, 32. 15, 36. 17, 11. 20, 116. 21, 87. 26, 132. 27, 121. Externam boni speciem sine internis virtutibus habens 20, 116.; corpore longo praeditus; sed aliis inutilis 9, 37. 17, 94. Is ex cujus externo bono habitu bona interna conditio cognoscitur 20, 6, 12. Is ex cujus externo habitu ejus interna conditio cognoscitur 3, 22. 10, 21. 28, 37. 57.; maxime pinguis 12, 38.; pumilis, qui aliis utilitati non est 18, 191.; ingratus adspectu 1, 138. 13, 26. Deformi corporis habitu praeditus, cujus interna conditio pejor est 20, 15.; foedus 22, 286. 288. 27, 94.; neque pulchritudine corporis neque sermone se commendans 24, 83.; sub foeda corporis forma animi pulcherrimis dotibus ornatus 5, 24. 15, 42.; facie deformi praeditus 26, 130. 28, 145.; spurcus 28, 80.; gravis 24, 563.; durus, firmus 24, 153.; robustus, qui debilis evasit 22, 3. 46.; rebus peragendis aptus 1, 141. 5, 94.; magnis molestiis par 10, 163.; is, qui omnes adversarios vincit 6, 109.; is, qui vigilias perferre potest 1, 49.; debilis 1, 317. 13, 78.; debilis, infirmus 23, 256. 641. 24, 158.; debilis, qui in robusti tutela est 11, 28.; debilis, qui rem perficere non potest 18, 112.; rei perficiendae impar 12, 19. 15, 39. 21, 97. 23, 72.; duo rei perficiendae impares 14, 71.; alteri impar 1, 113.; debilis, cujus auxilium in re gravi adhibetur 28, 98.; debilis cum robusto certans 12, 100.; debilis potentem laedens 21, 104.; debilis, ut minas ejus non curent 24, 202.; incolumis 12, 172.; sanus 2, 22.; nudus 5, 43. 24, 118.; calceis indutus 5, 215.; elegans 24, 562.; vigilans 23, 449. 24, 160.; vigilans tota nocte 2, 44.; quietus et placidus 22, 68.; inquietus et inconstans 20, 5.; non quiescens 12, 55.; maxime occupatus 1, 242. 2, 86. 6, 4. 81. 27, 50.; suis rebus occupatus 27, 125.; otiosus 3, 88. 5, 34. 28, 150.; quiescens 21, 43.; ignaviae

indulgens 18, 193.; is, qui se non defendit 23, 393.; fatigatus opere 1, 196. 23, 98.; adflictus re, quam dicere non potest 5, 9.; adflictus, qui insuper molestia adficitur 10, 159.; summa molestia adflictus 2, 66.; penuria adflictus 3, 122.; onere gravi onustus 5, 36.; satiatus ad fastidium 1, 461.; esuriens 14, 32. 24, 119. 25, 88.; cibi vehementer avidus 22, 104.; summo periculo expositus 1, 197. 3, 114. 123. 178.; interitui se exponens 22, 60.; vix salvus 3, 176. 20, 8. 10. 21, 83. 25, 48.; salvus 24, 262. 25, 94.; paratus ad rem 13, 18. 25, 176.; impeditus a re 6, 2. 21, 23. 23, 555.; impeditus a re necessaria 7, 29. 21, 46.; difficultatibus retentus 1, 297.; impeditus quominus rem perficiat 20, 108.; is, qui priore operis parte absoluta posteriorem perficere non potest 22, 157.; experientiâ edoctus 1, 41. 98. 174. 222. 6, 18. 13, 14.; experientia magis edoctus quam alter 1, 278.; is cui res ex indiciis apparentibus indicantur 18, 94.; rem statim experturus 21, 32.; rei omnino gnarus 1, 178.; peritus rei 24, 110.; rei perficiendae conveniens 24, 10.; peritissimus 18, 165. 25, 95. rei notitiam habens 12, 17. 18, 103. 23, 391.; perquam gnarus 1, 37. 38. 60. 163. 336. 7, 19. 18, 18. 84. 190. 209. 19, 33. 28, 49. 132.; res sibi necessarias noscens 1, 127.; is, qui in scientiis ad extremum pervenit 1, 25.; maxima doctrina ornatus 2, 25.; alteri scientiâ et prudentia par 1, 91.; rei narratae non obliviscens 18, 106.; ignorans 24, 175. conf. 23, 337.; ignorans qui non corrigitur 10, 161.; rem nesciens 1, 238.; nesciens quomodo agat timore perculsus 18, 62.; rem non expertus 18, 143.; difficultates rei nesciens 5, 140.; coactus ad rem cui impar est 2, 43.; rei impar 5, 39. 23, 551. 24, 32. 216.; alteri impar 1, 113.; errore captus 9, 29.; deceptus 6, 70. 20, 58.; non deceptum se putans 1, 11. 358.; metu et curis liber 21, 31.; haud timidus 18, 79. 22, 86.; vitae periculum non timens 15, 38.; is, qui fortunae casibus non deprimitur, et quem non terret res, in qua terroris causa non est 24, 7.; pa-

c) De sermone suspecto, falso et mendacio. Verba tua suspecta sunt 23, 39.; bilinguis est 28, 156. diversa sunt sermo et factum 22, 18.; perturbat omnia miscens 5, 135. 21, 93. 28, 148. 149.; comparationis instituta ratio recta non est 24, 2.; magnum cum parvo comparat 24, 41.; falso respondit male audiens 12, 11.; juramentum temerarium 3, 105. 5, 7.; juramentum, quod jurantem rem porficere non cogit viis effugii relictis 28, 76.; praetextu falso uteris 23, 341.; consilium datur ei contrarium, quod faciendum 14, 13.; consilium perniciosum dat 28, 143.; verbis adulatus es, absens autem me contemnis 8, 5.; interrogatus comiter respondet, sed aliter cogitat 3, 138.; confirmat rem, de qua alter dubitat 18, 123.; mendax 3, 93. 11, 49. 28, 140.; mendax, qui mendacii sui oblitus est 1, 366.; mendax, cujus facta dictis non respondent 23, 178.; proferens turpe mendacium 5, 30.; mendacium proferens 22, 156.; mentiens et aetate provectus 18, 34.; is cujus dictis fides habenda non est 28, 100.; mendax absurda profert 1, 470.; in narrando mentiens 27, 87. 88.; alium se ostendens, quam re vera est 22, 91.; satietatem prae se ferens, quum satiatus non sit, 2, 215.; mendacia sunt 6, 120.; mendacium est, quod profers 1, 71. 27, 27.; mendacium et absurdum protulit 5, 52.; veritatem manifestam celat 28, 112.; dixit se bene fecisse, quum male fecerit 6, 53.

d) De minis, rixa et litigatione. Minatur 23, 15. 28, 19.; minatur sed minas perficere non potest 25, 41.; minans minas non exsequitur 3, 116. 10, 35. 151.; timens minatur tum minas abrumpit 5, 11.; minae, quas factum non sequitur 5, 76. 81.; minae debilis contra fortiorem 26, 26.; minae factum ejus praecedunt 12, 35.; minans, cujus facta non sequuntur 6, 7. 22, 149.; minans potentiori 8, 47.; minae deridentur, minas tuas contemno

7, 7.; litigans de re ipsi prorsus aliena 1, 284.; litigat cum aliquo de re futili 15, 27.; duo in re inutili litigantes 7, 78.; stulti inter se concitati 24, 280.; duo in litigando se mutuo repulerunt 10, 92.; unus de altero in litigando victoriam reportavit 11, 6.; adversario ita respondit, ut ad silentium redigeretur 10, 45 ; argumentis suis adversarium vicit 25, 28.; argumentum haud rectum proferens, se expedire nequit 1, 243.; oblitus est argumenti inter ligitandum 15, 6.

e) De precibus et quaerimoniis. Preces facit 2, 207.; rogatur, ut rem det, qua carere non potest 13, 112.; instanter in petendo urgens 19, 82.; parum rogans 7, 148.; parum petens magna quoque cupit 28, 101.; parum petens ob pudicitiam 1, 52.; noxa laesus qui queritur 22, 110.; statum suum semper querens 13, 94.; aliis malum inferens queritur 28, 58.; quaerela sine causa 25, 83. 28, 95.

f) De vituperio, ludibrio, sermone contumelioso. Pravam agendi rationem vituperat, dum ipse pejori deditus est 24, 399.; vituperans alium quamquam in ipso vitia sunt 7, 70.; me semper laedit dictis 23, 454.; haud animadvertentem ludibrio habet 10, 215.; deridet verbis ipso praestantiorem 10, 25.; obtrectator est 8, 42.; traducit absentem 28, 139.; sine causa alios contumelia adficit 1, 388.; clam contumeliis nos adfixerunt 12, 3.; patienter fers verba contumeliosa 3, 143.; contumelias in homines dixit 28, 50.; majori contumelia quam me, cum adficere potuissem 24, 38,; vitia sua aliis objecit 10, 2.; tribuit alii rem, quam ipse fecerat 28, 2.; dixit me fecisse quod non feci 13, 70.; malum inter homines disseminat 10, 101.

g) De silentio. Silentium tenens 22, 289.; obiit circum rem voluntatem non patefaciens 6, 76.; tacui tanquam socors quasi nil audivissem 23, 18.; ad silentium eum redegit 22, 93.; is qui arcanum occultare non potest 14, 41. 21, 103.; infimi ordinis homo, qui tacere debeat, loquitur 21, 25.

Cap. IV.

De rebus et rerum conditionibus, quae in proverbiis describuntur,

§. 1. De rebus. Res impediri non potest 1, 345.; res ad te pervenit 1, 192.; res haud diu exspectanda imminet 10, 32.; res exspectanda haud propinqua est 10, 33.; res una per alteram in memoriam vocata est 9, 19.; res nonnisi postquam apparuit cognosci potest 2, 110.; res ei commissa, qui eam perficere potest 18, 72.; res quae ad extremum pervenit 21, 8. 23, 68.; res pone quam nulla res est 23, 533.; res ultra fines transgressa 2, 9. 21, 113.; res quam non assequimur 22, 99.; res ad quam perveniri non potest 27, 73.; res quam non accipio et non adduco 27, 58.; res quae evanuit 26, 52,; res, qua altera subsistit 24, 99.; res haud praeparatis subito superveniens 1, 114.; res subito occurrens 13, 100.; res ad quam omnino praeparati erant 1, 115.; res celeriter accidens 23, 203. 26, 39. 90.; res antiquo tempore facta 1, 40.; res contingens desideranti 6, 73.; res semel tantum accidens 22, 5.; res quae semel tantum exsistit 2, 39.; res confecta 14, 24.; res capienda 7, 3.; res quocunque modo perficienda 8, 14.; res suscipienda 23, 429. 431.; res necessario peragenda 18, 48.; res manifesta 1, 112. 2, 80. 84. 14, 26. 61. 62. 20, 52. 21, 30. 33. 34.; rei manifestae et occultae discrimen 23, 172.; res omnibus nota 24, 239.; res cognita 27, 48.; res nemini occulta 23, 236.; res de cujus genere incerti sumus 14, 45.; res abscondita 22, 193.; res abscondita, quae apparebit 14, 63.; res occulta apparuit 2, 32. 33. 80.; res dubia 1, 321. 23, 466. 482.; res dubia noctu 1, 252. 320.; res omnibus ignotae 5, 110.; res quae omnino disparuit 23, 385.; res quae evanuit etc. 26, 43.; res praeterita et non reparanda 21, 1. 27, 23.; res quae perdita reparari non potest 21, 76.; res rubra 22, 88.; res valde rubra 1,

128. 27, 103.; res alba tenuis 22, 77.; res haud stabilis et firma 23, 229.; res quae spurca habetur 25, 37.; res pulchra 2, 138.; res floridae 27, 180.; res pulchra a vilibus corrupta 5, 197.; res bona 24, 209.; res bona primum apparens 1, 85; res bona, sed alterâ inferior 24, 92. 98.; res bona et pacis conditio turbata 27, 40; duae res bonae 26, 8; res bona, ut ea homines contenti sint et praeteritae obliviscantur 18, 38; res optima 26, 15; res laudanda 7, 81.; res gentis bene dispositae 27, 37.; res duae in homine praecipuae 28, 66.; res recta et non perversa 1, 139.; res media inter eximiam et pravam 22, 122.; res duae malae, quarum una alterâ pejor est 19, 7.; res prava in locum rei bonae succedens 2, 6.; duae res pravae, ut neutra praeferenda sit 22, 171.; plures res pravae gradu inter se aequales 22, 96.; res prava ab utraque parte 22, 72.; res summopere corrupta 10, 50.; res duae turpes 21, 119.; res non bene perfecta 14, 7.; res pretiosa 14, 51.; res pretiosa cum vili conjuncta 24, 43.; res nullius pretii 23, 17. 554.; res vilis 23, 605.; 24, 217.; res pro parvo pretio data 2, 125.; res neglecta et contemta 14, 81.; res contemta 24, 154.; res de qua nemo sollicitus est 23, 328. 329.; res parvi habita, quae in oblivionem venit 3, 37.; res magna e parvâ orta 1, 78. 267. 5, 72. 8, 46. 18, 283. 23, 414.; res magna quae attingi non potest 3, 32.; res magnae in quibus ferendis patientia utendum est 19, 8.; res magnae et parvae 5, 19.; res parva cujus desiderio capimur 25, 77.; res parva putata, quae augetur 28, 60.; res parvi momenti 1, 280.; res parva cum magna conjuncta 7, 9.; res minima 24, 126. 134. 135. 26, 126. 134. 135.; res pauca 24, 228.; res pauca, qua nos ab inopia defendimus 12, 44.; res pauca et parum utilis 24, 235.; parum de multo 19, 15.; res tota 1, 131. 23, 156.; tota res nullo pretio accepto data 18, 10.; res omnes 5, 49.; res nulla 23, 410. 24, 46. 51. 55. 124. 140-142. 199. 229.; res nunquam futura 6, 110. 127.; res cujus existentia omnino negatur 18, 151.; res impossibilis,

ut spes non impleatur 6, 67.; res, quae fieri non potest 6, 2.; res optata, quae attingi non potest 1, 102. 13, 27.; res quae in nostra potestate est 13, 38.; res relicta, ut alter in ea libere agere posset 6, 21.; res difficilis 1, 204. 404. 16, 49. 22, 11.; res difficilis, quam se consequi posse sperant 22, 189.; res difficilis inventu 3, 100. 22, 70. 71.; res difficilis et molesta 19, 38. 23, 579.; res difficilis, ut multi in ea dissentiant 24, 411.; res perdifficilis, ut ad bonum finem perduci non possit 10, 149.; res difficillima 8, 46.; res molesta, ut eam nemo ferre possit 23, 407.; res ad quam nonnisi magna cum molestia pervenitur 27, 28.; res ab utraque parte molesta 1, 429.; res rara et difficilis acquisitu 8, 2-4.; res cujus pars difficile quaeritur, pars facile invenitur 6, 98.; res una facilis altera difficilis 1, 271.; res quae facile attingitur 27, 18.; res levis et facilis 22, 34; res facilis perventu 24, 183. 184.; res ad quam duabus viis facile pervenitur 22, 76.; res facilis perfectu 26, 40.; res, quae sine molestia attingitur 27, 35. 104.; res gravis 18; 70. 23, 252.; res gravis et periculosa 2, 70. 23, 124.; res gravis exspectanda 1, 379.; res gravis, quae ferri non potest 27, 62.; res est, quae mali timendi suspicionem nobis dat 18, 54.; res timenda et fugienda 10, 14.; res relinquenda 27, 32.; res calamitosae 24, 286.; res infausta 22, 49.; res periculosissima 24, 263.; duae res cavendae 23, 48.; rem haud periculosam subire 6, 131.; res innoxia 23, 327.; res valde utilis 1, 145.; res utilissima, quae vilipenditur 8, 83.; res inutilis 21, 148.; res innoxia, si eam tecum portas: sed utilis tempore necessitatis 24, 97.; res vana 9, 22. 10, 213. 15, 21.; res vanae 1, 308.; res futiles, nugae 5, 53. 61.; res omni veritate destitutae 6, 66.; res incredibilis 6, 13.; res necessaria 14, 39.; res necessario peragenda 14 48.; res necessaria et non evitanda 23, 414. 445.; res haud repellenda quum accidit 23, 314.; res alteram impediens 1, 193.; res hominem impedientes 24, 338.; res non impediendia 1. 345. 24, 345.; res duae convenientes 16, 18.; res ad

quam perficiendam omnes parati erant 1, 45.; res non amplius conveniens est 22, 37.; res cuidam non conveniens 23 338.; res non decens et alieno loco posita 7, 30.; res ingrata et non evitanda 7, 76.; res alteri ingrata 24, 122. 564.; res tam ingrata, ut eam tolerare nolimus 21, 111.; res ingrata et molesta 18, 120.; res ab utraque parte ingrata 22, 65. 28, 5. 70.; res ingrata, quae alteri imponitur 23, 198.; res duae ingratae 18, 45.; res ad rem ingratam impellens 21, 14.; res omnino similis 22, 124.; duae res valde similes 3, 104. 24, 86.; res dissimiles 23, 542.; res multum diversae 1, 483. 485. 24, 59.; res aliter se habens ac dictum fuit 1, 208.; res, cui insunt indicia contraria aliorum sermoni 20, 18.; res omnino aequales 6, 15.; res paene aequales 13, 31.; res duae aequales 6, 15. 21, 98. 22, 140. 172.; res alteri non aequalis 23, 36.; res propinqua ut facile capiatur 27, 42.; res duae invicem propinquae 2, 92; res dissita et remota 5, 73.; res dispersa 9, 26.; res disgregatae, quae congregatae sunt 28, 59.; res incepta, quae periculosa est 3, 136.; res incepta, quae neque abrumpitur neque finitur 6, 84.; res incepta quae non recte aptata est 24, 109.; res neque crescens neque diminuta 22, 294.; res, cujus status omnino mutatus est 22, 106. 23, 57.; res permixtae et confusae 7, 32. 21, 17.; res perturbata 19, 29.; res gentis perturbatae 21, 81.; una res alteri praeferenda 20, 26. 29. 23, 218. 24, 127.; duae res, quarum altera alteri parum praestat 27, 60.; res mira 15, 12.; res metonymice appellata 11, 1.; una res cum altera compensata 3, 78.; res in alterius locum succedens 13, 67.; res quae non urgetur 18, 31.; una res vehementior alterâ 14, 79.; res celeriter absoluta 22, 69.; res palam tractanda 25, 75.

Rei cognitio 18, 2.; rei apparentis indicium 23, 4. 125. 25, 24.; rei unum indicium sufficit ad eam cognoscendam 20, 111.; rei eventus exspectatus propinquus est 22, 182.; rei gravitas et gentis interitus 22, 184.; rei utilitas magna

22, 144.; rei consequendae spes, quae fallitur 22, 82.; rei conditio corrupta 20, 31.; rei initium 20, 36.; rei agendae tempus disparuit 2, 4.; rei perficiendae occasio elapsa est 18, 195.: rerum similitudo et cognatio 1, 152.; rerum similitudo maxima 1. 162.; rei finis celer 12, 87.; rei defectus 22, 95.; rerum diversitas 3, 48.; duarum rerum differentia 24, 198.; rei utilitatem evanuisse, molestiam remansisse 9, 78.; rem omnino evanuisse 1, 190.; rem hominis magnam factam esse 18, 3.; rei graviorem partem restare 2, 63.

Negotia molesta, quae continua serie sequuntur 1, 102.; reditus Mohammedanorum magni 8, 16.; donum, quod neque multum neque purum est ab exprobratione 24, 176.; magnum donum 27, 106.; dona parva, quae magna futura esse sperantur 9, 28.; copia magna 5, 139. 141. 199.; copia bonorum 26, 9.; opes 24, 25.; opes multae 5, 62. 86.; opes optimae 7, 60.; opes aequali modo divisae 24, 93.; opes pessimae 13, 11.; divitiae magnae 23, 71.; divitiae maximae 18, 12; boni magna copia et boni paucitas 24, 111.; paucum e multo 2, 45.; apparatus debilis 6, 227.; pabuli copia 3, 98.; pabuli maxima copia 22, 190—192.; pabuli copiosi indicium 7, 85.; herbarum copia 3, 70.; cibus et potus 5, 87.; coelum et stella 6, 89.; tenebrae et luna 6, 90.; pluvia vehemens 14, 9.; sagitta in arcu 10, 106.

Cap. V.

Locus et tempus.

§ 1. De loco. Locus vacuus 23, 51.; locus in quo bene vivitur 25, 81.; locus pabulo abundans (aut omnino desertus) 3, 98.; locus densis herbis obtectus 3, 97.; locus in quo injusti et debiles adjutoribus destituti sunt 26, 83.; desertum omnino vacuum 23, 52.; via manifesta et aequabilis 3, 121.; e propinquo 23, 166. 167.; palam 24, 342.; vultu in eum directo 23, 165.

§. 2. De tempore. Tempus praecedens 23, 45.; parvum temporis spatium 24, 42. 44.; temporis magnum spatium 24, 66.; tempore cujusdam 27, 47.; tempus secundum est 8, 55.; tempus dolorem lenivit 22, 4.; spatiis intercedentibus 23, 140.; post longum spatium 23, 158.; post spatium nonnullorum dierum 23, 157.; annus sterilis 14, 58.; dies calamitosus 28, 169.; dies cujus malum diuturnum est 28, 83.; alto die 23, 174.; altissimo die 23, 176.; medio die 23, 175.; ante ortum Aurorae 23, 42.; summi meridiei tempus 23, 43.; nox calamitosa 14, 50.; nox prosperrima 7, 28.; semel per mensem 23, 206.; ante omnia 21, 22. 23, 14. 22. 235. 253-255.; subito 23, 164.; nunquam 6, 149. 151. 23, 271. 272-274. 284. 299. 315. 316. 322. 326. 331. 335. 336. 345—350. 361. 376. 383. 427. 27, 183.

Sect. 2.

Sententiae et judicia.

Cap. I.

De Homine.

§ 1. Gener. Homo ex se ipso aut bene aut male judicare solet 24, 169.; homo necessitate jubente ad rem sibi ingratam cogitur 6, 32.; hominis sors ex ejus alimentis cognoscitur 5, 103.; hominis natura ex ejus consortio cognoscitur 5, 102.; hominibus, quorum exterior habitus parum se nobis commendat, interdum virtutes insunt 2, 190.; ex hominis intuitu odium cognosci potest 13, 22.; homines per homines 25, 175.; homines sunt narrationes 25, 114.; homines dum commode vivunt insolenter se gerunt 10, 152.; quum homines congregantur, discordia et malum nasci solent 24, 326.; anima res ingratas, si ab aliis auxilium non exspectat, patienter fert 25, 9.

Vir per fortunam in cursum agitur 24, 584.; vir per cor et linguam est perfectus 24, 237.; vir ab omni re nisi a se ipso custodiri potest 28, 86.; vir non peribit, qui quantum valuerit, cognovit 23, 47; vir non semper consequitur, quod optat 3, 173.; vir nonnisi per propinquos cum ipso junctos potens est 23, 81.; vir quum tentatur aut honoratur aut despicitur 18, 174.; vir melior nobis videtur rumoribus ad nos perlatis quam quum oculis eum viderimus 3, 47.; vir quilibet tandem vincitur 22, 17.; viri ingenium ex ejus opinione cognoscitur 17, 10.; viri optima arma filii sunt 7, 65.; viri meritum probat, quod ejus vitia enumerantur 22, 267.; viri in rerum vicissitudinibus cognoscuntur 20, 121.

§ 2. De homine conditione et statu insigni. a) Corporis. Aetate decrepitum condocefacere molestum est 24, 277.; qui ad aetatem septuaginta annorum pervenit sine causa queritur 24, 458.; diu vivens calamitates effugere non potest 24, 84.; debilis robustum vincere nequit 24. 596.; debilis lucrum faciens praeferendus est robusto pigro 22, 63.; ultra posse nemo obligatur 1, 318.; absens argumentum suum secum habet 19, 78.; praesens videt id, quod absens non videt 28, 172.; qui in potestate tua non est, cum punire non potes 1, 462.; quilibet e majori periculo salvus evadens, malum minoris momenti contento animo tolerat 28, 104.; dormiens somnia videt 24, 510.; vivens invenit alios, quorum commeatu ad suos perveniat 23, 417.; mortuus dolorem non sentit 13, 179.

b) Animi. Si prudentem legatum mittis, ei mandata dare necesse non est 10, 87.; multum stupidus tamen omni intelligentia non caret 18, 33.; stultus interdum ad propositum venit 6, 71.; stultus nulla re laetatur 11, 58.; stulto non medicamur, si ab eo declinamus 24, 448.; docti lapsus causa est, cur alii labantur 1, 133.; docti lapsus omnibus notus fit 11, 29.; quilibet animi sui cogitationes melius scit quam alius 25, 3.; intelligentis opinio melior est,

quam certitudo ignorantis 17, 19.; intelligens putat homines esse suos adjutores contra ignorantem 6, 225.; interdum ignorans intelligentem vincit 23, 413.; fieri potest, ut imperitus rectum attingat 10, 62.; Is cujus opinio bona est, ejus vita bona est 24, 513.; cujus animi arcanum aegrotum est, ejus respublica ingemit 24, 486. conf. 602.; socors interdum invenit viam suam 10, 142.; fortis magno hostium numero non terretur 21, 179. 22, 256. 257. fortis non timet debilis clamorem 23, 637.; fortis et haud attonitus e periculo liberatur 3, 86.; fortis est custoditus 13, 36.; id quod forti utile est, debili nocet 16, 93.; par cum pari se conjungit 16, 100.; qui virtute caret, ab eo nil postulatur 10, 237. timidus terrore perculsus contra fortem audax est 21, 157.; generosus familiam contra mala omnino defendit 20, 17.; generosus etsi debilis est, generose agit 7, 18.; generoso in pabuli copia contentus animus est 1, 169.; generosum non decet precibus urgere 21, 36.; ingenuus ingenuus est, etsi calamitas eum adfligit 6, 92.; ingenuo signum nutu factum sufficit 6, 247.; fidus saepe in suspicionem incidit et suspectus pro fido habetur 10, 47.; confidens saepe pudore confusus est 10, 221.; benignus et comes reparat, stupidus lacerat 24, 534.; impius victum quotidianum accipit 22, 322.; impius custoditur, Mohammedanus excipitur 22, 321. conf. 24, 94.; pravus res pravas aliorum melioribus praefert 6, 254.; ex avaro interdum donum elicitur 21, 115.; irascentes si excusationem admittunt ira sedatur 16, 26.; zelotypus nunquam gloriatus est 24, 218.; invidus non dominatur 6, 258.; invidi medicinam tibi adfert, quod is ob laetitiam tuam moerore adficitur 28, 154.; curis pressus ab eo, qui curis liber est, auxilium non accipit 25, 69. 26, 44.; anxius a curis libero solatium non accipit 24, 69.; amans rem in ea acquirenda solers est 24, 283.; amans adspectum suum ornat 5, 10.; cupidiores sumus rerum, quas non possidemus 22, 158.; amans rem in ea acquirenda solers est 24, 283.; qui rem amat, ejus multam mentionem facit 24, 521.

c) **Societatis.** Dives divitias celare non potest 1, 135.; dives sine necessitate opes erogat 24, 592.; dives omnis superbus est 22, 23.; opibus abundans saepe generosus est 10, 148.; qui desiderio potitur, celeriter desperare solet 24, 598.; qui commoda vita utitur, ad eum homines facile adsuescunt 3, 179.; qui re necessaria non eget, ea carentes deridet 2, 64.; paupertate pressus opes acquirere studet 24, 402.; qui necessario eget re, caecus est 14, 117.; pauper beneficia conferre solet 22, 154.; potens iratus timendus est 23, 333.; magnus si magnum consequi non potest, parvo contentus est 1, 452.; qui cum potentiore rem habet, vincatur necesse est 23, 557.; qui bonum non noscit ei pravum placet 24, 474.; qui re caret eum deridere solet, qui eam possidet 7, 150.; vilis a calamitate gentis commodum saepe percipit 25, 19.; a vili inlatam ignominiam ferre non possumus 23, 1.; vili nobis interdum opus est 1, 446.; qui a vili regnatur ejus conditio pessima est 7, 79.; adjutores non habens in patria peregrinus est 20, 74.; cui pauci adjutores sunt, is vincitur, at cujus propinqui multi sunt, ejus inimici pauci sunt 24, 313.; si injuria laesus queritur excusandus est 23, 151.; qui malum expertus est, timet 24, 383.; miser cum misero se conjungit 1, 322.; amatus convicio petitur 24, 579.; adversarium non habens sibi vincere videtur 22, 27. 29.; vituperatus interdum sine culpa est 10, 109.; amicus patris patruus est filii 14, 125.; quilibet amicus non est amicus unicus 22, 125.; quot amicos lacryma mihi acquisivit, tot notitia eripuit 22, 262.; qui totus pro te est, is totus contra te est 24, 444.; qui commodi tui particeps est, ejus noxa quoque ad te perveniet 5, 70.; vinculo quodam tecum non conjunctus nonnisi tantum auxilium tibi feret, quantum sibi utile est 18, 192.; fit saepe, ut qui conjuncti odio se persequantur, separati se ament 20, 3.; saepe ea, quae odit tibi molestior est, quam mater 10, 75.; peregrinus peregrino cognatus est 22, 253.; peregrini regionum tabellarii

sunt 19, 81.; propinqui nobis non semper auxilium ferunt 10, 143.; propinqui sibi mutuum auxilium praestant 24, 323.; pater etsi noxam tibi intulerit, optimus tuus amicus est 23, 603.; ut pater sic filius 23, 357. 625.; qui patrem ignorat, is re vera ignorans est 24, 607.; matris amor erga filios tanta est, ut amet eum qui ipsi malefacit 3, 55.; filius patri pulcher videtur 11, 3.; filius matri pulcher videtur 21, 26.; filius tuus est, qui in atrio tuo natus est 2, 69.; filius alter a matre alteri praefertur 28, 12.; filium suum amans erga orphanos misericors est 24, 540.; quem filii laetitia adficiunt, ei anima sua displicet 24, 272.; cui pudor est filiae patrui sui, ei filii non nascuntur 24, 473.; orphanus ploratum non discit 23, 402.; infans fructus cordis est 26, 136.; fieri potest, ut qui frater non sit, tibi tanquam frater auxilium praestet 10, 27. 76.; majores praeferendi sunt posteris 23, 217.; quod fur relinquit, divinator sumit 24, 494.; rex scitur et non discitur 12, 176.; regis umbra citius cessat 17, 17.; imperator forum est, ubi tam bona quam mala emi possunt 1, 428.: princeps gentis socios non decipit 23, 223.; qui princeps factus est, ei meritum et dignitas non desunt 23, 144.; principis jusculum qui edit, labium laedit 24, 597.; quando principes, ad quos in periculis confugiunt, desunt, homines metuunt 26, 76.; judicis cura melior est quam duo testes 18, 275.; apud medicum facundia est 1, 451.; sponsus maxime honoratus est 22, 143.; liber quando cupit, servus est; servus quando contentus est, liber 6, 241.; nobilem experientiae intelligentem non reddunt 22, 320.; inobediens saepe ad obedientiam cogitur 10, 224.; servus res eligere non potest 23, 538.; servus est pulchritudo et non est opum pars 10, 144.; ex omni exercitu malum aliis oritur 23, 190.

§ 3. De homine agente. Qui rem saepius facit, is per eam cognoscitur 24, 484.; qui agit rem magnam, absconditus esse non potest 24, 278.; excitans ad agendum ei similis est, qui agit 23, 120. 123.; qui necessitate coa-

ctus rem aggreditur, excusandus est 20, 65.; qui parvum laborem recusat, ei major imponendus est 15, 30. 44.; quilibet operi suo similis est 22, 153.; quilibet aut bonam aut pravam naturam agendo ostendit 22, 179. 23, 130.; nemo altius salit, quam vires permittunt 26, 138.; qui rem corrupit, ab eo reparatio exspectatur 24, 106.; omni intranti stupor est 23, 75., qui in loca mala intrat, suspectus est 24, 466.; non omnis jaculans scopum ferit 24, 79.; solus ad judicem veniens desiderio potitur 24, 324.; fieri potest, ut, qui festinet, redeat 28, 115.; interdum is, qui nasum tuetur, eum amputat 10, 20.; indicium rei faciens omnino gnaro similis non est 23, 540.; qui indicia rei videt, rem scit 10, 37.; unus qui alterum rem facientem videt, ad idem incitatur 18, 28.; qui viris servit, ei servitia praestantur 24, 601.; qui sibi non benefacit, is aliis non benefacit, 24, 520.; suam rem custodire, quemlibet maxime decet 12, 20.; qui vincit rapit 24, 509.; qui certamen contra alios omittit, virtute integra est 24, 248.; qui pulchritudinem petit, is molestias perferre debet 6, 33.; qui vitium quaerit, id invenit 24, 575.; qui ab aliis commoda petit, eis antea utilis esse debet 6, 255.; qui e calamitate gentis suae commodum petit, vituperandus est 12, 40.; qui viris fortibus occurrit, is vulneratur 24, 33,; qui aliis prodest, se perdit 22, 130.; qui primum rem concessit, postea eam negare non debet 1, 51.; multi sibi mutuum auxilium non praestant, dum pauci se invicem defendunt 1, 289.; mutuum rogantis pedes celeriores sunt quam solventis 10, 74.; qui optat, multum optet 1, 435., qui rem tuam expertus non est, rei tuae curam non habet 13, 73.; qui occisum parvi facit, is ejus occisorem parvi facit 24, 606.

Cap. II.

De statu et conditione.

§ 1. Gener. Status saepe facundior est quam lingua 10, 172.; status praesens tempore mutatur 18, 82.; mutata conditio efficit, ut rem haud noscamus 20, 71.; interna conditio ex signis externis cognosci potest 25, 26.; in corpore pravo potest esse animus nocendi pravus 14, 30.; cujus vita nobis non prodest, ejus mors convivium nuptiale est 24, 505.; quamdiu vivis res admirabiles videbis 24, 224.

§ 2. Corporis. Candor dimidium pulchritudinis est 2, 213.; quies sine opulentia inutilis est 28, 65.; debilitas est dubium 18, 194.; sanitas loco incantatoris est 20, 62.; incolumitas praeda est 12, 174.; pulchritudine corporis viri meritum haud nititur 3, 77.; juventus insania est, cujus sanatio senectus 13, 177.; facies juvenilis commendat 26, 137.; ex oculo, qualis vir sit, cognosci potest 16, 48.

§ 3. Animi. In amplitudine naturarum sunt thesauri rerum necessariarum 20, 106.; naturae pravitas contagio ad alios transit 12, 154.; saepe animi affectio ex uno oculi intuitu oritur 10, 219.; quum cor vulneratur, oculi plorant 1, 385.; ingenium virorum sub cuspidibus pennarum est 18, 285.; ingenium magis venerantur quam ensem 18, 295.; viri prudentia ex eo, quod eligit, cognoscitur 8, 72.; cognitio est caput religionis 10, 206.; scientiae pestis est oblivio 1, 268.; optima scientia ea est, quae omni tempore praesto est 7, 37.; doctrinae (s. elegantiae) non est ostendere doctrinam (s. elegantiam) 24, 578.; ignorantia, quae me alit melior est, quam prudentia, quam ego alo 5, 198.; ignorantia tua gravior est, quam paupertas tua 5, 204. oblivio est amuletum sterilitatis in scientia 18, 147.; dubitatio multa oritur e sinceritate, qua certum custodimus 22, 261.; nil dubii restat in animo tuo, quum veritas manifesta

est 18, 126.; metus ad rem invitam cogit 16, 17.; quod nos metuunt melius est, quam quod nos amant 10, 57.; quod nos metuunt, melius est, quam quod misericordiam nobis impertiunt 10, 8.; pertinacia tum nocet tum prodest 24, 316.; amor efficit, ut molestias perferamus 1, 203.; in amore consilium non est 23, 528.; in amore, qui per intercedentem oritur, nil boni est 23, 592.; amoris oculus verax non est 18, 276.; quo magis rei dediti sumus, eo magis eam amittere timemus 12, 90.; in amore electio non est 1, 481.; odium e sermone et facie cognoscitur 19, 72.; odium inimici e facie cognosci potest 26, 65.; ira amantium cito cessat 19, 67.; ira est indicium, quod quis rem expedire nequit 1, 215.; desperatio a desiderio eum retinet 28, 141.; in invidia invido nulla est utilitas 23, 191.; invidia est noxia 10, 142.; hypocrisis e vilitate oritur 25, 158.; consuetudo efficit, ut a re ingrata nos separare nolimus 10, 117.; consuetudo est naturae soror 28, 288. 290.; consuetudinis remotio difficilis est 1, 439. 18, 298. 20, 130. 25, 74.; consuetudo pejor est quam debitum 18, 86.; somnium et vota fratres sunt 6, 145.

§ 4. Societatis humanae. Hominum conjunctione utilitas paratur 8, 15.; qui est laetitiae modus in conjunctione idem in separatione est 2, 127. 201.; congregationi omni separatio 23, 127.; principatus initium dulce est, finis amarus 1, 473.; imperium ei non est, cui non obeditur 23, 292.; propinquitatis vincula rumpuntur, si gens de regno pugnat 24, 320.; remotio a munere virorum repudium est 18, 289.; absentiae diuturnitas causa est, cur mutuus amor cesset 16, 41.; opulentia est incantamentum scortationis 19, 79.; abundantia est additamentum ejus, quod satis est 20, 123.; necessitas nos cogit ad res ingratas 6, 98.; necessitas astum rumpit 6, 245.; distinctio est infelicitas 3, 185.; calamitas una levior est quam duae 26, 62.; una calamitas alteram adducere solet 1, 333.; malum, quo plures adficiuntur, facilius ferri potest 13, 72.; periculum in loco,

ubi securi sumus, oriri potest 18, 39.; bellum injustum est 6, 77.; belli ignis multum ardet 25, 90.; bellum civile tristitiae fons est 20, 128.

Cap. III.

De actione et sermone.

§ 1. De actione. Factum laudabile cum molestia conjunctum est 2, 115.; negotia sunt vices 7, 163.; factorum testimonia justiora sunt quam virorum 13, 176.; laboris fructum saepe non percipimus 10, 166.; pertinacia tum prodest tum nocet 24, 316.; migratio est poena, quae in exemplum sumitur 25, 165.; iter magnis molestiis conjunctum est 12, 88.; inspectio nuntio praeferenda est 6, 203. 23, 46.; visus saepe disertior est quam lingua 10, 115. 171.; risus multus verecundiam tollit 22, 301.; coitus amorem corrumpit 25, 167.; venditio cum pecunia parata melior est, quam magna summa cum solvendi mora 14, 123.; venditio modo magni modo parvi pretii est 1, 43.; quaestus pravitas impedit, quominus, qui simus, aperiamus 12, 71.; electio inter duas res, quas ambas cupimus, difficilis est 21, 45.; victoria de debili reportata fuga est 17, 18.; injustitia propinquorum magis laedit, quam gladii ictus 17, 35.; male ferre paupertatem nobilitatem diminuit 12, 39.; perfidia librorum ex infirmitate virtutis viri oritur 19, 73.; error redit 19, 80.

§ 2. De sermone. Lingua est serva cordis 23, 571.; lingua vani haesitat in re apparente 23, 572.; linguae difficultas miserior est, quam manus ariditas 18, 21.; sermo mas est et responsio femina, e quibus fetus gignatur necesse est 22, 178.; sermoni conveniens locus est 23, 169.; e sermone calamitas oritur 1, 35.; qui e sermone voluptatem capit, is per responsum infelix est 26, 614.; omni verbo responsum non est 24, 551.; verba verbis repellere res

facilis est 12, 73.; loquens modo errat modo rectum dicit 13, 13.; narratio ad imitandum incitat 6, 121.; narrationi aromata necessaria sunt 23, 599.; rumor etsi falsus est, tamen nobis nocere potest 24, 49.; rixa interdum utilis est 28, 73.; quum inter si disputant litigantes, stultos se ostendunt prudentes 1, 387.; mendacium non est res nova 24, 82.; minae sine factis contra hostem inutiles sunt 14, 29.; reprehensio inutilis est, se res corrigi non potest 12, 1.; reprehensio maxime ingrata est 10, 216.; vituperans interdum vituperatione dignus est 10, 60.; objurgatio inutilis est, si non admittitur 23, 88.; objurgatio melior est quam odium occultum 18, 142.; objurgatio post mortem non est 23, 591.; quamdiu unus alterum objurgat, eum amat 18, 150.; monitor nobis suspectus est 23, 424.; qui tacet confitetur 21, 99.

Cap. IV.

De rebus.

§ 1. Gener. Res auctori similis est 24, 533.; res ex eventu cognoscuntur 25, 33.; res nonnisi postquam apparuit, cognosci potest 2, 110.; res ad eos maxime spectat, qui de ea solliciti sunt 1, 147.; res ad quam adsuefacti sumus non terret 2, 209.; rem, quam ad finem perduximus, abjicere solemus 12, 171.; una rei pars alteri apta esse debet 6, 232.; rem quam parvi facimus, periculo exponere debemus, ut commodum inde capiamus 6, 37.; omnis res initio suo, qualis futura sit, docet 18, 83.; omnis res originem habet 22, 169.; omnis res et ejus pretium 22, 246.; omnis res vendibilis est, si pretium datur 23, 377.; quaelibet res nostra, si eam cum altera haud comparamus, optima videtur 22, 27.; res quae parvo sufficit, magno haud sufficiens est 1, 331.; omni rei apparenti est interna conditio naturae apta 23, 203.; saepe res angusta fit ampla

10, 226.; res parvae magnae fiunt 28, 121.; parvum cum parvo conjunctum magnum fit 9, 6.; saepe res vilis cara pretii est 10, 225.; res pretiosae admodum paucae sunt 1, 302.; res difficilis et facilis inter se conferri non possunt 24, 159.; omnis res prohibita desiderata est 22, 248.; res praesens tempore mutatur 18, 52.; rem naturae contrariam nemo ferre potest 23, 589.; si res nobis utiles bono statu sunt; minus utiles sine dolore amittimus 1, 69.; sire i initium bonum est, ejus quoque finis bonus est 24, 173. 28, 62.

§. 2. Special. Bono carere melius est quam malum habere 11, 56.; bonum est consuetudo 7, 83.; malum malo simile est 13, 66.; maximo malo parva causa esse potest 13, 99.; malum est antiquum 13, 178.; saepe mala homini commodum parant 10, 228.; prava res nonnisi pravam producit 5, 127.; omne veniens propinquum est 22, 254.; omni antiquo est reverentia 23, 583.; novum non vincit antiquum 18, 173.; omni novo est voluptas 23, 582.; omne auctum diminuitur 22, 250.; omni capiti cephalaea est 22, 255.; caro et vinum homines corruperunt 20, 53.; alimentum optimum est id, quod sufficit et optima laus est occulta 7, 87.; nobilis viri sanguis est vindicta, quae iram sedat 8, 53.; nummi animae sunt quae fluunt (currunt) 8, 77.; nummi emplastra sunt 8, 80.; nummi nummis acquiruntur 8, 84.; nummus aureus parvus multos argenteos aequat 8, 84.; pecunia est optimus legatus 23, 640.; pecunia parata est animorum sapo 25, 169.; pecunia parata pauca aeri alieno incerto praeferenda est 13, 98.; opibus est incrementum 5, 147.; una opulentiarum est parvus familiae numerus 21, 169.; ubi divitiae sunt, ibi petentes sunt 2, 98. et ibi homines conveniunt 1, 332.; parvum donum ab avaro datum gratum est 8, 38.; parvum donum ab avaro datum multum habendum est 22, 28.; dona, quae judici dantur, ipsi perniciosa sunt 23, 199.; quum gladius acutus est, efficitur ut vagina attrita sit 21, 176.; sol in pauperem magis misericors est 13, 104.

Cap. V.

De loco et tempore.

§ 1. De loco. Non omnis locus haud custoditus talis est, ut per eum in hostium terram intres 24, 75.; una regio prosperior alterâ est 2, 109.; fora sunt mensae Dei cibis obtectae 12, 168.; in foro aut mercatura friget aut multa est 23, 148.;

§ 2. De tempore. Tempus nunquam senescit 20, 23.; tempus omnes res mutat 8, 54.; tempori vicissitudines sunt 1, 118. 182. 261.; omne tempus rem, quae in eo exspectari potest, adfert 23, 44.; omni tempori viri sunt 23, 201.; dies profectionis tibi tantam molestiam adfert, quantam dimidium itineris 28, 167.; nox caeca est 23, 49.; nox omnes res tegit 23, 56.; nox est clypeus fugientis 23, 588.

Sect. 3.

De optatis, adhortationibus, mandatis, interdictis minisque.

Utinam longe a me remotus sis! 23, 58.; utinam omnes homines praestantia inter se sint aequales 23, 77.; o Deus! fac, ut alii felicem me esse opinentur, non mei miseratione moveantur! 23, 265.; recens natus infans commodo tibi sit! 27, 139.; conjugium cum concordia et liberis conjunctum sit! 2, 68.; conf 5, 97.; sit ejus initium bonum et felix! 18, 138.; Deus a nobis inopiam post abundantiam retineat! 25, 52.; ne res perficiatur! 12, 92.; intres et agas! 23, 86.; vinum gustes! 9, 20.; opertet ita

*) Lectores monemus, in capite quae de cogitandi et agendi ratione, qualis ex Arabum proverbiis cognoscatur, agat, plura proverbia reperiri, quae ad optata, adhortationes, mandata et interdicta pertineant. Quae generaliorem sensum praebent, hoc loco adnotavimus.

agas! 6, 148.; prodi contra me! 6, 236.; fac, ut quisque rem suam agat! 24, 88.; imple omnino viri desiderium! 10, 67.; absconde id, quod Deus abscondit! 12, 182.; vehementer agas et tibi praemium erit! 14, 76.; libero arbitrio utaris! 6, 230.; bono animo sis! 23, 257.; curis liber sis! 20, 66.; ex externis signis, qualis sit! cognoscere studeas, 23, 312.; malum ei infer! 18, 154.; relinquas virum ejusque opus! 22, 56.; loca aliis suspecta evita! 8, 45.; bene interroges, ut scias! 24, 498; in dubio interroges! 27, 194.; nuntia ei rem sensim sensimque! 7, 56.; explica mihi rem, tum rebus meis prosper successus erit! 25, 31.; omittas rem decretam! 8, 39.; ne rem dissipes et laceres! 23, 422. ne rem omnino manifestam abneges! 2, 90.; ne ita agas, ut amicitia nostra rumpatur! 23, 352.

Minae autem, quae in proverbiis occurrunt, variae sunt et Arabum conditioni aptae. Sic in locis C. 23, 20. 23. 24. 31. 62. 76. 90. 93. 115-117. 141. 142. 160. 181. 184. 194 214. 219. 221. 232—234. 250. 374.

Sect. 4.

De laude*), admiratione et benedictionibus.

Ars divinandi laudatur 24, 603.; securitas (laudatur) 23, 447.; vir laudatur 24, 112. 27, 51.; agendi ratio laudatur 1, 305.; res admiratione digna est! 18, 37.; Res bona et admiratione digna! 23, 106.; mendacium admirabile! 28, 7.; In benedictionibus aut longa vita optatur 2, 136. 16, 38.; aut pulchra vitae conditio 7, 35. 16, 6. 18, 78. 24, 40. 27, 30. 49.; interdum beatitudo in

*) Multa proverbia, quibus laus inest, in proverbiis describentibus inveniri, jam supra observavimus; benedictiones autem cum optatis quodammodo consentiunt.

altera vita 10, 173.; Proverbia autem in quibus Dei nomen in benedictionibus occurit, post Islamismum orta putanda sunt.

Sect. 5.

De conviciis, ludibrio, sarcasmo et exsecrationibus.

Et convicia dicta in proverbii consuetudinem venerunt. Aut a matre et patre, ut 23, 428. 456 28, 67.; aut a corporis, ut 28, 80. 145.; et animi conditione C. 28, 82.; aut ab agendi ratione, ut 28, 165. desumta sunt. Deridetur quoque in proverbiis tum conditio tum agendi ratio in homine. Adflictus et frustratus deridetur C. 13, 47.; infelix 10, 95.; timidus 10, 13.; odiosus 26, 57.; delirans 27, 82.; et bonum consilium non admittens 26, 50.; et potestatem sibi arrogans, quam non habet 1, 224.; et minans 23, 95. 387. 24, 393. 25, 142. Exsecrationes in proverbiis aut generales sunt aut ad Deum directae. Calamitates imprecantur vario modo ex. gr. Adfligatur! 2, 2. 3. 11. 12, 84. 14, 17. 18, 280.; infelix sit! 4, 22. 14, 14. 23, 37. 401. 24, 130. 206. 212.; ne gaudio adficiatur! 12, 41.; pauper sit! 21, 48.; morbo adfligatur! 2, 24. 36. 108 26, 80.; prole careat (mulier)! 5, 97.; occidatur! 10, 3.; pereat! 2, 36. 18, 77. 179. 188. 189. 279. 19, 34. 20, 11. 23, 243. 548. 549. 27, 141. 144. 28, 12[illegible].; mortuus sit! 2, 35. 36. 3, 54. 91. 4, 20. 21. 10, 6. Ea autem, in quibus Deus tanquam auctor nominatur, non multum diversa sunt, ex gr. Deus eum calamitate adfligat! 10, 127. 138.; ne Deus eum a calamitate liberet! 23, 332.; dedecore eum Deus adfligat! 5, 67.; paupertate Deus eum premat! 2, 105. 5. 113.; Deus eorum bona perdat! 2, 83.; morbo eum Deus adficiat! 24, 59.; stultitiam ejus Deus augeat! 19, 11.; Deus eum perdat! 1, 307. 3, 52. 5, 71. 123. 10, 4. 5. 99. 134—137. 12, 83. 14, 54. 64. 23, 32. 460. 465.

Lib. III.

De modo, quo proverbia prolata sunt et proverbiorum forma.

Cap. I.

De modo, quo proverbia prolata sunt.

Venienti mihi ad tertiam disquisitionis partem, modum sc. quo prolata sint proverbia et formam, qua gaudeant, primum observare liceat, proverbiis omnes loquendi modos contineri, ut describentis et narrantis tam negantis quam affirmantis verba sint C. 21, 44. 64. 24, 35. aut imperantis 21 56. 23, 268. aut optantis 18, 111. 23, 173. aut interdicentis 23, 339.; aut rogantis et respondentis 27, 2. 74. 75. 133. 28, 9. aut exclamantis 23, 73. 28. 7. 85. aut invocantis 28, 13. 80. Conditio quoque interdum verbis inest, e qua altera res pendet. 23, 170. 262. In proverbiis ellipses aut majores aut minores saepe invenimus 1, 88. 22, 103. 24, 394.; In hisce rebus proverbia Arabica, nisi quod Arabibus diversus loquendi modus est, ab aliis non differunt. Inveniuntur quoque proverbia, quorum sententiae propriis verbis expressae sunt conf. 24, 381. sq.; magna autem proverbiorum Arabicorum differentia in eo cernitur, quod Arabibus proprius comparandi et metonymice loquendi modus saepe adhibitus est. Istae autem comparationes et metonymiae tum e vita Arabum derivatae, tum cogitandi et loquendi rationi aptatae sunt. Quae quum variae sint, exemplis illustrare necesse est. Ab hominibus, quorum status agendique ratio cum hominibus, bestiis rebusque comparantur, initium facimus.

Homo probus, qui vitium semel commisit, cum pulchra femina, quae menstruis subjecta est 6, 55.; bonus vicinus

cum Cahbo ben-Mamah 5, 27.; is qui promissis non satisfacit cum Ohrkubo 7, 103.; secreta bene servans cum eo, qui aquam in utrem indit, bene consutum, ut humorem non transmittat 5, 55. comparatur. Qui res suas bene ac firmiter instituit, is utrem suum modo non facile solvendo ligare dicitur 23, 296.; qui autem rem non diligenter tractat, is cum eo confertur, qui camelam toto corpore unguendum nonnisi in quibusdam corporis partibus unguit 23, 69.; conf. 20, 1. 21, 67. Qui rem alteri ingratam peragit, is cameli annulum ligneum movere dicitur 23, 296.

Hominis conditio cum bestiis eorumque partibus membrisque comparatur. Qui omnibus rebus destitutus est, ejus status similis perinaco asini est 3, 111. Qui omnibus inutilis est cum ventre asini 3, 66.; homo inquietus cum corvo decidente, qui mox avolat, 22, 69. comparatur; homines autem deleti cum cornu resecto, cujus vestigium vix superest 3, 118.; hominum commoda vita cum cameli pupilla 27, 13. conferuntur.

Dives avarus cum capra quae lacte abundat; sed papillarum foramina angusta habet 1, 83.; generosus vitiorum expers cum admissario, cujus latera libera sunt funibus contortis 21, 106.; multis vitiis laborans cum capris multis morbis expositis 18, 43, qui rei omnino deditus est, ut ab ea non recedat, cum chamaeleonte arboris Tandhobah 6, 116.; qui aliter quam modo consueto se gerit cum rupicapra, quae in campo depresso pastum it 10, 157.; qui multum corrumpit, cum locustis, teredine, tinea etc comparatur 20, 78.; sqq. Qui negotium finierat, fraenum ex ore dejecisse dicitur 5, 21.; qui e loculo suo alitur, is camelus est, qui e ventre suo ruminat 5, 108.; conf. 1, 359. Qui alteri ipsi benefacienti malefacit, cum bestia comparatur, quae fimo ipsi foenum porrigentem conspurcat 6, 40.; cui negotium difficile impositum est, quod perficere nequit, cum pedes trahere tanquam onere gravatum animal dicunt 5, 36. Qui negotium ipsi impositum perficere re-

cusat, is cum camelo comparatur, qui onus portans mugit et cujus onus eam ob causam augetur|1, 75. 76.; conf. 1, 93. 312. 343. 3, 33. 39, 84, 110. 5, 2. 40. 9, 45. 10, 120. 124. 12, 60. 79. 100. 18, 29. 30. 24, 177. 26, 26.

Qui magno honori Arabi est, cum inter aurem humerumque sibi esse dicit 1, 246. Vir prudentia aliis utilis truncus appellatur, ad quem cameli se fricant 5 12.; avarus autem est igniarium ligni duri 11, 13. 14, 21. Duo intime conjuncti amici cum baculo ejusque cortice interiore comparantur 2, 16. Homo gratias agens cum arbore Barwakah 13, 139.; pravus qui honore adficitur cum arbore Ohrfuthah pluvia irrigata 18, 196.; duo diuturna societate conjuncti cum duabus Hulwani palmis 16, 2.; aut cum locis, sideribusque 16, 60. 61. conferuntur.

Qui obedientiam praestat, postquam rem recusaverat, de eo dicunt: submisit se hasta, quum instrumentum, quo recta redditur, eam momordisset 8, 1.; qui autem summopere adflicto rem imponit, cum sella, quae verticem gibbi vulnerati adficit, comparatur 10, 159. Homo denique furibundus cum torrente, qui arbores obruit, confertur 19, 4.

Amicitiam inter homines firmissimam eo designant, quod cophinum laqueolis invicem insertis clausum esse dicunt 1, 154.; iram cum prunis ardentibus 27, 112. conf. 19, 2.; beneficium, cujus utilitas statim adparet, cum pluvia, qua planta Arfadj irrigatur, comparant 22, 81.

Rarius bestias cum hominibus comparant, ut in proverbio 1, 73.; factum esse videmus, ubi cameli pulchri, quos possessor mactare recuset, lanceas suas sumsisse se pulchritudine quasi defendentes dicuntur.

Res cum bestiis rarius, cum rebus saepius comparantur. Res multae cum locustis 5, 86.; comparantur. Pullus asini, qui onagro opponitur, rem paucam designat 5, 42. Describentes rem parvam, quae magna evaserit, juvencum factum esse admissarium dicunt 1, 78. Locus

herbis densis tectus cum struthiocamela in pectore decumbente comparatur 3, 97.

Res similes et cognatas dicunt esse corrigia e corio suo dissecta 1, 152. 3, 121. Res difficilis cum ovis avis Sammah 22, 70.; res clara cum lacte puro 14, 62. 63.; res excellens cum dactylo corvi, quod corvus optimos dactylos semper eligit 14, 51.; res pauca cum gruma lactis 12, 44.; res impossibilis cum lacte, quod in mammam reduci non potest 14, 100.; res duae aequales cum genibus cameli 22, 140. comparantur.

Cap. II.

De proverbiorum forma.

Quod ad formam adtinet, proverbia in tres classes dividere licet. Habent aut versus metrum aut homoioteleutum sive magis perfectum et cum membris conjunctum sive minus perfectum, ut in singulis vocibus reperiatur, quibus interdum lusus inest aut prosa et simplici oratione constant.

Poetae antiquissimis temporibus in magna erant auctoritate (conf. libr. meum: Darstellung d. Arab. Verskunst p. 374. sqq.), ita ut eorum verba legum et oraculorum loco haberentur. Mirum igitur non videtur, quod singuli poetarum versus, qui vim in hominum animos maximam haberent, in proverbiorum consuetudinem venirent. Sed ob indolem gentis poeticam haud raro factum videtur, ut qui poetarum nomine non uterentur, haud animadvertentes versus dicerent. Non omnia igitur proverbia, quibus metrum est, poetis adscribenda sunt. Quod proverbia, quibus metrum est, inter ea praesertim locum habent, quae ab Arabibus genuinis originem traxerunt, hujus rei causam in eo videre licet, quod inter Arabes, deserti incolas, poesis maxime floreret et poetae maximam auctoritatem haberent. In proverbiis, quorum auctores

Arabes haud genuini sunt, metrum non tam frequenter invenitur. Difficile autem est dictu, quibusnam semper proverbiis poetarum versus subjaceant; fieri enim potuit, ut verbis aut mutatis aut auctis aut diminutis metrum corrumperetur conf. C. 1, 62, 64. 2, 62. 18, 64. 21, 61. 23, 97. 333. 24, 112. 150. 263. 277. 329. 26, 22. Poetae quoque quum versibus suis proverbia intexerent, non omnia proverbia, in quibus metri pedes conspiciuntur, poetis tanquam primis auctoribus adscribendi sunt. Sic in proverbio, quod C. 1, 64. legitur, res dubium habet, poeta enim iste, quemadmodum ex aliis locis intelligimus, in istam consuetudinem se adduxerat. Quamquam plures auctores nonnisi proverbiis e poetarum versibus derivatis operam dederunt, ita ut caeteris exclusis ea tantum colligerent, Meidanius tamen aliique auctores huic rei parum tantum, curae impendisse videntur, quippe quum proverbium e poetae versu desumtum esse adnotare interdum neglexerit: conf. Harir. schol. p. 555, quo in loco proverbium C. 3, 30. explicatur tanquam e versu derivatum. Inter proverbia, quae ab Arabibus genuinis originem traxerunt, septingenta septuaginta septem reperiuntur, quae ad metrum revocare licet, inter proverbia, quae Arabibus haud genuinis tribuuntur, unum et septuaginta. At vero quaedam metra in singulis pedibus aequalia sunt, ut, ad quaenam metra proverbia pertineant, interdum non liqueat. Metri Monsarih appellati pedes – – o – ⏑ – – – cum metri Sarih et metri Redjes pedibus consentiunt, tum pedes metri Camil – – o – | – – pedibus metri Sarih et pedes metri Wafir o – – – | o – – pedibus metri Hesedj conveniunt. Saepissime autem quum accidat, ut pedes metri Sarih et metri Redjes conveniant, non dubitamus, quin inter proverbia, quae ad metrum Sarih retulimus, plura metro Redjes accensenda sint. Quae vero dubitatio inde orta est, quod in proverbiis neque finalis enunciandi modus certus est neque semper omnes metri pedes continentur. Quo autem minus recedit metrum a sermonis communis modo et ratione, eo pluribus prover-

biis proprium est. Inde factum est, ut metri Redjes appellati pedes trecenta sexaginta quatuor proverbia habeant, metri Sarih ducenta quadraginta sex, metri Camel appellati sexaginta quinque, metri Ramal triginta octo, metri Basith triginta quinque, metri Wafir triginta duo, metri Thawil viginti septem, metri Chafif viginti et unum, metri Motakarib sedecim, metri Monsarih duo conf. C. 7, 24 in quo dubium est, et 11, 3.; metri Madid unum C. 26, 15. et metri Hesedj unum 3, 77, quod utrumque dubium est.

In quibusdam proverbiis ex. gr. C. 2, 85. 3, 77. 182. 5, 135. 21, 103. 23, 122. 357. 24, 234. 523. 28, 46. quum et metri pedes et homoioteleuton nec non verborum similem sonum observemus, in iis non tam metri quam homoioteleuti et verborum soni rationem habuisse videntur auctores.

Magna quoque quum sit homoioteleuti facilitas in lingua Arabica, ut in ipsa prosa oratione obviam saepe sit, in proverbiis omnium quidem temporum; sed in proverbiis serioris temporis frequentius occurrit. Quod homoioteleuton aut magis aut minus perfectum est, aut membra habet C. 22, 72. 112. aut nonnisi verborum simili sono nititur C. 23, 176. 24, 265. 401. 488. 27, 145. Interdum fit, ut utraque res conjuncta sit conf. 24, 534. In quibusdam denique proverbiis lusus in verborum sono observatur conf. 3, 32. 18, 118. 24, 459. 526. 586. Illud autem tum homoioteleuton tum verborum similis sonus in trecentis octoginta novem proverbiis, quae Arabibus genuinis tribuuntur, invenitur; in proverbiis centum et quinquaginta, quae Arabum haud genuinorum sunt, eadem res exsistit.

Hisce autem rebus diligenter perpensis sequitur, pane quartae omnium proverbiorum Arabicorum parti, quae res majoris momenti videtur, tum metri pedibus tum homoioteleuto et verborum simili sono, poeticum colorem et rationem inesse.

Lib. IV.

De cogitandi et agendi ratione, qualis ex Arabum proverbiis cognoscitur.

Sect. 1.

De Deo, mundo et hominibus, tempore, fortuna, fato et morte.

Cap. I.

De Deo.

Deo est summa potestas, contra quam homo nil valet 1, 445.; et omne, quod fecit, bonum est 7, 167. 24, 554. Contra Dei decreta hominis diligentia nil valet 1, 323. et nemo diutius vivit, quam a Deo decretum est 1, 440. 23, 537. 580. Quivis dies homini a Deo decretas res adfert 28, 30., quae ei contingunt 12, 165. Infortunium ab eo destinatum nemo effugere potest 2, 128. 11, 57.; cautio igitur in rebus a Deo destinatis inutilis est 5, 91. 23, 343. 415., nec non labor a nobis susceptus 10, 174. et astutia 24, 189. Sed in ipso Deo supplementum omnis rei invenitur, quae e manibus nostris elapsa est 20, 54.; quapropter*) Deum timere debemus 3, 85. et in eo fiduciam ponere 3, 167. 23, 200. In Dei auxilio spes ponenda est 12, 86.; nam si Deus nos servat, melius est, quam quod incantamentis utimur 6, 140. 26, 69. Quum Deus animi

*) Proverbia singula sensu inter se non cohaerere nemo non videt, quae si vero tanquam cohaerentia descripsimus, id eam ob causam factum esse putetis, ut cogitandi et agendi causam indicemus et legenti minus fastidii oriatur.

propositum noscat 23, 55., erga eum sincere nobis agendum est 24, 253. Religio nobis sincerum monitum est 8, 51.; sed si panis non fuisset, Deus cultus non esset 23, 567.

Cap. II.

De mundo et hominibus.

Mundus hic est aes alienum et compensatio 8, 81., nec non pons, per quem in alterum (qui pulcher est 6, 206.) transimus 8, 79. Ne magna ob res mundanas tristitia adficiaris, quum mundum relicturus sis 27, 135. Qui a rebus mundi liber esse vult, eas relinquat 1, 28.

Hominum naturae diversae sunt 13, 1. 24, 121. 190. 199. 25, 13. 86, ut eandem ob rem, etsi minimi momenti sit, alii tristes alii laeti fiant 24, 115. Res quoque uni nocens alteri utilis est 24, 546. Hominum naturae in itinere se ostendunt 12, 89.; natura ipsa difficilis mutatu est 18. 291. 294. 298. Omnes quum sint peccatis subjecti 1, 65. 22, 107. 183. 23, 276. 25, 42. 47, optimus quisque labitur 23, 73. 74. et in magno hominum numero parum boni est 25, 44. 26, 16. Viles numerosiores sunt 2, 187. Homines vitam commodam ferre non possunt 2, 211. et res ipsis denegatas maxime cupiunt 2, 216. 3, 31. 24, 136. Nemo igitur eis satisfacere potest 10, 65., ut melius sit, ab hominibus metui quam amari 7, 91. 20, 35.

Cap. III.

De tempore, fortuna, fato, morte.

Tempus maximam vim in homines exercet, ut ei similiores quam parentibus sint 25, 168. Quamquam leniter agere videtur, tamen omnes res perficit 8, 56., ut efficacissimum sit in rerum permutatione 8, 54. Dies omnem statum mutant, ut nova res vetus fiat 22, 35.; nam, quando

res perfecta est, diminui incipit, 12, 74.; et res peregrinas mirasque nobis ostendunt 28, 33. Tempus omnes res perdit 23, 209., a modo recto declinat et in una ratione non perseverat 8, 57., nam ei vicissitudines sunt 28, 46. 71. 111. 120. Tempus hominem rem peragere cogit, quam antea noluit 28, 32. Qui igitur cum tempore certat, pedem offendit 24, 471. et vincitur 24, 612. Contra tempus patientia tanquam medicina adhibenda est 27, 192. Qui ob tempus plorat, is, qui deploretur, dignus est 24, 497., et qui tempus objurgat, ejus objurgatio longa est 24, 290. 344. Nihilominus optimus est praeceptor 25, 180.

Fortuna multum adjuvat 5, 208. et scientiae praeferenda est 23, 265. Fortuna vera ea appellanda est, quae a nobis res ingratas depellit 23, 288. Fortuna dormienti favere potest 23, 480.; eadem multum, molestia parum juvat 5, 83. Eaque cessante hostis valet 1, 101. Sed fortuna, quam sequens infortunium delet, commodo nobis non est 23, 100.

Fatum*) virum optime custodit 6, 140. Omni fato est adducens 23, 211. Dei praedestinatio una lucrificantium est 3, 189. Ne autem fato deditus sis, nam te impellit ad male faciendum et te incitat ad minus faciendum, quam debes 23, 644. Mortem nemo effugere potest 1, 48. 284. 22, 137. 23, 413. 24, 585. 25, 62.; nam cuilibet mors subeunda est 23, 202. Qui mane vivit, certus esse non potest de vita tempore vespertino 10, 231. Praeclarus clypeus est vitae finis tardans 25, 64. Quam pulchra est mors, quando vitae finis adest! 24, 550. et mors in agmine bona est 24, 580. Post mortem dolores non sunt 24, 581., et qui mortuus est, in vitam non redit 22, 302. 23, 40.

---

*) Non habet significationem, quam Graeci aut Latini admiserunt; sed praedestinationis et decreti divini.

Sect. 2.

De virtute, officiis, peccatis, poenitentia et cupiditatibus.

Cap. I.

De viro bono et pravo.

Vir bonus, cujus fama obscura est, ei praeferendus est, qui ob malefacta in hominum ore est 7, 43.; optimus autem is putatur, qui de salute hominum laetatur 7, 161., sibi optimus est 7, 160. et viam in medio positam tenet 7, 61. Pravus autem jumentum suum non aequat 10, 235. et pessimus is est, qui levis, ad iram pronus et perfidus est 13, 76., tum is, qui non curat, quod ipsum prave agentem alii videant 13, 175.

Cap. II.

De virtute et officio.

Probum id factum appellatur, quo homo tranquillus et contentus fit 22, 249.; et optima opera sunt, quae diu durant 7, 158.; virtus est animi interna conditio 23, 531. 532. Locus officii portioni homini datae aptus est 24, 400. Est autem hominis officium se ipsum cognoscere 3, 79. et bonum a malo discernere 20, 16. In agendo id nobis cavendum est, de quo excusare debemus 1, 172. 13, 71.; et ita agendum est, ut nobis honori sit 1, 265. 5, 117. 6, 36. Ne id facias quod te indignum est, quum te alii in agendo sequantur 23, 423. Recta via nobis incedendum est, dum veritatem sequimur 23, 226. Viam manifestam relinquere non debemus via dubia incedentes 23, 467. Castitas vitae maximum homini adjumentum est 18, 293. et si quis probe

egit, in ipso damno, quod tempus ei intulit, solatium habet 20, 37. Bene igitur agat, ut fructum sibi ferat 28, 85. et paradisum sibi petat, nam ignis infernus in manu est 18, 277. Sed ante alios bene agas, nam incipienti praestantia est, etsi imitans pulchre agit 20, 126. Mohammedano autem non licet in incredulorum regione habitare 23, 362.

Cap. III.

De peccatis,

Timor Dei a rebus illicitis honinem retinet 3, 85. Malefactum quodlibet punitur 3, 7. 71. 142. 22, 15. 18. 24. 231. 28, 173.; nam omni operi retributio est 23, 565. 25, 59. Qui res pravas consulto aggreditur, vituperatione dignus est 10, 54. conf. 1, 263. Patientia autem in rebus illicitis evitandis facilior est quam in ferenda poena Dei 14, 129. Excusandum quidem est peccatum ob res ad id excitantes 2, 34., et bonus vir, qui semel peccavit, excusationem meretur 6, 55.; nam optimus quisque errare potest 10, 71. et generosus interdum peccat; sed peccatum iterum non committet 23, 287. Nihilominus tamen vitii contemplatio vitium est 3, 169., et pudor, quo quis a rebus illicitis retinetur, pars religionis est 6, 113. Si a crimine liber es, propinquus esto 22, 152.; si crimen commisisti, procul abi! 22, 151.

Cap. IV.

De poenitentia et peccatis corrigendis.

Qui peccavit, peccatum confiteatur et ad Deum se convertat 25, 58.; poenitentiam agat 3, 126. 162. 13, 174. et peccati veniam petat 24, 255.; nam poenitentia crimen delet 23, 632. Se corrigat homo, priusquam magna calamitate adfligatur 20, 27.; qui ad pristinam naturam redit,

vituperandus est 10, 170. Sed potius vituperium et malum fugiat 13, 41.; nam crimen omittere facilius est, quam poenitentiam agere 3, 7. Pravus autem naturâ semper sic manebit 10, 236.; nam cujus interna conditio corrupta est, ei nullum remedium est 24, 364.

Cap. V.

De cupiditatibus virtuti contrariis.

Cupiditates, quae diversae in hominibus sunt 23, 177., hominem in servitutem redigunt 24, 485. Consentientibus cupiditatibus, in quibus litigatio non est, 23, 529., ratio vincitur 22, 176. Resistendum igitur nobis est 1, 273. 7, 162. 174. 23, 593., quum sint perniciosissimae 3, 107. 10, 80. 89. 123. 11, 48. 12, 2. 91. 16, 97. 98. 20, 51. 22, 176. 23, 425. 24, 376. 27, 190.; nam desiderium saepe ad mortem ducit 10, 78. 79. 229. Vinculum quoque sunt, quo homo maximo dedecore adficitur 20, 51. Bona autem contra cupiditates janitrix demissio oculorum est 25, 156.

Sect. 3.

De agendi modo et ratione.

Cap. VI.

De praecipua agendi causa.

Omnis vir commodo suo inservit 22, 252. et bonum sibi comparare vult 22, 109. Operam igitur des, ut commodum assequaris 24, 507. et laetitiae occasionem arripias 27. 138. Sui quisque ipsius rationem habeat, priusquam alios curet 28, 3.; sed qui virtutis specie suo tantum commodo inservit, vituperandus est 24, 144.

Cap. VII.

De labore et industria.

Labor commendandus est 456. 6, 231. et industria 23, 278, nam qui opus semper facit, postea quiete frui potest 24, 613. et qui operam dat, is pascit 24, 506.; sed ne continuo opere tuo aliis molestiam crees! 10, 10. Ignavia vero est vituperio digna 18, 193. Qui bonum assequi vult, clamorem tollat 10, 48. et qui bono frui vult, molestias perferat 6, 253. 23, 634. conf. 22, 80. 6, 93. Ut ad laetitiam perveniat, res ingratas homo suscipere debet 1, 376.; quamquam in voluptate, quae nobis grave onus imponit, nil commodi est 24, 568. Res autem gravis pauco labore non perficitur 23, 530.; sed, ut rebus speratis potiamur, pericula subeunda sunt 24, 609. Vituperandus est, qui cibum avide deglutit et in opere tardus est 1, 339. Sed opus leniter tracta, ne noxiam inde capias 24, 50.; molestia superflua evitanda est 10, 42. Ars in manu est securitas a paupertate 14, 133. 24, 508. et qui artem suam relinquit, cum fortuna relinquit 24, 496.; omnibus vero artibus agricultura praeferenda est 7, 86. Mendicatio est postremus viri quaestus 24, 129.

Cap. VIII.

De rebus agendis aut omittendis.

Quaeras res statui tuo convenientes 1, 377.; nam qui rem haud convenientem agit, vituperandus est 9, 76. conf. 3, 74. Ne petas rem, quam petere non debes 13, 6. 23, 225. neque rem, cui impar 1, 294. aut cujus omnino ignarus es 11, 80., suscipias. Prudentis est, rem abjicere, quam non bene tractat 23, 293. Rem agas, quam perficere potes 10, 34.; non remotam, sed quam attingere potes 7,

155. Qui rem difficilem perficere valet, eam suscipiat 16, 4. Occupatus sis rebus, quae te decent 3, 84. Rem petere potes, etsi incertum est, num eam obtineas 7, 49.

Necessitati quum obediendum sit, quippe quae nos cogat, ut omnem rem, qua potiri possimus, arripiamus 22, 32., res necessarias comparare debemus 22, 147.; eique ante omnia operam dare 19, 5. 18. In rebus necessariis voluptates sunt 23, 586. et rem necessariam, etsi eius conditio bona non sit, possidere, melius est quam ea carere 11, 9, Rem necessariam neque differre 1, 88. neque relinquere debes 28, 23. Qui rem sibi haud necessariam peragit, vituperandus est 6, 34. 22, 138.

Qui rem utilem fugit 28, 23. aut inutilem peragit, vituperio dignus est 3, 30. 4, 21. 23, 307. 24, 225. 307. 566. 28, 96.; rem autem inutilem abjicere prudentis est 1, 434. Sed res tibi utilis potius relinquenda est, quam ut cum vilibus certes 7, 151.

Res graviores caeteris praefer 2, 52.; nonnisi stultus re parvi pretii decipitur 1, 450. Necessitas quidem nos cogit, ut res periculosas aggrediamur 3, 139.; sed eligendae sunt res haud periculosae 8, 82.; nam qui rem periculosam aut noxiam suscipit, a noxa securus non est 6, 248. 24. 476. Ne obliviscaris, rem, quae non existat aut impossibilis sit, perfici non posse 4, 12. 24, 532.; nam qui vanum petit, votis non potitur 1, 170. Vanum non diu manet 23, 185.; vano enim fundamentum non est 23, 534. Res prava curanda non est boni ratione habita cum ea conjuncti 25, 47. Ne autem quis petat res nimis remotas 1, 463.; propinquas primum curet, tum remotas adeat 8, 6. Res ad ipsum non spectantes quisque suo loco sinat 1, 195. 15, 67. 16, 5. 39.; nam res, quae nos non spectant, negligere boni Mohammedani est 24, 366. conf. 6, 72.; et nostrae res nobis majori curae esse debent quam alius 19, 12. Parva quoque res negligenda non est 3, 75.; nam e re parva magnae oriuntur 24, 377. 538. 28, 21. et parum

boni melius est quam multum pravi 13, 170 Qui despicit parvum, quod assequi potest, magno non potitur 24, 331.

Cap. IV.

De tempore agendi.

Ante tempus aptum opus ne aggrediaris 16, 27. 23, 367. 24. 246. Festinatio, qua ante tempus re potiri vis, vituperanda est 1, 22. 185. 7, 57. 10, 36. 88. 15, 7., quum damnum adferat 1, 455. Fortuna maximum adjumentum adfert; sed non omne tempus nos adjuvat 12, 56. 23, 103. Justo igitur tempore et perficiendi potestate data agas 7, 82. 18, 93. et occasione temporeque utaris 2, 124. 5, 4. 7, 5. 172. 8, 52. 12, 27. 13, 45. 21, 178. 27, 34.; nam occasiones transeunt 20, 127. Incurius agendi occasionem praetermittit 28, 28. Festines igitur 1, 119. 194. 13, 29.; ne cuncteris 18, 98., dum usque ad crastinum diem rem differs 18, 182. 23, 621.; nam cunctatio saepe in causa est, cur res transeat 10, 77. conf 23, 476.; quamquam cunctans jam parte portionis suae potitur 22, 88. Tarditas in agendo non est laudanda 1, 158. 3, 9. Celeriter quaeras, celeriter invenies 12, 82. Debilitate et cunctatione paupertas gignitur 24, 335. et praecedere in opere debemus, ne ultimi simus 1, 338. Tempore autem adverso exspectandum est, donec secundum sit 6, 10. 7, 153.; nam si hodie, quod petimus, nos fugit, postea id assequemur 20, 23. Tunc cunctatio necessaria fit 21, 88. 24, 480. et festinatio vituperatione digna est 1, 185. 3, 81. 7, 57. 10, 36. 73. 23, 469. Nimia autem festinatio noxam adfert 1, 2. 18, 47. 71. 171. Ne ei festinationem imponas, qui consilium capere vult 23, 541.; sed moram in re difficili concedas 10, 9.

Cap. V.

De modo agendi.

Multa rei consideratio commendanda est 24, 455, ne inconsulte rem perficias, quam mox delere debes 5, 57. et de rerum fine cogita 23, 189. et rei exitum vide 18, 172. 28, 2.; nam saepe rem utilitati nobis futuram esse putamus, quae nobis noxia est 10, 81. Cogites primum, quomodo rem aggrediaris 3, 120. 21, 170.; nam opinio nil valet 1, 406. Fieri potest, ut quis aggrediatur rem nesciens, quid ingrati insit 1, 47. Ante congressum deliberatio sit 24, 193, ut ad rem paratus et instructus sis 13, 82.; nemo enim propter deliberationem periit 24, 188. Instrumenta agendi parentur, antequam res accidit 21, 13. 39. 41, ne rem difficilem haud praeparatus aggrediaris 1, 293.

In re initium faciendum est, ut videamus, quaenam sit 3, 45. Qui ad scopum pervenire vult, iter ingredi debet 6, 226.; nam qui nil agit, dum rem necessariam petit, vituperandus est 1, 360. Opus aggredere 23, 183. et rem tuam age 18, 178. 22, 122. 23, 150. et quaere, ut invenias 16, 46. 47. 21, 78. 23, 392. 24. 387., quaere autem quocunque modo potes 16, 47. Incipias quoque rem, priusquam nimia fit et supra vires te onerat 7, 159. Ne duabus rebus simul occupatus sis 24, 404.

Conditionis tuae in agendo rationem habe 1. 442, 465. et agendi rationem, quae cuilibet situi convenit, sequere! 10, 68. Quamlibet rem suo modo tractare debemus 1, 335. 5, 107. 19, 23. 26, 60.; fieri enim potest, ut rem tanquam remotam quaeras, quae in propinquo est 1, 59. Pulchre quaerere rem, dimidia pars scientiae est 6, 237. Modum in re haud transgredi debemus et viam proximam et praestantissimam in agendo eligere 12, 59. Rei praecipua pars,

dum minus gravem relinquimus, praeferenda est 8, 32. Caveas autem, ne vestigium rei ipsi praeferendum habeas 22, 118. aut rem relinquens vestigium petas 28, 122.

Fortiter rem aggrediaris 1, 213. 13, 56.; nam audacia in rebus peragendis laudanda est 22, 40.; metus vero vituperio dignus et inutilis, 1, 10. 300. 4, 17. 5, 98. 15, 41. 24, 410. conf. 22, 16., nec non causa frustrationis est 1, 213. 21, 66. 27, 123. Sed ne nimis audax sis propter statum, ad quem sine instrumento pervenisti 23, 598. Cum fortitudine autem diligentia conjungenda est 13, 25.; nam diligentia, ut re potiaris, necessaria est 1, 103. 200. 370. 389. 468. 2, 97. 3, 63. 76. 5, 80. 13, 28. 44. 14, 19. 23, 69. 96. 24, 251. 27, 54. Quod si vero rem neglexisti, ejus curam habe, ut salva sit 6, 39. Qui summo cum studio in rem incumbit, ei facilis est 24, 450.; studium igitur et diligentiam in re perficienda adhibeas! 2, 1. Ne autem rem obiter agas, sed altius penetres 28, 153.; nam quod incepisti, summa cura perficiendum est 6, 256. Non est laudandus, qui modo pessimo finem qperi imponit 1, 142. et rem, cui praepositus est, non bene perficit 13, 33. aut minus facit quam debet 25, 23. Diligentia igitur cum patientia conjungenda est 18, 1. In rebus quaerendis patientia necessaria est 1, 117.

Prudentia quoque commendatur 3, 195. 18, 76.; (raro vituperatnr 5, 198. 10, 59); nam prudens nonnisi semel decipitur 23, 451.; et ostendit prudentia, quem ducem sequamur 3, 193. Bene agas, qua es prudentia! 2, 57. et instrumento ad rem apto utaris 3, 87. Intelligentia quoque laudatur et in quibusdam rebus astutia adhibenda est 3, 41.

Constantia quoque in consilio capiendo necessaria est 13, 24. 18, 164. 21, 51. 23, 149. 26. 92. Ne igitur in agendo ante tempus lassus fias conf. 5, 21. 27, 102. 28, 116. neque quietem tibi concedas, donec rem omnino perfeceris 1, 211. 24, 16.; non enim est laudandus, qui rem non omnino perficit 3, 134. Inconstans et semper mobilis

vituperio dignus est 3, 46.; firmum igitur consilium adhibeas 12, 183. firmiterque rem agas 14, 76. 22, 20. neque in re perficienda haesites 3, 112. Si una res te fallit, alteram aggrediaris 1, 123.

Ubi violentia nullam utilitatem habet, lenitas adhibenda est 10, 96.; nam interdum lenitas rei convenit 10, 108. Lenitas in agendo commendatur 10, 96. 19, 19. Dum leniter agendo ad finem longe remotum pervenimus 21, 16. conf. 1, 392., alacritas nimia damnum nobis infert 1, 90. 391. Cum otio igitur rem agas, ut bonus successus sit 18, 68. et commode et sine festinatione agas 16, 34, 27, 126. Moderatio adhibenda est 1, 266. 426. 7, 52.

Qui necessario re eget, caecus est 14, 116.; cautio igitur ante rei initium sit 6, 78. et in re tractanda 6, 80. Cautus sis neque in re futura spem ponas; sed praesente utaris 18, 51. Cautio praecipue nimium confidenti naturae suae commendanda est 1, 58. et quo indoctior et imperitior quisque in re est, eo major cautio necessaria est 21. 2. Cave igitur et bona instrumenta in re adhibe! 6, 80. 23, 322. Qui rem sibi cavendam negligit, vituperandus est 28, 68.

Ne, si initium bonum est, socors sis; sed exitus boni rationem habeas 18, 110.; optima enim res est, cujus exitus laudatur 7, 53.; cave igitur rei infelicem eventum 25, 17.

Rem autem, quam agis, omnino occulta 5, 48. 55. 12, 70. 23, 320. 596. 24, 171. 468.; nam felis vociferans nil venatur 12, 184. Quod peragere vis, noctu perage, nox enim secreta tua tegit 23, 119. Vituperandus est, qui arcana sua non occultat 6, 94. 24, 207. In secretis conservandis summa cautio necessaria est 1, 290. 427. Secretum tuum apud virum firma mente praeditum depone! 24. 395.

Qui prudentiam suam admiratur 24, 461. aut scientia sua contentus est, errat 24, 462. Qui sua prudentia contentus est, discrimen subit 7, 147. et qui facit, quod vult ei quod malum est, occurrit 24, 542. Vituperandus igitur

est, qui suum tantum consilium sequitur 18, 41. et bonum aliorum consilium non admittit 26, 59. 28, 166. Prudentis est admonitionem admittere 1, 146. 21, 62. 23, 300. 25, 26. Admonitio verorum amicorum, etsi nobis ingrata, rejicienda non est 1, 116. Fido monitori ne repugnes, nam excusandus est, qui te res cavere jussit 18, 114. Consultatio maxime utilis est in consilio capiendo 1, 459. 18, 80. 28, 106. conf. 23, 162., est enim initium prudentiae cautae 1, 216.; sed prudens consulendus est 1, 437. conf. 21, 74. nec non is, qui Deum timet 13, 109. Senis autem consilium melius est quam juvenis fortitudo 10, 28, nam cujus vita longa est, is experientia docetur 18, 101.; sed quoque cautio erga senes commendatur 23, 411. Ne vero omnino negligas ejus consilium, qui astutiae expers est, nam interdum bonum est 10, 155. Ex aliorum quoque exemplis admonitionem cape 12, 77. et rerum praeteritarum exemplis disce 28, 113., nam exemplis optime erudimur 20, 20. et experientiae optime monent 24, 447.; experientiae tibi igitur acquirendae sunt 1, 254. 20 55.

In agendo quisque sui curam habeat 3, 25. 27. conf. 22, 111. et nonnisi in se fiduciam ponat 7, 63. 24, 203.; nam nemo alius tantam nobis curam habet 24, 445. Ne in hominibus nimiam fiduciam ponas 28, 36. Quisque quoque suam rem optime novit 24, 191. (conf. 23, 29.) et in ea diligentiam adhibet 22, 24. eamque peragere potest 23, 527. Qui alius opus tractat, fastidium habebit 24, 378. Non nimium aliis confidere animi studium confirmat 6, 91. Ne in alius commeatu fiduciam ponas 24, 514.

Si tu auxilio aliorum eges, ne eum ad rem mittas, qui eam perficere non valet 23, 470; sed omni rei virum ei convenientem praefice! 24, 88. Nimia adjutorum copia noxia est 24, 535. Si sufficiens auxilium tibi praestatur, ne tibi nimium laborem crees 1, 454. Mitte prudentem legatum eique quid dicendum sit, praecipe 10, 86. conf. 87. Potentes ad auxilium voca 7. 4. et si praestans tibi

auxilium ferre non potest, eo debilior tibi inutilis est 22, 39. Nonnisi in fortiore fiduciam pone et experientia edoctos adhibe 11, 7. conf. 18, 64.; nam difficili in re fortis adhibendus est, 3, 110, 23, 298. et in magnis periculis parvum auxilium non prodest 23, 574. Ad rem gravem non vocatur nisi ei perficiendae par 23, 309.; sed ad vilem rem peragendam fortem ne mittas! 23, 601. Ne quoque in magnis periculis longe remotorum auxilium adhibeas 1, 467. Qui fiducia tua indignus est, ejus auxilium ne implora 23, 406.; sed in rebus necessariis cum adhibe, qui beneficii tui particeps est! conf. 1, 221. 8, 27. 26, 49.; nam qui tecum vinculo conjunctus non est, nonnisi tantum auxilium tibi praestabit, quantum sibi utile est 18, 192. Qui de te sollicitus est, rei tuae operam dabit 6, 87. conf. 27, 17.; cui ipsi res gravis accidit, alios negligit 27, 8. Rem necessariam ei in mentem revoca, ut ad agendum impellatur 6. 1.

Sect. 5.

De rebus quibus hominis felicitas aut adjuvatur aut diminuitur.

Cap. I.

De sanitate.

Sanitas corporis quum sit res maximi pretii 10, 153., conservanda est tum eo, quod rebus ad vitam necessariis modice utimur 5, 58., tum opere faciendo 23, 384. conf. 6, 244. Moderatio laudanda est 7, 52.; evites igitur nimium in rebus et modum rectum teneas 26, 36. Gulositas 2, 107. 114. et aviditas noxia 10, 51. et vituperanda est 23, 303. 24, 493. Cibum paucum sumas, ut somnus laudabilis sit 21, 70., sic enim sanus eris 22, 259. Ne edas,

donec cibi desiderio inciteris 23, 1339. Omne multum naturae contrarium est 22, 260.; quilibet autem vitae diebus modice utatur 8, 35.

Cap. II.

De doctrina, ignorantia, stupiditate.

Doctrina nullo in loco proverbiorum aut describitur aut commendatur, sed doctum homines non amant 10, 145. et docti societatem vicini maxime fugiunt 11, 33. conf. 24, 131. Scientia autem in homine laudatur 21, 79. Qui scientiam occultat, est ac si eam ignorat 24, 565. Vincite scientiam scriptura! 21, 152. Si doctus es, sis ut ignarus 22, 291. Ignorantia autem noxia 5, 204. 26, 85. et vivorum mors est 5, 209. Stupiditas malum est 11, 11.

Cap. III.

De sapientia et stultitia.

Sapientiam semper quaerere Mohammedanum decet 6, 137.; stultus nulla re laetatur 11, 58. et despectus est 12, 54.

Cap. IV.

De divitiis et paupertate.

§. 1. De divitiarum commodis. Etsi nonnulli rerum mundanarum desiderium vituperant 7, 54., nam divitiae pereunt et virtutes manent 28, 128. et pecuniae cupidinem Mohammedanos separasse dicunt 3, 172.; tamen divitiis sua laus in proverbiis est. Opes sunt dulces 6, 207.; et dives fratribus dilectus 1, 168. et familiae honoratus est 24, 529. Opulentia contentum reddit generosum 1, 69. et diu divitiis oblectamur 16, 42. Divitiae ipsam stupidi

stupiditatem tegunt 26, 38. In opibus solis fiducia ponenda est 22, 102.; pauperi tantum divitiae noxiae fieri possunt, dum superbus fit 5, 93.

§ 2. De divitiis comparandis. Dives fias aut moriaris 12, 179. et ut dives fias, regis aut maris (mercaturae operam des) vicinus sis 5, 74. Sed ne magna cum molestia opes colligas, quas haeredi stulto relinquis 5, 15. Turpi quoque modo opes acquirendae non sunt 3, 11., dum aliis opes eripis 12, 99. Sed ne sis in opibus acquirendis insatiabilis, ut extremo augmentum petas 23, 585., nam qui nimium cupit, saepe tota re privatur 10, 22. Tantas tibi acquire, quantis frui potes 18, 127. Qui occasione opum acquirendarum non utitur, vituperio dignus est 24, 239.

§ 3. De opum usu. Opes tuas eroga neque ab alio pete 18, 120. neque alius opibus confide 18, 162. 24, 405. Ne edas panem tuum ad mensam alius 23, 613. Rebus ad vitam necessariis, quas possides, utaris 5, 59. Opibus utaris, ut res tibi necessarias compares 24, 302.; nam opum pars, quae nobis profuit, optima est 7, 34. Modo conveniente eas adhibeas 7, 157. Qui opes colligit, e quibus neque ipse neque alius utilitatem capit, vituperandus est 6, 104. 22, 202.; nec non qui eos sine utilitate perdit 23, 306. aut res nullius pretii acquirit 23, 462. 28, 131. Ne res tibi haud necessarias emas 21, 522. Opibus laudem emere 24, 478. et aliorum favorem tibi conciliare debes 24, 271.; nam opulentus aliis parum utilis et in suum tantum usum opes erogans laudem non meret 18, 202. 24, 363.

§ 4. De opibus conservandis. Rei conservatio una duarum lucrantium est 14, 132.; res igitur nobis comparatas custodire et conservare debemus 4, 23. 23, 389., sic quoque opes 22, 48. 24, 382. 25, 29. Crumenam obsignare prudentiae est 24, 526. Opes quidem erogandae sunt 24, 332.; sed non ultra quam satis est 1, 375. In opibus erogandis computatio sit, ne eas nescientes per-

damus 24, 491. Interdum opum erogatio laudem nobis non acquirit 24, 304. Ea autem opum jactura, qua moniti sumus 23, 108. et qua prudentia nostra augetur 24, 128, re vera jactura appellanda non est. Opum autem dilapidatio vituperio digna est 20, 72. 75. 23, 129. 24, 257. In opibus parva pars negligenda non est 3, 75.; sed parsimonia in expensis commendanda 24, 164. 300. Usu tritae vestis novam nobis conservare debemus 23, 372. In opibus parvis sumtus magni faciendi non sunt 5, 89. Opes asservandas aliis ne tradas 26, 77.; id enim qui fecit, eis valedixit 26, 77. Mutuum quoque cavere debemus 1, 458. 24, 583.; sed mutuum a nobis ipsis petere 24, 489. Qui ab uno sumit, ut alteri det, rem inutilem facit 28, 158. Quisque rei parte amissa, id, quod restat, sibi conservet 25, 40.; sed ne magnum perdas, ut parvum conserves 23, 430. Danda est res minoris pretii, ut res majoris liberetur 2, 200. neque rei vestigium quaeras post rem amissam 3, 44. 23, 289. In opibus conservandis pericula subeunda sunt 2. 5. 14, 44.; sed opibus amissis fortitudinem ne abjicias! 1, 357.

§ 5. De paupertate. Paupertas quum efficiat, ut alii nos evitent 19, 74. et ad furtum nos impellat 7, 36.; vehementer evitanda est. In paupertate vero ne mendices 28, 45., nam humilitas est pessima paupertas 7, 55.

Cap. V.

De laude et honore, dedecore et ignominia.

Laus opibus nobis emenda est 24, 478.; sed ne laude tua decipiaris 24, 137. Laudem quaerere debemus et vituperium fugere 6, 139.; nam qui se ipsum contemtu dignum habet, cum alii contemnunt 24, 464. 465. Vir ibi est, ubi se ipsum collocat 24, 589. Honor in animis equorum, (fortitudine) est 18, 292. et qui opes suas parvi facit, ho-

nore se ornat 24, 440. Honorem conserves, etsi cum molestia conjunctus est et opprobrium fugias, etsi commodam vitam tibi parat 17, 4. Ne te abjicias 5, 195. 23, 187.; nam qui sibi contemnendus est, is aliis majore contemtione dignus est 24, 519. 611. Viri honor e desiderio ejus oritur, quo hominum honorem cupit 18, 272. nam qui viros reve ritur, cum reveruntur 24, 453. Honorem, quo ab aliis ornatur, nemo recuset 23, 325.; sed honor quocum pernicies conjuncta est, pessimus est habendus 13, 9. 10. Qui ob parvum commodum ignominia se adficit, poenitentiam sentiet 7, 39.; nam turpitudo vilitatem procreat 18, 278. Ne permittas, ut alter erga te audacem se gerat 23, 434.; sed gravem te ostendas, ut alii te venerentur 26, 127. Dedecori mortem praeferre debemus 24, 287. 289. 319, 370. 374.; nam mors nobilis melior est quam vita ignobilis 24, 336. Sis igitur sollicitus de honore tuo conservando, nam honor res vendibilis est 24, 403. Hominum vituperatio, etsi immerita est, tamen nocet 6, 11.

Cap. VI.

De dignitate, potentia.

Dignitas opibus aequalis est 2, 188.; sed ne quis in dignitate nova fiduciam ponat 2, 122. 23, 452. aut modum ipsi convenientem et dignitatem transgrediatur 13, 48. Si celsitudinem petis, res praestantissimas facias 16, 92.; et qui dignitatis altos gradus conscendere vult, beneficia in alios conferat 23, 567. Potentia viri in eo consistit, quod hominibus carere potest 18, 108. Qui prave agere incipit, ejus potestas diminuitur 24, 541.

Cap. VII.

De malo et calamitatibus.

Quilibet quum temporis vicissitudinibus sit subjectus 8, 54. 23, 351. 24, 369.; nemo a calamitatibus securus est

22, 12. et in omnibus locis res nobis ingratae sunt 1, 219. 2, 30. 99. 6, 47. Nullum vero est malum, quod leniri non possit 23, 581., exceptis interioribus 24, 558. Una calamitas levior est quam duae 26, 63. et unum infortunium altero majus 20, 115. aut levius est 1, 12. Infortunia non una serie sequuntur 2, 180. et vehemens calamitas mox cessat. Ut cum quolibet bono malum est 21, 572., sic in calamitate saepe commodum est 10, 128. 227. 11, 44. Saepe angustia ad locum amplum et fatigatio ad quietem ducit 10, 222. Unum enim malum saepe plura avertit 2, 102., ut febris remedium est 25, 65. et fames saepe salutaris 10, 104. Post jacturam prudentia est 2, 203. Ut omnis adversitas et voluptas cessat 22, 247. et ex laetitia ploratus oritur 10, 103. 24, 490, sic omnis moeror ad gaudium ducit 22, 251. Post calamitatem laus est 2, 202.

Cautio mali, quod ex desiderio boni oritur 1, 396. contra calamitatem multis locis et diverso modo commendatur 1, 129. 209. 303. 319. 382. 432. 2, 8. 3, 83. 192. 5, 120. 6, 12. 46. 78. 107. 7, 50. 10, 167. 13, 108. 18, 11. 91. 21, 107. 23, 244. 296. 356. 366. 24, 149. 360. Ne adversarium debilem despicias 13, 169. et contra inimicum semper paratus sis 24, 359. Salutem quaere, antequam viro, cui impar es, occurris 1, 149. Para te contra calamitatem instantem 21, 12., antequam irruit 8, 11. Cuilibet res inopinatae superveniunt 22, 108.; sed evitanda sunt pericula, antequam adsunt 1, 49. 3, 73. 24, 179. 295. Incolumitatem quaere conf. 1, 363. 24, 294.; nam incolumitas praeda est 12, 173. Quocunque modo nos defendere debemus 3, 56.; nam qui se ipsum non custodit, de eo custodiendo alii solliciti non sunt 24, 608. Ne te defendas post rem finitam! 22, 266. Cautus sis in malo, quod times 1, 433. 436., et quo majus periculum tibi instat, eo major cautio necessaria est 2, 89. Semper cogites, nullam rem tam bonam esse, in cujus propinquitate malum

non sit 24, 247. Remedium et fugam appropinquante malo quaeras 6, 64. conf 18, 42. et e periculo te liberes 20, 42. Fuga, ut e mortis periculo evadamus, excusanda est 20, 114. 23. 266. (Fuga quoque deridetur 23, 246.) Celeriter fugiendum est in re periculosa 20, 32. Dum a malo fugis 7, 42., omnes vires adhibe! 5, 54. Si quis in rem periculosam incidit, concedere debet, quod petitur, ut e periculo liberetur 24, 360.; nam malum a te depellas quocunque modo 8, 19.; 21, 28. Noxam repares 1, 9.; interdum leniter agendo noxa reparari potest 7, 164. Ne te malo exponas 3, 72. 80.; sed id transire sinas 8, 37. Ne prope ad malum accedas, sed e longinquo remedium petas 25, 20. Remedia contra calamitatem non desunt, sed debilis iis non utitur 24, 311. Socordia fugienda est 2, 67.; est enim caput ignorantiae 10, 208., et incuria est vituperanda 1, 389.; nam qui cum incuria rem agit, finem non respicit 3, 38. Ne malum parvi habeas 13, 61.; nam e parvo malo interdum maxima calamitas oritur 1, 20. 32. 13, 49. 22, 13. 14. et homo interire potest re, quae ipsi periculosa non videtur 1, 15. Repellas igitur parvum, antequam magnum evadit 28, 94. Malum per malum sanes 13, 52, 53.; nam in re dura durus agendi modus adhibendus est 1, 13. 23, 364. Si in malum incidisti, caveas, neque te securum putes 23, 110.; qui vero monitus cautionem omittit, calamitate obruitur 26, 89. Sed ne nimium caveat homo 13, 105. 24, 318. neque rem caveat, quam effugere non potest 22, 44. In pravo vicino cautio inutilis est 23, 398.

Fortitudinem ostendas in calamitatibus 3, 15. 86.; nam qui fortiter aggreditur, is hostem vincit 1, 233. 234.; et fortis est custoditus 13, 36.; sed audacia contra nobiles periculosa est 21, 186.

Contra temporis calamitates patientia uti debemus 8, 74.; ea autem est in rebus ingratis et calamitatibus vehementer laudanda 1, 464. 4, 13. 12, 39. 14, 42. 127. 24, 413.;

omnis enim res, quae mutari nequit, patienter ferenda est 6, 60. Patientia est clavis gaudii 14, 131. Qui ob mollitiem acrumnam patienter non fert, vituperio est dignus 19, 36. et qui parvum ferre non vult malum, majus ferre debet 24, 456. Patientia est optimum contra molestias remedium 1, 457. 13, 40. et in calamitatibus reparandis diligentia adhibenda est 2, 97.

Cap. VIII.

De contento animo et aviditate.

Sapientis est pauco contentum esse et opes non colligere 6, 144.; nam quum mundum relicturi simus, non est, cur magna ob res mundanas tristitia adficiamur 27, 137. Pauco contentos esse debemus 7, 1. 88. 10, 160. 13, 30 et rebus necessariis 6, 19. 20.; nec non parte rerum necessariarum 21, 15., si totum magnasque res consequi non possumus 4, 2. 5, 42. 10, 69. 94. Quiescendum nobis est, si adtigimus quod nobis opus est 23, 101. 259. 24, 96.; et si rebus, quas alii possident, potiri non possumus, eis frui, quas possidemus 1, 402. conf. 24, 389.; nam qui satis habens majora petit, in res ingratas incidit 18, 203. 24, 373. Ne tristis sis ob rem, quae te fugit 23, 477. 24, 85. conf 24, 357.; praecique si in ea nil boni est 23, 50. aut ob res antea amissas, quae recuperari non possunt 3, 135. In incolumitate cum victu sufficiente bona hominis sors est 25, 163. Cavendum est, ne rem absurdam et impossibilem optemus 13, 6. 21, 117.; et rebus quas optaveramus potiti, contenti esse debemus 18, 169. 28, 90. Stultitiae est tribuendum, si quis rem, quam possidet, optat 22, 120. Contentus animus divitiarum locum tenet 7, 55. 24, 305. Sed qui contentus est sordido victu, dum meliorem sibi parare potest, laudem non meretur 18, 20.

Aviditas est periculosa 1, 6. 16. et vituperanda 5, 97. 11, 20. et frustrationis ductrix 6, 134. 246. Avidus

qui eo contentus non est, quod possidet 23, 134., noxam sibi parat 15, 16., in res turpes incidit 22, 33. et interdum perit 21, 82. Avido autem res ad vitam necessariae non augentur 23, 536.

Sect. 5.

De agendi ratione erga alios.

Cap. I.

Praecipua erga alios agendi causa.

Sincerum praesta amorem Mohammedano, bonam naturam improbo 7, 89. Se pulchre gerere pulchritudini praeferendum est 3, 188. Bene autem agas erga homines, ut erga te bene agant 26, 31.; nam ut aliis facis, sic alii tibi facient 22, 113. Qui vult, ut alii ipsi diligentiam adhibeant, prius id faciat 5, 92.; nam qui erga homines prave se gerit, erga eum eodem modo agent 24, 312. 357. Prosis antea socio parum, ut postea majori commodo tibi sit 7, 144.

Cap. II.

De auxilio aliis ferendo.

Mutuum inter homines auxilium commendatur 20, 22. 27, 134.; nam frater consolandus est 16, 9. Auxilium ei feras, qui rei perficiendae ob virium defectum impar est 10, 98. Da homini dolenti rem necessariam, ut tranquillus, sit 10, 29. Eum adjuves, qui tibi utilis esse potest 13, 16., ut tibi quoque auxilio sit 6, 14. 15, 18. 22, 121.; sed turpe est nonnisi tamdiu auxilium ferre, quamdiu secunda fortuna quis utitur 28, 27. Desiderio opem rogantis satisfac, antequam auxilium tuum imploravit 23, 371. Consilium occasione elapsa datum nihili est 13, 5. Si modo perfecto adjuvare non potes, aliquo modo adjuva 1, 395.;

nam infelici omne auxilium gratum est 1, 478. 479. Si rem, quam alter a te petit, perficere non potes, statim denegare praestat 12, 7. Vota sola in calamitatibus inutilia sunt 26, 66. et verba sola non sufficiunt 5, 96. Qui tempore penuriae frumentum non vendit, diris devotus est 5, 207. Sed ne quis ignoranti auxilium praestet 24, 408. aut pauperi qui in vitiis perseverat, fieri enim potest, ut hic paupertate corrigatur 18, 74. Contra alium ab eo auxilium ne petas, cui cum illo major amicitia est quam tecum 23, 359. Eum sinas, qui opem ferre non potest, eidem periculo, quam tu, expositus 28, 1. A noxa, quam sibi ipsi infert, alterum defendere non potes 24, 40.

Alios a malo depellere 18 122 et monere debemus 23, 360., nam qui bonum indicat, ei similis est, qui id peregit 8, 22. Gaudium ob alienum malum vilitati tribuitur 13, 65. Qui autem adhortationes tuas rejicit, eum fugias 1, 231. 8, 24. 23, 88. et qui consulto errat, eum in viam rectam dirigere ne velis 1, 328. Sed quum monitum fidum ingratum sit 20, 49., cave, ne verbis tuis laedas 10, 156. conf. 23, 399. Ne in hominum coetu monitum des 25, 170. aut in monitis modum excedas, nam ita suspectus fies 1, 341. 3, 23. 12, 66. Ne virum rem, quam scit, docere velis 23, 609; neque eum vituperes, in quo amor et virtus non est 27, 29.

Cap. III.

De mutua hominum consuetudine.

Separata ab hominibus vita commendatur 2, 181. conf. 24, 266. In consuetudine hominum cautio sit 16, 30. Stultum est, se aliis immiscere, quorum neque finem neque agendi rationem novimus 28, 25. Utile igitur est homines nosse 2, 13. et qui hominis conditionem cognoscere vult, ad ejus familiam se convertat 22, 146.; sed ne hominum

originem scruteris, nam eodem modo erga te agent 24, 407. Repudiandus est is, qui nobis non bene notus est 24, 145. et qui te non vult, eum tu ne velis 24, 524. Homines non consentientes separandi sunt 7, 206. Duos viros sibi contrarios uno loco ne conjungas 23, 365., nam consensus inter homines utilissimus est 23, 8. Relinque eum, qui modum in re excedit 12, 29.; et sine eum, qui in agendo suo tantum commodo inservit 7, 62. Viri turpis et pravi consuetudinem fugias 3, 57. 7, 66. 25, 16. 26, 78. Socius pravus semper nobis noxius est 24, 26.; nam qui lupus non est, cum lupi vorant 24, 463.; solitudo igitur melior est quam socius pravus 36, 33. Nonnisi in factis probis cum hominibus societatem inite, in vituperandis vos separate! 7, 51. 22, 127. Societatem ejus, cui fides non est, fugias 24, 133. et bonum ejus caveas, in quo majora mala sunt 5, 58. Ne cum stulto societatem ineas 10, 130.; alienatio ab ignorante conjunctio cum prudente est 24, 527. Qui genti se immiscet, ejus mores imitari debet 24, 296. Caeterorum agendi rationem sequere! 3, 42. Nimium quoque in hominum consuetudine evites, ne pravos socios acquiras 20, 50. et raro visita, ut amore crescas 11, 12. conf. 1, 400. Interdum vitiorum, quae aliis sunt, rationem non habere debemus 6, 112. Parva vitia in aliis videre et magna in se negligere vituperandum est 22, 110. Qui autem vitium in altero quaerit, id inveniet 34, 575. Ne de hominibus bonam semper opinionem habeas, nam falleris 6, 135.

Cap. IV.

De justitia, aequitate et injustitia.

Justus est, qui sibi praestanda praestat 1; 199. et alteri tam benefacta quam malefacta aequali ratione pensat

5, 61. 115. 27, 122. Tanta cuique dare debemus, quanta meret 3, 60. et prout quis erga te agit, sic erga eum agas! 23, 84. Ita agendum est, ut malum eos adtingat, qui id meruere 23, 228. Se ostendit quoque justitia in eo defendendo, quod defendere debemus 1, 74. et justitia postulat, ut excusatio audiatur 23, 136., fieri enim potest, ut condemnemus hominem, quod ejus excusationem non audivimus 10, 61. Injustitia nobis noxia est 16, 5. 24, 460. Ne injuste contra eum agas, cujus vindicta timenda est! 23, 319. Qui pensare omittit 3, 181. et minus facit, quam debet 2, 214. aut de jure aliis aliquid detrahit 18, 32., tum modum justum in rebus excedit, injustus est appellandus 11, 46. 47. 18, 129. conf. 12, 76. Aequus igitur sis in eo, quod postulas 1, 449.; nam ab homine nonnisi id postulandum est, quod perficere potest 23, 535. conf. 12, 104. 24, 185. et 23, 302. Onus gravius nonnisi valentibus imponitur 1, 386. Ne igitur ei, qui magnum onus portat, parvam rem addas 1, 79., aut injuste punias 1, 403., nam poena secundum criminis rationem esse debet 25, 173., et retributio injusta vitnperio est digna 5, 129. Prudentis igitur est, in puniendo non festinare 3, 17. 106. Injustitia multis locis tanquam homini periculosa tum in hoc tum in altero mundo describitur et vituperatur 1, 210. 279. 2, 129. 17, 5. 23, 358. 450. 24, 313. Ne ad malum inferendum properes, 1. 171. 291. 18, 141., nam qui noxam aliis inferre cupit, saepe in interitum irruit 10, 230. conf. 24, 256. Ne rei amore seductus fratri debitum deneges 13, 39.; sed ei, qui minus accepit, quam meretur, adde! 3, 60. Injustitia excusatione minus digna est, quam avaritia 13, 42. et lenia verba injustitiam non minuunt 22, 307. Maxime vituperanda est injustitia erga inferiorem, qui se defendere nequit 1, 285. 24, 352. et erga propinquum 17, 35. aut debilem 16, 45. Quod aliis fecisti, si idem tibi faciunt, patienter ferendum est 23, 481. Sed injuriam tibi illatam vindicare debes 22, 105. 23, 342., nam ea patienter ferenda

non est 10, 121. Qui se vindicavit, aequitatem non deseruit 23, 208.

Cap. V.

De fide in promissis.

Fides in promissis Deo grata est 26, 68. Promissa necessario perficienda sunt 26, 135. 18, 116. 25, 6., nam promissis non satisfacere 1, 111. 269. 12, 81. 13, 102. 23, 60. 26, 72. et fiduciam in nobis positam fallere turpe est 18, 9. Ne igitur quis promissa faciat, quae complere non potest! 4, 11. Qui fidem datam fefellit, ei postea fides habenda non est 22, 66. Promissa, quae non implentur, vituperio sunt digna 23, 400. 458. 28, 44.

Cap. VI.

De fraude, dolo, astutia.

Si homines decipis, Deus te punibit 1, 260. Vituperandus est, qui dissimulatione in agendo alios decipere studet 3, 137. 6, 57. Dolus in hominum consortio condemnatur, quippe qui et alios erga nos ad perfidiam impellit 24, 249. conf. 3, 125. 20, 30. 28, 99.; astutia vero et calliditas commendantur conf. 1, 136. 207. 2, 76. 6, 28. 240. 15, 1. 22, 315. Astutiae vero est, non adhibere astutiam 24, 593. Contra inopinatum insultum 23, 395. et ut rem necessario peragendam evitemus, astutia inutilis est 10, 97.

Cap. VII.

De mercatura et rebus cum ea conjunctis.

In negotiis mercatoriis tanquam peregrinos se gerant

homines 3, 165. Rei vitia celanda sunt 7, 11. Pretium rei venditae pactum augere, stulti est 11, 16. Qui rem vilem re vili data emit, is deceptus domum redit 24, 479. Cautionem in emendare 5, 210. et in mercis vitiis cognoscendis prudentiam adhibe, ut iterum vendi possit 1, 367; intuitus autem veracior est quam vox 23, 264. 562. Si pannorum venditor pannum vituperat, eum ipsi necessarium esse scito! 1, 447. Pretium ante mercem traditam ne solvas! 12, 167. Si vendere vis, mercis praestantiam expone! 3, 136. Vende quoque mercem primum quaerenti 2, 184., nam promta venditio praeferenda est 7, 156. Venditio autem pro pecunia parata melior est, quam summa cum solvendi mora 14, 123. et pars deminuta pretii melior est quam lucrum tardum 26, 128.; mora enim in solvendo oblivio est 25, 172. Ne pecuniam paratam pro debito vendas! 23, 638. Debitor autem urgendus est 7, 40.

Cap. VIII.

De duritie, asperitate, lenitate, comitate, mansuetudine.

Qui levibus remediis non corrigitur, in eum dura adhibe 24, 487. 516. 574., ut molestiis ab agendi ratione retineatur 11, 19 Vilem dure tractes, nam commodo tibi erit 6, 24. Pravum vilemque opprimas, ne tibi noxam inferat 5, 47. 6, 44. Pravo in agendo praevenias! 7, 143. Tardum et segnem incitando propelle 25, 92., nam humiles per timorem instigantur 12, 152. et viles per durum agendi modum ad consensum commoventur 17, 1. Durities honoratum vilem saepe reddit 10, 146. Ne autem duriter tractes eum, qui victum quotidianum petit 23, 602. et qui potentia gaudens nonnisi debilibus adversatur, vituperandus est 9, 44. Asperitas est infelicitas 10, 112. et austeritas non laudatur 21, 5. sed hilaris vultus commendatur 2, 206. Attamen vero asperitas in rebus consequendis interdum uti-

lis est 23, 216. Morum lenitate opes acquiruntur 23, 464. conf. 268. Qui nos adit eum lenibus verbis excipere debemus 24, 5. Ferre debemus virum, in quo vitia sunt, si in eo amor erga nos remansit 16, 1. Peccatis dare veniam generosi est 18, 170. et condonare debet, qui rebus potitus est 7, 48. 24, 132. Virtute praeditis leviora peccata condonanda sunt 21, 109. Ne vitia hominis detegas, nam is tua deteget 12, 47; sed interdum condonatio debilitas est 2, 191. Objurga antequam punis 18, 141. Benignitas et comitas laudantur 10, 154. 24, 534. 25, 73. 93., nam comitas columen vitae et fulcrum consortii est 24, 194. Hilaris vultus donum est fratribus datum 2, 206. Mansuetudo modo laudatur, modo vituperatur 2, 192. 6, 112. 24, 28; sed ne erga vilem mansuetudine utaris! 23, 163.

Cap. IX.

De generositate, liberalitate, beneficentia.

Generositas laudatur 22, 318, nam generoso tota terra patet 20, 46. Liberalis autem sis conf. 6, 88., ut alii erga te liberales sint 12, 42. Beneficentia commendatur 1, 36. 8, 31. 13, 69., nam cum beneficentia lucrum est 6, 141. 10, 66. 13, 69. 16, 35. 22, 117. Beneficus igitur sis 1, 36., nam qui opes erogat, pudorem non concipit 24, 332., dum commeatum relinquere inutile est 23, 416. Beneficium, quod damus, quasi tributum ab opulentia et dignitate nobis impositum 11, 43. 50. et debitum est 1, 472. Beneficia conferre a calamitatibus tuetur 14, 77., nam beneficio remuneratio erit 23, 442. 633. Beneficiis alios in servitutem redige! 25, 177. conf. 19, 16. Ex beneficiis gratiae laudesque nobis proveniunt 24, 511. conf. 1, 259. et dona dare debemus, ut negotia facilia reddantur 2, 103. Dono parvo iram sedare potes 1, 7. et dono favorem tibi conciliare 18, 206. Qui sibi benefacit, ne alium vituperet 1, 107. In

nobilem beneficia conferas 23, 154. Ne sis beneficus in eum, qui beneficiis haud eget 1, 28. 28, 129, aut in vilem 3, 127. 12, 25. et indignum 20, 73. 23, 297. 438. Pravum, cui benefecisti, cave! 3, 127. 12, 25. Ne alteri beneficia exprobres 23, 436. 24, 165. neque eorum mentionem facias 1, 97. Iteratio in beneficiis dandis majori laude digna est 18, 160; abrumpere beneficia, quae quis in alios conferre consuevit, turpe habetur 24, 3. Excusatio in hospitio vituperatur 18, 144. Beneficium quod damus, oportet sit perfectum 3, 62., quo alteri perfectum commodum paretur 3, 6., conf. 1. 356. Ne alteri pravam res des 24, 481. aut rem, quam possidet 28, 129. aut nonnisi res tibi superfluas 1, 161. aut donum parvum, e quo alter utilitatem capere non potest 24, 1. Majori vituperio dignus est, qui cunctans vilem rem dat 6, 52. Justo quoque tempore beneficium conferatur, nam tale plures res aequat 24, 576. Qui in vivum beneficia non confert, sed mortuum deflet, laudandus non est 23, 87. Ne in dando cuncteris; sed ante necessitatem des 25, 157. et opem rogantis desiderio satisfac, antequam te imploravit 20, 371. Qui personae propiores sunt, majora dona postulant 2, 135. Ab avaro donum parvum accipias 7, 2. 146., nam gratum nobis est 8, 38. et pro praeda habendum 7, 1. Liberalitate notum adire debes 25, 50; nam qui a vili beneficia petit, vituperandus est 20, 33. 21, 47. Ne spem beneficiorum abjicias! 18, 183.

Cap. X.

De avaritia.

Avarus laudem non acquirit 23, 484., nam turpe est accipere velle et non dare 3, 113. 28, 61. conf. 20, 30. schol. et 23, 41. Avarus nullum commodum ex opibus suis capit 26, 32. et contentus non est 10, 53. Avaritia inutilis est, quum aut infortunia aut haeres opes eripiant 2, 189.

20, 48. Avaritiam igitur fuge! 25, 60. Avaritia, quacum austeritas conjuncta est, maximo vituperio digna putatur 22, 103. Avarus qui aliorum quoque res ad se rapere studet, maxime vituperandus est 2, 81. Maxima avaritia est, si quis et alios avaros esse vult 6, 108. Avarus autem, qui nonnisi coactus in alios beneficia confert, laudem non meretur 13, 75. Denique excusatio tanquam avaritiae pars vituperanda censetur 18, 145. 168. 21, 4. 23, 340.

Cap. XI.

De gratitudine et ingratitudine.

Gratus erga alios animus eorumque laus, nobiles nos esse probat 6, 49., nam remuneratio nonnisi ab eo, in quo virtus est, exspectari potest 1, 77. Beneficia beneficiis 12, 22. et merita aequalibus pensanda sunt 3, 170. Dei beneficia gratiis nobis conservanda sunt 21, 153. et qui hominibus gratias non agit, erga Deum ingratus est 23, 627. Qui facile ab hominibus accipit res, solvendi vero tempus differt, vituperandus est 1, 157. Saepe autem is, in quem multa beneficia contulisti, pauca ea esse putat 10, 169. et ingratus nocere vult 10, 114. et vituperat ipsi benefacientem 18, 130. 22, 150. 23, 92. Ne autem beneficium vituperes 13, 46. aut de eo, qui tibi benefecerit, male loquaris 23, 270. Ingratitudo vituperanda est 7, 22. 22, 177. Ingrato qui benefecit, gratias non accipiet 22, 61.

Cap. XII.

De falsa gloriatione, arrogantia, superbia, impudentia.

Amor sui homini odium gignit 4, 16., nam admiratione sui plenus semper iratus est 24, 582; vituperanda igitur est admiratio sui 16, 11. Falso glorians et falsa gloriatio de-

scribitur, vituperatur et deridetur 1, 201. 380. 2, 55, 22, 38, 55. 27, 70. 28, 161. Viles, quas non possident, res gloriantur 18, 199. conf. 20, 40. Arrogantia multis locis et describitur et vituperatur 1, 250. 2, 212. 5, 101. 6, 3. 7, 12. 13. 10, 202. 16, 32. 18, 6. 161. 198. 21, 189. 23, 38. 159. Monemur, ne arrogantes sed originis nostrae memores simus 2, 118. Qui beneficium, quod non suum est, sibi arrogat, vituperandus habetur 2, 38, nam externa species non sufficit, ut nobis rem arrogemus 23, 556. Ne scientiam tibi arroges, ut invidiam a te depellas 3, 183. Vituperandus quoque est, qui laudari cupit, quamvis nemini benefecit 28, 107. Loco tibi conveniente sedeas! 5, 212. Qui viros praestantissimos imitatur, quum vir nullius pretii sit, vituperio dignus est 12, 31. Retromane potius, ut ampliorem locum occupes! 26, 64. Vilis est habendus, qui, si parva res conceditur, magnam sibi arrogat 5, 213. Superbia vituperatur conf. 9, 72. 15, 28. 21, 63. 22, 145. Qui se nimium extollit, interire potest 1, 431. Se submittere, quum res postulat, viro res conveniens est 7, 168. et se negligentem ostendere, decus nobilitatis est 11, 54. Superbia impotentis maximo vituperio digna habetur 1, 50. Superbus laudem non meretur 28, 85.; sed odium contra se excitat 22, 313, Hanc ob causam nocet 18, 286. et periculosissima est 24, 356, nam pessimus incedendi modus elatior est 24, 370. Ne ullum ob externam ejus conditionem despicias! 7, 90. Humilitas est laudanda et utilis 3, 184. 190. Insolentia inde orta, quod aliquis dives factus est, vituperatur 1, 237. 2, 96. Pudor vero viri alieno loco debilitas est 6, 238. 243. Impudentia (conf. 27, 38.) quodammodo utilis est 14, 122.; nihilominus modestia quae nobiles nos reddere potest 3, 190. et laudatur 3, 184. et commendatur 5, 211.

Cap. XIII.

De amore, amicitiaque.

Amor contemtus esse dicitur 27, 31. et caecos nos reddit 1, 401. 6, 22. 25. Non emitur 6, 252. et non permittit, ut eligamus 1, 481; sed in nos cadit 26, 11. Amato primo est 24, 552. et ex absentia oritur 27, 127. et vituperio deletur 24, 556. In amore per intercedentem orto nil boni est 23, 592. Amor parentum est propinquitas filiorum 24, 570. Sincere amans se ipsum pro altero perdit 24, 375; sincerum igitur amorem frater vult 1, 355.; praesta igitur sincerum amorem 7, 89. In amore qui multum mutabilis est, dignus habetur, qui vituperetur 13, 107. In scne juvenilis amor vituperatur 12, 79. 14, 2. Lenitas in amore commendatur, ne omnino nos occupet 23, 308. Homines inter se amorem amicitiamque colant! 15, 33. Sunt, qui amicitiam ostendant; sed animo iram odiumque occultant 6, 27. conf. 12, 102. 24, 358., qui sinceram amicitiam simulent, sed noxam inferre cogitant 1, 198. 5, 16., nam saepe amicus ob ignorantiam paratur non ob bonam intentionem 10, 218. Amicus noster non est, quem studio ac molestia contentum reddere debemus 1, 70. conf. 7, 173.; sed qui verax et sincerus in nos est 1, 68. et solatium nobis adfert 1, 362. Amicus est, qui in infortunio te non deserit 1, 245. et te aliis praefert 1, 167. Legatus pravus amicitiam corrumpit 12, 164. Duos amicos intimos ne separes! 23, 369. 631.

Cap. XIV.

De ira, odio, inimicitia, invidia.

Ira tanquam inutilis et noxia describitur 24, 29.; mitiganda igitur est 27, 112.; efficit enim, ut contenti non

simus 23, 469. et ntelligentiam perdit 19, 24. conf. 1, 215. Aviditas et ira caput peccatorum est 10, 207. Ira stulti in verbis, prudentis in factis est 19, 68. Potestas iram amovet et iratus quum dormit, ira abit 25, 53. Irae tuae ne obedias! 23, 461. 24, 449. Qui ob nil irascitur, is nihili contentus est 24, 472. Ira inutilis evitanda est 19, 2. Nonnisi in ira perseverare debemus, si ad rem consequendam, quae nobis debetur, utilis est 3, 119. Ne ira injusti adfligaris! 23, 291. Mitis homo verba turpia se non audire simulat 3, 133. conf. 143. Lenitas autem animi atque tranquillitas quum sit prudentiae columna, commendanda est 8, 69. 10, 112. Odium leve sit! 2, 116. Odium erga homines occultare debemus 1, 274. In inimicitia odioque paucum non est 23, 630. Inimicitia mutua genti nocet 24, 205, nam inimicitia homines dispersi sunt 20, 25 et cui multi inimici sunt, is ut prosternatur, exspectet 24, 600. Inimicitia clandestina vituperio est digna 5, 90. Ne contra fortunatum inimicitiam geras 24, 467. Invidia inutilis 22, 311. 23, 191 et nobis noxia est 2, 179. 6, 239. 242. 258. 259. 28, 154, ne igitur homini bonorum, quae ei dantur, invideas 23, 432. Ne te inferiori invideas! 24, 515. Invidos benigne tracta! 24, 451.

Sect. 6.

De agendi ratione erga socios, vicinos, clientes, hospites et amicos, inimicos, hostes, propinquos et cognatos, gentem, familiam, regem, dominum subditumque.

Cap. I.

De agendi ratione erga socios, vicinos, clientes, hospites.

Cum sociis consentire debemus 1, 441. conf. 443, nam

cum iis nobis vivendum est 1, 282. Qui inter se dissentiunt, tanquam socii conjungendi non sunt 23, 539. Ne socium e pravis parentibus ortum tibi eligas 23, 334, neque cum iis societatem ineas, qui tibi dissimiles sunt 23, 483, nam e sociis vir cognosci potest 28, 159. Inter socios caveas 23, 324 et socii pravi semper noxii sunt 24, 26. Socium contentum reddas! 24, 178. Ne te durum geras contra eum, cujus societas a te inita est! 1, 350. Qui opem non fert sociis, vituperio dignus est 6, 126. Qui tibi magis nocet, quam prodest, relinquendus est 25, 80.

Vicinus qui sit, antequam domum emis, vide 5, 88 et domum custodi ab eo, qui tecum habitat! 6, 114. Pulchra erga vicinos agendi ratio laudatur 23, 439. Dona des vicino tuo propinquo 27, 97. et proximum vicinum custodias! 5, 99. Ne vicini estote; sed visitatum vos venite! 3, 163.

Clientem custodire debemus et si nos adfligit 24, 339.; frustrari eos, qui in clientela nostra sunt, dum aliis dona damus, vituperandum est 7, 33.

Hospes a te laute excipiendus est, etsi ipse inopia labores 2, 72., tu autem ne diu apud hospitem commoreris! 23, 193.

Cap. II.

De agendi ratione erga amicos, inimicos, hostes.

Amicos multos tibi para 22, 105, antequam tibi necessarii sunt 3, 129, nam in calamitatibus fratres desiderantur 27, 173. Cui multi sunt amici, is potens et honoratus est 24, 268 et opes potentiaque amici morte deminuuntur 1, 81, Ex amico, quo utitur, vir cognoscitur 24, 87. Fugias eum, cuius amicitia sincera non est 7, 31.; sed fratri ingenuo fiduciam habe 1, 225. et qui tibi fraterno animo deditus est, ei deditus sis! 1, 212. Fraterni amoris of-

ficium praestare debemus 1, 362. 13, 39. et conditionibus inter fratres factis satisfacere 13, 60. Fratrem honora 1, 64.; sed veteri fratri laudem impertire indignum est 1, 460. Adjuva eum omni modo 18, 124. 25, 14. et solatio erige! 16, 3. 19. Summo cum periculo amicum defende 6, 61. eumque injuria laesum et si tibi odio venit, vindica! 6, 86. In calamitate frater cognoscitur 18, 175. Amicis nonnihil concedendum est 21, 118. 24, 276. Lenis sis in fratrem! 1, 63. Fratrum malefacta oblivisci debemus 3, 128., nam fratrum objurgatio melior est quam defectus 13, 103. 24, 365. Amicus quum in omnibus rebus tibi placere non possit, eum patienter feras oportet 24, 276. Si fratrum in te animum mutatum vides, hujusce rei excusationem quaeras, ut animus tuus irà liber et tranquillus sit 24, 381. Perfer amici peccatum unum, cujus tu multas virtutes noscis! 1, 281. Ne fastidiosum te geras erga amicum 23, 433, nam fastidium impedit, quominus amicos habeamus 23, 469. Qui amico importunus est, is inimico suo levis est 24, 139. Puni fratrem ob primum errorem, quem in sermone commisit 7, 67; sed ne amicum dedecore adficias 24, 330 et fratrem calumniis ne laedas! 3, 96. Sequaris consilium eorum, qui tibi vere amici sunt, etsi tibi ingratum est 1, 106, nam fidorum monita audire debemus 12, 96 et inobedientia erga amicum poenitentiam gignit 23, 26. Amicis tuis vilem rem dono ne mittas! 23, 474. Fraus amici turpitudo est 19, 75. conf. 28, 38. 64.

Amicorum ingratitudo injusta est 22, 19. Fieri potest, ut ex amico inimicus fiat 21, 40. Fortunae autem viri tribuendum est, quod ejus adversarius prudens est 24, 536. Ne inimicum negligens dormias! 24, 543. Sis erga inimicos dissimulator! 1, 384. Sinceritate in agendo hostis a te repellendus est, non minis vanis 14, 30. 15, 29. Qui cum altero modo ipsi conveniente dimicat, injustus non est 21, 38. Hostem praevenias 10, 113. aliosque, qui ignominiam nobis inferre cupiunt 2, 78; sed caedes dolo facta a lege

Mohammedica interdicta est 21, 68. Hostibus malum inferre debemus 28, 14.; sed ne robore et armis praestantiorem te aggrediaris 6, 101 aut experientiis probatum experiaris, poenitentiam enim ages 24, 518. Incursio in terram hostilem commendatur 19, 77; quod si vero homo infestus se submisit, eo abstinendum est 1, 53.

Cap. III.

De agendi ratione erga cognatos, propinquos, gentem, familiam.

Cognatio sine amore inutilis est 17, 15., nam si cognatus tibi utilis non est, idem est ac si cognatus non sit 2, 65. Cognatus cognato auxilium fert 1, 165. et si ei inimicus est 23, 282. 283. Cognatio autem propior remotiori in concedendis rebus praeferenda est 8, 41.

Propinquo auxilium fer et si eum odio habes 3, 29, nam propinquum tueri debes 6, 35. Propinqui sibi mutuum auxilium ferunt 24, 323. et vir nonnisi per propinquos cum ipso junctos potens est 23, 81. Propinqui estote cum amore, sed ne in propinquitate fiduciam ponite 3, 164., nam propinqui tibi debitum auxilium non semper praestant 10, 119. et si gens de regno pugnat, propinquitatis vincula rumpuntur 24, 320. Propinquorum injustitia magis laedit, quam gladii ictus 17, 35, ne igitur propinquos viles familiamque parvi habeas 24, 260. Beneficia in propinquos conferre debemus 11, 23, nam propinquos negligere et in peregrinos beneficia conferre, vituperio dignum est 19, 32. In propinquorum nobis ingrata agendi ratione patientia utendum est 18, 55.

Qui contra gentem suam injustus est 18, 46 et qui genti suae noxam infert, vituperandus est 10, 139. Ne contra gentem tuam injustus sis 26, 46.; sed ejus res ne-

cessarias perficias! 24, 213. Talem autem te gere, ut te metuat! 18, 104.

Familiae jura defendere debemus 4, 5. Generosus omnimodo familiam contra mala defendit 20, 17, nam tuus est nasus et si amputatus est 24, 261. Pulcher in familia conversandi modus laudatur 22, 25 et optimus is est, qui erga familiam optimus est 7, 92. Familiares excuses, si minus faciunt, quam debent 1, 51. 10, 52. 28, 72. et a familia in calamitate auxilium petas! 1, 61. 6, 235. Bonis moribus familiam instruas! 25, 368. Uxores defendere debemus 23, 397; omnem vero rem vir patienter ferre potest excepta uxorum suarum mentione 2, 10. Infanti matris amor non deest 23, 314, nam matri filius placet, etsi turpis est 21, 25. Stultissimus quisque filium suum amat 22, 67. Filii optima viri arma sunt 7, 60 et qui filios non habet, is gloria caret 24, 459. Filio semper est desiderium beneficiorum matris 27, 52. Similitudo cum patre res conveniens est 24, 274., nam ramo radicis natura est 10, 111. 20, 45. Cura atque diligentia in custodiendo puero adhibenda est 8, 7. Puer educandus est 8, 29. Qui filios suos bene instruit, invidos ad iram excitat 24, 442. Inobsequentia filiorum erga parentes vituperio est digna 3, 50. 18, 50. 21, 155. conf. 22, 209. Puellas recens natas occidere beneficium est 3, 6.

Cap. IV.

De agendi ratione erga regem, dominum, subditumque.

Qui rei praefectus suae verae dignitatis rationem non habens inter gentem praecellere vult, vituperatur 24, 390. Ob diversam naturam homines necesse est gradu et dignitate inter se sint distincti 23, 247, ut sint aut jubentes aut obedientes, nam aequales perirent 25, 43; dominium autem cum hominum multitudine est 28, 47, et homines eum

qui vicit 25, 166. et regum religionem sequuntur 25, 171. Qui bene interdicenti obsequium non praestat, noxam inde capiet 12, 80 et inobedientia erga principem (conf. 7, 16.) vituperanda est 23, 440. Praefectis obedire debemus 16, 95; sed qui te subjugat, major te sit 15, 22. Adora simium pravum tempore suo 12, 181; nam rex injustus melior est, quam bellum civile quod durat 12, 153. Caveas igitur rebellionem turbasque 1, 327; sed ne tyranno perfidoque obedias! 24, 258. 259. Qui fame laborat, tumultum excitat 24, 502; sed severitatis exempla in inobsequentem edenda sunt, ut caeteri deterreantur 18, 109. Homo si mandatum perficere recusat, majori re imposita cogendus est 1, 75. 7, 145. Difficile est tempore haud conveniente principatum exercere 14, 70. Cui rex benefacit, eum diabolus amittit 24, 531; nihilominus vero a principe securus sis, si ejus Vezirus te odio habet 23, 624.

Dure agere contra servum vilis est 3, 187; sed servum fratris loco ne habeas! 23, 251. 480. Servus baculo percutitur et in libero vituperium sufficit 18, 66. Serva ubique negotium invenit 1, 45.; sed cum serva secretum ne communices 23, 285 neque joceris 23, 286.

Sect. 7.

De sermone ejusque variis modis.

Cap. I.

General.

Sermonis facultatem rem maximi momenti Arabes habent 24, 210 et eloquentiae vim maximam esse dicunt 1, 1. Verbum gratiam tum eripit 10, 107, tum conciliat 10, 141. 14, 38. Sermo noxius esse potest 1, 35 et linguae caespitatio perniciosior est, quam pedis 18, 146. Verbum in-

terdum durius est, quam vehemens impetus 10, 19 et saepe ustionis signum relinquit 10, 165. Confossio linguae ad cor penetrat 16, 23 et una voce saepe bellum accensum fuit 10, 220. Periculosum esse sermonem indicaturi dicunt: lingua collum amputat 1, 218. 10, 118 et carcere dignissima est 24, 4. Verbum ad nos non revertitur 23, 396.; quapropter cautio in loquendo necessaria est 13, 77. 23, 396. 24, 4. Linguam cohibere debemus 24, 347, proferre enim potest tam malum quam bonum 23, 83. Ne linguae obsequium praestes 16, 86.; sed ejus, quod loquaris, rationem habeas. Sermonis initium pravum vituperatur 2, 112. Sermo brevis sit! 21, 58. Multa quae quis facit verba, vituperantur, quum fieri possit, ut absurda sint 7, 58. 10, 116. 23, 313. 24, 254. 291. Generoso multis verbis rem exponere opus non est 18, 156. Generoso multis verbis ne sis molestus! 10, 42. Ingenuo qnoque signum nutu factum sufficit 6, 227. Multa verba, quorum major pars nihili est, vituperantur 24, 245, nec non sermo inutilis 22, 278, nam qui vanum profert, in apparente et occulto haesitat 23, 573. Vituperanda quoque sunt verba pulchra, quae his contraria facta turpia sequuntur 6, 103. 12, 45. 13, 95. 20, 118. 24, 222. 25, 158. Ne igitur laudes rem, dum nemo laudem tuam curat 24, 348. Obscurus sermo 9, 81 et indistinctus, ut intelligi nequeat, vituperatur 6, 42. conf. 6, 65. Delirans in sermone 7, 84 et duas res dissimiles comparans 3, 69 aut discrepantes conjungens vituperio dignus est 3, 89. Ne dubium cum certo misceas! 23, 468. Male audienti et non intelligenti rem pluries dicas! 6, 6. Ne quis de rebus ipsum non spectantibus loquatur 18, 17 aut loco alieno se excuset 1, 160. Excusatio nimia non probatur, fieri enim potest, ut, qui excusationem tuam audiat, crimen tuum non audiverit 9, 56. Ne te de vitio, quod alii in te esse nesciunt, excusa! 10, 56. Qui tecum non consentit, eum ne edoceas 23, 645 aut eum, cui id opus non est 19, 9. Si te doctiorem docere vis, vi-

tuperationem mereris 22, 45. Jocus a serio regnari debet 6, 115. Jocus et lascivia alieno loco vituperandi sunt 23, 25. Qui joco semper indulget, is desiderio non potitur 24, 477. Jocus verecundiam tollit 24, 166. 167, ne igitur cum nobili aut vili joceris! 23, 418. conf. 23, 25. In joco interdum serium est 5, 75. 10, 217.

Cap. II.

De veritate et mendacio.

§. 1. De veritate. Veritas clara est 6. 85, ut si quis de veritate, num veritas sit, dubitat, hoc ignorantiae tribuendum sit 12, 93. Omnium dictorum est optimum 6, 250 et maximam vim habet 12, 93. In ipsis quoque ingratis rebus erga alios veraces esse debemus 12, 63., licet interdum nocet 14, 80. Qui verax erga nos est, is nos amat 14, 116., nam veritas mendacio vili praeferenda est 1, 354. Veritas honorem nobis parat 14, 78. conf. 24, 306. et remedium est 22, 207. Qui eam reliquit, in periculum incurrit 24, 517. Interdum veracitate notus ad mendacium cogitur 18, 75 et in quibusdam rebus dicenti veritas nocet 14, 80. Ne dubium cum certo misceas 23, 469; sed fratri tuo purum atque immutatum nuntium feras! 25, 66. Major opinionum pars mendacia sunt 22, 123. Ne igitur quis inconsiderate loquatur 23, 118. aut rem, quam non bene cognoverit, laudet 23, 277. 311. In ipsa laude rectum modum teneat 11, 22. 24, 314, nam laus, si nimia est, audienti ingrata fit 8, 9. 13, 3.

§. 2. De mendacio. Mendacium describitur 8, 18. 23, 455. 24, 208 et vituperatur 1, 24. 2, 71. 14, 43. 23, 313. 381. 394. Mendacii finis timendus est 23, 382, etiamsi utile videtur, tamen nocet 8, 49. Mendacium morbus 22, 207 est, qui ignominiam et dedecus nobis adfert 2, 205. 14, 78. 23, 260. Mendacium etsi nos e periculo

liberat, fugiendum est 1, 354. Ne igitur mentiaris aut mendaci similem te geras 23, 419., nam mendacium, etsi utile videtur, tibi nocebit 8, 49. Cui mendacium dictum est, is nescit, quomodo mandato obsequatur 23, 394. Praesertim mendacium annosi vituperio dignum est 18, 34. Qui mendacium protulit, saltem mendacii sui ne obliviscatur! 1, 336. 22, 300. In sententiis non clare explicatis libertas a mendaciis est 1, 26. Licet mendax interdum verax est 1, 33, tamen mendaci ne fides habeatur 1, 155. conf. 1, 448. Qui scabiosos habet camelos, ei nunquam fidem habeas! 23, 390. Antequam cognita est, ne rei fidem habeas 1, 334; sed audi et non verum esse puta! 12, 180. Praetextus quoque falsus vituperatur 18, 117. 23, 341 et excusationes nimiae 1, 19 et quibus veritas non est 18, 284. conf. 24, 250. Minae, quae non peraguntur, vituperium merentur 24, 107. conf. 6, 105. 22, 14. Minas leni 10, 70. neque plus mineris, quam perficere potes! 21, 7.

Cap. III.

De sermone turpi, blanditiis, ignominiis.

Sermo turpis vituperandus est 12, 157 eiusque rationem ne habeas 8, 44., nam verba turpia nos non audire decet 6, 16 et vir generosus turpia audire non vult 14, 33. conf. 3, 133. 6, 16. 92. Juramentum temerarium vituperio dignum est 5, 7. et juramentum falsum multum nocet 28, 105. Rixam evita 1, 236. et litigationem 1, 387. cave, nec non contentionem in disputando 8, 75, nam qui disputavit, deliravit 27, 174. Ne vero animum deprime, ut respondere non possis 23, 286. Sed adversare et tu in memoriam revocaberis! 7, 8. Sermo lenis amorem nobis conciliat 24, 528. Longitudo linguae vituperanda est 16, 90. Unum verbum patienter audi, ne plura tibi audienda sint! 24, 605. Ne auscultes, fieri enim potest, ut verba, quae tibi displiceant, audias 24, 482.

Blanditiae, ut voti compotes fiamus, commendandae sunt 1, 44. 272 et adulatio commodo nobis est 9, 73., sed qui vili blanditur, nil nisi pravam retributionem exspectare potest 5, 196. Qui vultu verbisque, non factis placere studet, vituperatur 2, 133.

Honorem virorum ne laedas 1, 309 nec alios opprobrii adficias 24, 475 aut contumelia, nam pari modo te adficiem 23, 611. Neminem sine causa contumelia adficias! 1, 338. Nonnisi vilem contemnas, ne ob honorem arrogans fiat 1, 30. Si vilem opprobrio adficis, ejus reditum time! 23, 558. Vituperio amor non comparatur 24, 556 et objurgationis multitudo odium gignit 22, 175. Obtrectatio inimicitiae fomes est 25, 89 et obtrectator, qui nonnisi aliorum verba repetit, vituperio dignus est 14, 5. Maxime vituperatur, qui contumelias ad alios defert 26, 20. Ne hominem vituperes, antequam res tibi omnino nota est 23, 112, neque vitupera rem, quae vituperio digna non est! 21, 19. 23, 222. 349. 23, 404. Ne fratrem tuum vitupera; sed lauda dominum, qui tibi condonavit 23, 295. Dum ipse vitiis laboras, neminem vituperio adficias! 7, 90. 9, 80. 12, 62. 18, 24. 133. 22, 115. 23, 279. conf. 28, 65. 78. aut alium ob rem, qua ipse liber non es, irrideas! 22, 128. 23, 636. Ne rem derideas! 23, 405. Ne indolem, quae tibi ipsi est, alteri interdicere velis! 23, 420. Qui nos coram laudat et absentes nos vituperat, vituperio dignus est 14, 72.

Cap. IV.

De silentio.

Silentium est sapientia 14, 37 et vehementer commendatur 7, 41. 10, 37. 118. 11, 52. 53. 18, 88. 113. 21, 166. 24, 22. 25, 91; nec vero silentium cogitatione carens 22, 174. Secretum loco depositi habendum est 12, 16, quod servare debemus 14, 15. Cujus arcanum integrum est, ejus publicitas integra est 24, 602. (458.)

Sect. 8.

De mulieribus.

Cap. I.

De mulieribus earumque agendi ratione.

Mulieres sunt laqueus diaboli 25, 45, viles 1, 42 et partes virorum resectae 1, 100. Mulieris animus ad stultitiam inclinat 23, 155. Mulier stragula est, eam mollem vobis reddite! 24, 587. Mulieres generosos vincunt; sed a vilibus vincuntur 28, 110. Mulieres negligentes et lusui deditae sunt 12, 52. Virgines intactae sunt optimae conjuges 1, 292. Mulieres generosae sunt viae, quibus ad celsitudinem adscenditur 24, 192. Mulier male olens impudica est 13, 51. Mulier prava est vinculum cervicis ferreum 24, 588. Feminae nobili turpitudo in agendo contraria est 3, 11. Mulierum dedecus manet 18, 273. Turpitudo est custos mulieris 21, 185. Zelotypia mulieris excusatur 23, 155.; sed est clavis repudii 19, 64. Pudicitia 6, 106 et modestia contra corruptores 6, 233 et solitudo in domibus ad pudorem conservandum 7, 38 commendantur. Stultitia 24, 186 et audacia cum impudentia vituperantur 1, 180.

Cap. II.

De agendi ratione erga mulieres.

Peregrinas et non propinquas in matrimonium ducite! 25, 72. Caveas feminam pulchram e stirpe ignobili! 1, 126. 295. De rebus publicis cum feminis non est consultandum 24, 70. Mulieribus obsequium ne praestes! 16, 40. Qui cum feminis pudicis et noctibus litigat, injuriae accusandus

est 7, 154. Ne feminas pudicas convicio laedite! 8, 76. Mulierem audacem repellas 7, 14; sed anum, quae reverentiam meretur, reverearis! 1, 344. Puellas recens natas occidere beneficium est 3, 61. Qui mulieribus omnino deditus est 28, 137. et earum vestigia semper sequitur, vituperio dignus est 3, 95. Zelotypia (quae describitur 22, 11.) modo laudatur 19, 76., modo cum ignavia conjuncta vituperatur 19, 10.

Lib. V.

De modo, quo proverbia posteris conservata, a grammaticis collecta et explicata sunt.

Cap. I.

De modo, quo proverbia conservata sunt.

Proverbia usu frequenti, quo inter homines divulgarentur, conservata et ad posteros delata esse, jam supra dixi. Poetae versus suos tanquam margaritis ornaturi proverbiis utebantur. Sic proverbia in vulgi ora venientia simul cum versibus posteritati tradebantur. Nec non antiquissimis temporibus cuilibet insigni poetae relator ab Arabibus Rawi appellatus erat, qui poetae versus, ne in oblivionem adducerentur, memoriae suae mandaret conf. libr. meum inscriptum: Darstellung der Arab. Verskunst etc. p. 393. Poetas et veteris et recentis aevi mori isti deditos fuisse, exemplis versuum multis in commentario Meidanii obviam venientium probari potest. Nonnulli inter poetas prae caeteris isti mori adhaerebant; at vero quosdam isti mori quam maxime incubuisse eo, quod uni versui interdum duo proverbia inseruerint, declaratur. conf. C. 3, 118. 6, 29. vers. et C. 16, 8. 21, 87.

Primo post Mohammedem saeculo, quo Arabes maximo cum studio omnibus rebus, quae ad Mohammedem ipsum ejusque successores spectabant, imo omnibus rebus, quae antiquitatem illustrabant, aut ad viros suae gentis pertinebant, conservandis operam dabant, proverbia, quorum magnum momentum in gentis tum interna tum externa historia non ignorarent, viri, quibus nomen محدثون narratores nomen est, ne in oblivionem venirent, curarunt.

Majus etiam meritum in proverbiis conservandis grammaticis et lexicographis veteribus adjudicandum est, quos, quum in omnia, quae ad linguam bene intelligendam facerent, colligenda et explicanda incumberent, proverbiorum maximum momentum non fugit, ut iis in operibus suis locum darent.

Cap. II.

De grammaticorum operibus, in quibus Arabum proverbia collecta et explicata sunt.

Grammaticorum et lexicographorum opera partim pluribus simul rebus impleta sunt, partim nonnisi proverbiis colligendis et explicandis inserviunt. Quae nil nisi proverbia continent, ea tum fontibus, e quibus hausta sunt, tum argumento formaque diversa sunt. Operum pars proverbia e Corano aut e Mohammedis sermonibus derivata, ut opus Abu-Mohammedis Alhasani b. Ahbd-Alrahman Alrahmhormosi complectitur, pars proverbia e poetarum versibus desumta, ut opus Hamsahi b. Alhasan. Alii auctores proverbiis quibusdam gentibus propriis, alii proverbiis divulgatis السابرون operam dederunt, alii proverbia veteris temporis cum iis, quae Arabibus haud genuinis proria erant, conjunxerunt, alii aut unam aut alteram proverbiorum partem separatim ediderunt, alii denique nonnisi recentioris aevi proverbia in operibus suis admiserunt. Quo autem quisque grammaticus veteriore tempore vixit, eo majorem veteribus proverbiis operam dicavit. Inveniuntur quoque recentioris aevi grammatici, qui veteribus colligendis curam atque diligentiam adhiberent. Nonnulli grammatici ex. gr. Hamsahus b. Alhasan et Mohammedes b. Habib, caeteris neglectis, nonnisi proverbiis, in quibus adjectiva formae comparativi افعل primum locum habent, operam navarunt. Abu-Ohbaidahus denique proverbia, quae viris aut feminis adjudicantur, in opere suo distinxisse vi-

detur, legimus enim in scholio ad proverbium C. 28, 5. وهذا من امثال النساء الا ان ابا عبيدة حكاه „Hoc e numero proverbiorum est, quae feminis sunt propria; nisi quod Abu-Ohbaidahus id retulit“; ex quibus verbis sequi videtur, Abu-Ohbaidahum nonnisi proverbiis, quae ad viros spectant, operam dedisse.

Finitis hisce observationibus praemittendis, ad opera ipsa enumeranda venio et sequens, quoad fieri potest, temporis ordinem, quo auctores vixerint, quae nonnisi de proverbiis agunt, caeteris praemitto. Fontes autem, e quibus res praesertim hausi, hi quatuor sunt:*)

1) Opus inscriptum فهرس العلوم „Index scientiarum“ auctore Abu-l'Faradjo Mohammede b. Ishak Alwarrak nomine Ebn-Abi-Jahkub Alnadim Albaghdadi noto, quod mense Schahban anni 377 absolvit. Auctor die decimo ante finem mensis Schahban anni 385 diem obiit. Conferas primum tertii libri caput. 2) Opus omnibus notum, quod Hadji-Chalifah de libris composuit. 3) Opus طبقة الحديث „Classis nuntiorum de Mohammede“ cod. Paris. 736. 4) Opus معرفة القراء „cognitio lectorum Corani“ inscriptum. De hisce duobus nil certi habeo. Jam libri de proverbiis sequuntur.

1) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ cujus auctor Ohbaid b. Sarijjah (عبيد بن سريه الهرهمى) tempore Moahwijjahi vivens. Moahwijjahus (mort. ann. 60) ex Zanaa oppido Arabiae felicis eum arcessivit, ut de historia antiqua, regibus Arabum Persarumque eum interrogaret. Idem imperavit, ut res ad librum componendum necessarias

*) Gratissimo animo egregium auxilium a juvenibus doctissimis D.D. Gildemeistero et Schmolderso mihi praestitum agnosco, uterque enim meo rogatu et Parisiis et Lugduni Batavorum diligentissime excerpta mecum communicavit, ut si hac in re aliquid novi adtulerim, id me eorum diligentiae praesertim debere, ingenue fateor.

colligeret. Mohammedis tempus eum adtigisse; sed nil de eo retulisse narrant. Usque ad tempus Merwani b. Alhacem vixit.

2) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“. Auctor Zahhar b. Alahbbas صحار بن العباس ad gentem Ahbd-Alkais pertinens et parti Ohtsmanicae addictus erat. Genealogiae gnarus et orator duas vel tres de Mohammede traditiones retulisse fertur.

3) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore viro Ihlakah b. Carim Cilabita علاقة بن كريم. Unus familiae Banu Gham بنو غامر, quae pars gentis Cilab erat, pugnarum inter Arabes celebrium nuntiorumque gnarus fuisse dicitur. Usque ad tempus Jasidi b. Moahwijjah (regn. anno 60 mort. 64) vitam degebat. Liber de proverbiis quinquaginta circiter foliis constat.

4) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore Almofadhdhelo Dhabbita. Nomen ejus est Abu-l'Ahbbas Almofadhdhel b. Mohammed. Ad gentem Banu-Tsahlebah ben-Alsid b. Dhabbah pertinebat. Alii Abu-l'Dhabbii filium eum fuisse dicunt conf. ill. de Slane Diw. Amrul'-Kaisi p. 117. Ebn- Alcufi ei cognomen Abu-Ahbd-Alrahman dedit. Quum Ibrahimum b. Ahbd-Allah b. Hasan (anno 145) rebellantem secutus in Almanzuri (mort. 158.) potestatem cecidisset, criminis veniam accepit. Tum inter socios Mahdii, jubente Manzuro, receptus circiter 128 carmina collegit, quibus nomen المفضليات inditum est. Haec carmina alterum quoque nomen الاختيارات (electiones) habere a vero non abesse videtur. Plures praeterea libros ex. gr. كتاب العروض, كتاب الشعر, كتاب الالفاظ composuit.

5) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore Junuso ben-Habib, qui inter socios Abu-Ahmrui b. Alahla (mort. 183.) locum habebat.

6) كتاب أمثال الحمير „Liber proverbiorum Himjaritarum“ auctore Heschamo Alcalbi. Nomen hujus viri, genealogiae, rerum Arabicarum, pugnarum proverbiorumque perquam gnari Hescham b. Mohammed b. Osajeb (اسايب) b. Bischr erat. Anno 206. obiit.

7) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore Abu-Ohbaidaho Mahmar b. Almotsanna lexicographo, qui natus anno 214, anno 210 aut 211 (ex Abu-Saidi sententia 209.) diem supremum obiit. Ex verbis وفى امثال ابى عبيدة فى باب الخلف „et in proverbiis Abu-Ohbaidahi in capite الخلف inscripto“, quae in commentario ad Haririi opus p. 139. ed. de Sacy occurrunt, Abu-Ohbaidahum in disponendis proverbiis argumenti rationem habuisse, conjicere licet. Sed Abu-Ohbaidi opus quum ita constitutum esse videatur, num in Haririi commentario ابى عبيد pro ابى عبيدة legendum sit, dubitari potest.

8) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore Alazmäiho, qui natus est anno 122 aut 123, mortuus anno 216. (secundum alios 214, 215 aut 217.).

9) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore Abu-Ohbaido Alkasem b. Salam Alchosäi mortuo ann. 222, aut 223 aut 224. Auctor in disponendis proverbiis argumenti rationem habuit conf. Harir. p. ٥٣.

10) كتاب الامثال auctore Altaurio التورى. Abu-Säihdus eum nomen Ahbd-Allah b. Mohammed b. Harum gessisse, ad gentem Asad pertinuisse et Koraischitam, quod gentis Koraisch cliens esset, cognominatum esse dixit. Alazmäihi discipulus et Abu-Ohbaidahi relator (راوى) erat.

11) كتاب تفسير الامثال „Liber explicationis proverbiorum“ auctore Ebn-Alahrabio mortuo anno 231 aut 230.

12) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore Alsijadio. Hic auctor Alazmäihi discipulus, si Abu-Säihdo fides est, nomen Abu-Ishak Ibrahim b. Sofjan b. Sijad Abijjah (ابيه) gessit.

13) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore Jahkubo b. Alsiccit mortuo an. 244 aut 246.

14) كتاب حكم الامثال „Liber sententiarum in proverbiis“ auctore Ebn-Kotaibaho mortuo anno 270 aut 271. (Hujusce viri vita in beati Hamakeri specim catal. p. 3. sqq. legitur).

15) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore Tsahlebaho, cui auctore Ebn-Alcufio, nomen Ahmed b. Jahja b. Said b. Sajjar Abu-l'Ahbbas Tsahlab, auctore autem Ahbd-Allaho b. Moklah, nomen Abul'Ahbbas Ahmed. b. Jahja erat. Mortuus est anno 291.

16) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore Nafthujaho, cujus nomen est Abu-Ahbd-Allah Ibrahim b. Mohammed b. Ahrafah (عرفه) b. Solaiman b. Almoghirah b. Habib b. Almohalleb b. Abi-Zofrah Alasdi. Natus anno 244 (alii dicunt anno 250.) in oppido Waseth Bagdadum incolebat, ubi anno 323 (al. 324.) vitam exspiravit. Cognomen a deformitate et fusco colore, qui cum naphta (نفط) comparatus sit, accepisse dicitur.

17) الحكم والامثال „Sententiae et proverbia“ collecta ab Abu-Mohammede Alhasan b. Ahbd-Allah Alahscari (العسكرى), qui anno 382 obiit. Liber proverbia e sermonibus Mohammedis derivata continere videtur (Meidanii praefat.).

18) كتاب الامثال الصادرة عن بيوت الشعر „Liber proverbiorum e versibus derivatorum“ auctore Abu-Ahbd-Allaho Hamsah b. Alhosain Alizpahani, qui etiam historicus saeculo quarto vivens cum seriore tempore vi-

vente auctore ejusd. nominis confundi non debet. Composuit quoque librum inscriptum: كتاب الامثال على افعل „Liber proverbiorum, quibus forma comparativi est". Izpahani incola erat.

19) Proverbia e Corano collegit Abu-Ahbd-Alrahmanus Mohammed b. Hosain Alsalami Alnisaburi, qui anno 412 obiit.

20) Idem fecit Abu-l'Hasanus Ahli b. Mohammed Habib Almawerdi Schafeita, qui anno 450 mortuus est.

21) سوابق الامثال „Equi vincentes proverbiorum"*) i. e. proverbia praecipua auctore Djar-Allah Abu-l'Fadhl (cod. 1370. Abu-l'Kasem) Mahmud b. Ohmar Alsamachschari, qui anno 538. obiit.

22) كتاب الامثال „Liber proverbiorum" ab Abu-Mohammede Kasem b. Mohammed ben-Baschschar Alanbari (Anbari incola) compositus. Salamii aliorumque sociorum Alferäii (mort. 510.) et multorum lexicographorum consortio usus est. Erat historiarum studiosus اخبارى.

23) المستقصى فى الامثال „Liber brevis de proverbiis" eodem auctore. In proverbiis disponendis ordinem alphabeti secutus est. Mense Ramadhano anni 499 opus absolvisse dicitur. In hujus operis, quo usi sumus, praefatione haec leguntur: وقد عنيت فى شرحها بايراد قصصها وذكر النكت والروايات فيها والكشف عن معانيها والانباء على مضاربها والتقاط الابيات الشواهد لها. „In interpretandis iis operam dedi, ut historias eorum adferrem et acuta eorum dicta commemorarem et referrem eorum modos legendi et sensum eorum exponerem et indicarem modos, qui-

*) In codice Lugdun. 1370. سواير الامثال „Proverbia divulgata" legitur.

bus adhibentur et versus, qui testimonio essent, colligerem". Hisce vero in rebus brevitati auctor studuit.

24) مجمع الامثال „Collectio proverbiorum" auctore Meidanio (mort. 539.). Quum de ipso opere postea fusius disserere in animo mihi sit, hic dixisse sufficiat, Meidanii opus a viro docto dynastiae Osmanidarum in versus transscriptum esse anno 1079„ a viro Schehab Aldino Mohammede b. Ahmed Alkodhai (القضاعى) abbreviatum esse, tum vero sub titulo sequente editum esse.

25) فرايد الخرايد فى الامثال والحكم „Pretiosissimae margaritae in proverbiis et sententiis" ab Abu-Jahkubo Josepho b. Thaher Meidanii discipulo et grammatico (mort. 532.).

26) نجب الامثال „Praecipua proverbia" auctore Abu-Ahbd-Allaho Thafar (طفر) Mohammede b. Ahmed Alzakbali (mort. 565.)

27) غرر الاقوال ودرر الامثال „Sermonum maculae splendidae et *proverbiorum uniones*" *auctore Mohammede b. Abi-Djalil (cod. 1370. Alchalil) Alwathwath Alohmavi Albalchi (mort. 573.). Epitome est in usum Sultani Schah Mohammedis b. Arslan Alseldjuki in quatuor foliis* (ورقات) *facta.* Ejusdem tituli liber auctore Abu-l'Hasano Ahlio b. Mohammed Albaihaki ab Hadji-Chalifaho citatus est. Proverbia e Meidanii opere desumta ordine litterarum alphabeti disposita sunt. Causam proverbii et adhibendi modum adjunxit et sensum auctor grammatice explicavit.

28) الفلك السابر على المثل السابر „Coelum circumversum super proverbia vulgata" auctore Ihss-Aldino Ahbd-Alhamid b. Hebut-Allah Almadajeni, qui cognomine Abu-l'Hadid notus erat (mort. 655.).

29) Schams-Aldinus Mohammedes b. Abi-Becr b.

Kajjem Aldjusijjah (mort. 751.) proverbia e Corano collegit.

30) نزهة الناظر فى المثل السايير „Deliciae ejus, qui proverbia vulgata considerat“ auctore Abu-l'Ahbbaso Ahmede b. Mohammed Aldinaseri الدينسرى, qui notus erat nomine ابن العطار poeta. (mort. 794.)

Ad haec nonnulla opera adjungo, quorum in una parte accuratiore auctoris notitia careo, in altera plures simul res tractatas esse cognovi.

1) Proverbia Sophorum auctore Mohammede b. Mohammed b. Solaiman.

2) خريدة الامثال „Margarita non perforata proverbiorum“.

3) كتاب الفاخر „Liber praestantis“ auctore Mofadhdheli b. Salamah (floruit circa annum 250.), quo in libro vulgata inter homines proverbia collecta et explicata sunt.

4) مجمع الاقوال فى معانى الامثال „*Collectio sermonum de proverbiorum sensibus*“ auctore *Mohammede b. Ahbd-Alrahman b. Abi-l'Baka Ahbd-Allah b. Alhosain Albecri.* Continet sex tomos. Se librum ex quatuor operibus collegisse et multa ex memoria addidisse dixit. In codice 1371 auctoris nomen sic scriptum est: زين الدين محمد بن الشيخ عبد الرحمن بن ابى البقا العكبرى. Mortuus est auctor anno 728.

5) مجمع الاقوال فى الحكم والامثال „Collectio sermonum de sententiis et proverbiis“ auctore Alschehabo (Schehab-Aldin) Ahmede b. Ahli, qui notus cognomine Aldamamini Alsiwasi anno 835 diem obiit.

6) نزهة الانفس وروضة المجلس „Deliciae animorum et hortus consessus“ auctore Mohammede b. Ahli Alihraki. Auctor collegit ea, quibus homines utuntur non cogno-

scentes accuratum verborum sensum et proverbia, quibus homines falso modo utuntur. Addidit historias et in ordinem alphabeticum proverbia redegit.

7) الخصال auctore Abu-l'Hasano Ahlio b. Mahdi Alizpahani, quo in libro versus, sententias et proverbia auctor congessit. (Hadji-Chalifa)

8) رفع اللباس وكشف الالتباس فى ضرب المثل من القران والاقتباس „Sublatio vestis et remotio dubii in adhibendis proverbiis e Corano et eorum conjunctione cum sermone“ auctore Djelal-Aldino Alsojuthi (mort. 611.). Opus inter libros, qui de jurisprudentia agunt, Hadji-Chalifahus enumeravit.

9) وقع الاثل فى ضرب المثل „Cuspidis casus in adhibendo proverbio eodem auctore.“

10) قراضة الابرار فى الامثال المستخرجة من الكتاب العزيز „Ramenta auri piorum in proverbiis, quae e Corano deducta sunt“ auctore Badr-Aldino Hasan b. Alkorat.

11) كتاب الامثال السايرة „Liber proverbiorum vulgatorum“ auctore Ohjainaho b. Alminhal (عيينه بن المنهال) *)

12) كتاب الامثال على افعل „Liber proverbiorum, quibus forma comparativi est“ auctore Abu-Djahfaro Mohammede b. Habib b. Omajjah b. Ahmru.

13) تحفة الاكبار فى الحكم والامثال „Donum nobilium in sententiis proverbiisque“. Liber citatus est in illust. de Hammeri opere inscripto „Encyklopaed. Uebersicht etc. p. 13. Huic similis titulus legitur apud Hadji-Chalifam Nro. 2535. تحفة الاخيار فى الامثال والاشعار „Donum optimorum in proverbiis versibusque.“

14) كتاب الامثال „Liber proverbiorum“ auctore Abu-

*) In voce priore puncta diacritica desunt.

Mohammede Alhasano b. Ahbd-Alrahmano Alrahmhormosi". *)

15) غاية الكمال في سوايير الامثال „Extremum perfectionis in proverbiis vulgatis." auctore Scharaf-Aldino Ismäilo Almaahrri. Opus, quod in enumerandis proverbiis ordinem alphabeticum sequitur, maximi momenti est. Plura quam Meidanii opus proverbia complectitur et proverbia, quae littera prima alphabeti incipiunt, totum primum amplum volumen implent. Maximum mihi dolorem adtulit, quod nonnisi primus operis tomus in bibliotheca Lugdunensi asservatur, non enim dubito, quin reliqua operis pars maximae mihi utilitati fuisset. Magna quoque cum cura atque diligentia opus descriptum est. Quo autem tempore auctor opus composuerit, quo tempore vixerit, non habeo quod dicam, nam et nostra et amicorum opera in detegendis illis rebus frustranea erat. Eum et Samachschario et Meidanio seriorem fuisse, ex operis locis conjicere licet.

Opera illa, in quibus inter alia proverbia passim occurrunt, ne lectores fatigem, omitto.

Cap. III.

De Meidanio.

Quae de Meidanio in Ebn-Challikani opere celeberrimo invenimus, breviora sunt. Potiorem eorum partem jam Albert. Schultensius in praefatione praemissa libro

---

**) Ram-Hormos nomen oppidi est in provincia Khoufistan siti, quae provincia antea nomen Ahwas اهواز gerebat. Oppidum anno 17 Hedjrae in Mohammedanorum potestatem venit. Abulf. Ann. T. I. p. 241.

inscripto: Meidanii proverbiorum Arabic. pars p. XI. sqq. excerpsit et Hamakerus beatus in Specimine catalogi p. 51. textum Arabicum cum latina versione publici juris fecit. Meidanii nomen erat Ahmed. Filius erat Mohammedis, nepos Ibrahimi et cognomen Abu-l'Fadhl Almeidani Alnisaburi gerebat. Cognomen Almeidani (Meidanensis) a vico urbis Nisabur, Meidan (campus) Sijadi b. Ahbd-Alrahman appellato, ad cujus portam sepeliebatur, accepit. Cognomen Alnisaburi (Nisaburensis) inde ortum videtur, quod in urbe Nisabur natus esset. Sunt quoque, qui ab urbe, quam incolerent, cognomen gererent. Abu-l'Hasani b. Wahedi, viri commentario suo de Corano conscripto celeberrimi, qui anno 468 Nisaburi diem obiit, intimo consortio gaudebat. Meidanius aliis quoque praeceptoribus usus accuratam linguae Arabicae et lexicographiae cognitionem sibi acquisivit. Traditiones quoque de Mohammede et ab aliis audivit et ipse alios docuit. Eum litteris elegantioribus operam dedisse ex eo concludi potest, quod titulum honorificum الاديب acceperit. Sequentes duo versus ei adscribuntur:

تَنَفَّسَ صُبْحُ الشَّيْبِ فِى لَيْلِ عارِضِى فَقُلْتُ عَسَاهُ يَكْتَفِى بِعِذَارِى

فَلَمَّا فَشَا عاتَبْتُهُ فَأَجَابَنِى أَيَا هَلْ تَرَى صُبْحًا بِغَيْرِ نَهَارِ

„Illuxit canitiei Aurora in nocte genae meae et dixi: Fortasse ei gena mea sufficit. Sed quum diffusa esset, eam vituperavi, sed mihi respondit: Oh! num Aurora sine die vides?“. Metrum Thawil est.

Provectus aetate, ut videtur, Mercurii die, vicesimo quinto mensis Ramadhan anni 518 diem supremum obiit. Ejus filius Saihd, patris exemplum sequens doctrinae copia insignis erat. Librum inscriptum: كتاب السامى فى

الاسامی „Liber alti in nominibus“ *) composuit. Meidanium plura opera composuisse mihi certum videtur; sed quum proverbiorum opus tantam famae celebritatem consequeretur, factum est, ut caetera omnia obscurata in oblivionem adducerentur. Consentientibus Ebn-Challikano et Hadji-Chalifaho Meidanii opus anteriora omnia meritis longe superavit. Samachscharius, qui paulo ante Meidanium opus de proverbiis ediderat, invidia incensus, Meidanii nomen in النمیدانی, quae vox si e lingua Persica derivatur, ignarum designat, mutasse; Meidanius autem, ut injuriam ulcisceretur, Samachscharii nomen in الزنخشری corrupisse narratur. Vocem hanc eum designare, qui uxorem suam vendiderit بایع زوجته, Sojuthius in libro suo طبقات النحاة „classes grammaticorum“ auctor est, id quod ab Ebn-Alhannatio rejicitur dicente, vocem Persico زن „femina“ et خشر „hominum faex“ constare, ut mulier prava designetur. Sunt, qui Samachscharium, quum intellexerit, quantum Meidanii meritum esset, sui operis poenituisse narrent.

Cap. IV.

De Meidanii opere.

Meidanii opus مجمع الامثال „Collectio proverbiorum“ inscriptnm est. Tituli causam eam esse dicit, quod opus majorem proverbiorum partem, plura quam sex millia „macra et pinguia“ i. e. graviora, et minus graviora, ante Mohammedis tempus et post Mohammedem orta complectatur. Auctorem in opere suo proverbia e Co-

*) Est lexicon, in quo voces Arabicae Persice explicantur. Ni fallor a quodam ipsi Meidanio adscribitur.

rano et Mohammedis sermone derivata et quae in variis regionibus, oppidis inque variis gentibus usurpata essent, conjunxisse videmus conf. C. 20, 106. et C. 8, 67. 13, 156. 14, 104. 17, 25. 18, 38. et C. 21, 133. 135. 138. Rogante Schaicho Abu-Ahlio Mohammed Ebn-Arslan, apud quem per aliquod tempus versaretur, opus se perfecisse ipse narrat. Totum opus in triginta capita divisum ita disposuit, ut viginti octo capita proverbiis concederet, in vicesimo nono dierum pugnis inter Arabes celebrium nomina enumeraret, tricesimum Mohammedis, quatuor ejus successorum aliorumque virorum sermonibus dicaret. Qui autem horum duorum capitum modus et ratio sit, e nostro huic tomo praemisso praefamine cognoscere licet. Ex eo autem, quod Meidanius in viginti octo capitibus proverbia descripserit, adparet, eum in disponendis proverbiis litterarum alphabeti rationem habuisse. Modum, quo in disponendo usus sit, hisce verbis in praefatione *) operis auctor describit: وافتتح كل باب بما فى كتاب ابى عبيد او غيره ثم اعقبه على ما افعل من ذلك الباب ثم امثال المولدين حتى اتى على الابواب الثمانية والعشرين على هذا النسق ولا اعتد حرفى التعريف ولا الف الوصل والقطع والامر والاستفهام ولا الالف المخبر عن نفسه حاجزا الا ان يكون قبل هذه الحروف ما يلازم المثل نحو قولهم

*) Praefatio ipsa minoris momenti est, quam ut tota exscribatur. Ejus stylus maximam partem cum homoioteleuto conjunctus artificiosus et difficillimus est, ut vix verbotenus et omnibus claro modo verti possit. Praemissa Dei laude et prophetae, qui mos a scriptoribus Arabicis non negligitur, de magno proverbiorum momento ac difficultate sermo est. Tum de operis causa, ambitu, fontibus, de capitibus ejus, vicesimo nono et tricesimo, loquitur et denique vocis مثل „proverbii“ explicatione praefationi finem imponit. Quae autem sunt in praefatione res majoris momenti prolatae, eas diversis locis adnotavi.

كالمستغيث من الرمضا وبعدها نحو المستشار مؤتمن والمحسن معان فانى اورد الاول فى الكاف والثانى والثالث فى الميم واتبعت الباقى على ما ورد نحو تحسبها حمقاء و بيدين ما اوردها زايدة فى باب التاء والباء „In quolibet capite primo loco proverbia posui, quae in Abu-Ohbaidi opere aliisque adlata sunt, tum ordine sequuntur proverbia, quibus forma comparativi est, denique proverbia, quae ab Arabibus non genuinis originem duxerunt. Sed in omnibus viginti octo capitibus litterarum articuli ال, litterae Elif sive cum Hamsa sive sine ea enunciatur, litterae Elif imperativi, interrogandi et primae personae nullam rationem habui, nisi quum littera in proverbio necessaria eam praecederet ex. gr. كالمستغيث من الرمضاء (C. 22, 84.) aut eam sequeretur ex. gr. in verbis: المستشار مؤتمن et المحسن معان *) primum enim in littera ك; secundum vero et tertium in littera م adfero. Caetera eodem modo adnoto, ut proverbium تحسبها حمقاء (conf. C. 3, 12.) in littera ت et بيدين ما اوردها زايدة (conf. C. 2, 1.) in littera ب locum obtineat.“ Ordini alphabetico, et si accuratissimus est ut in Scharaf-Aldini opere, haec duo repugnant, unum quod particula in initio proverbii in locis, ubi citatum invenimus proverbium, saepius abjecta sit, ita ut sic mutatum proverbium, alphabetici ordinis in quaerendo ratione habita, nullibi invenias, alterum vero, quod eadem proverbia a diversis auctoribus diverso modo adnotata sint. Sic proverbium ان اردت المحاجزة فقبل المناجزة (C. 1, 149,) apud Scharaf-Aldinum المحاجزة قبل المناجزة, proverbium جذل حكاك C. 5, 12. apud eundem انه لجذل حكاك et proverbium هم المعا والكرش

*) Mirum est, quod in toto Meidanii opere haec duo proverbia sic prolata non reperiantur. Conf. Meid. 6, 141.

in Kamusi opere, هم مثل المعا والكرش legitur. Sed in Meidanii opere quum auctor, accuratiore ordine prorsus neglecto, primae in proverbio litterae nonnisi quandam rationem habuerit, nullam fere ordo utilitatem quaerenti adfert, totum enim caput in quaerendo percurrendum est. Quo in neglecto ordine causa quaerenda est, cur eadem proverbia aut paulo mutata duobus vel tribus locis occurrant conf. C. 1, 231. et 8, 24. C. 1, 52. et 7, 148. C. 1, 416. et 22, 242. et 6, 221. C. 1, 425. et 15, 65. (conf. C. 22, 268.) C. 2, 215. et 26, 132. C. 3, 30. et 27, 19. C. 5, 112. et 14, 31. C. 6, 21. et 23, 261. C. 6, 47. et 23, 435. C. 6, 149. et 23, 272. C. 10, 27. et 76. C. 10, 38. et 84. C. 12, 72. et 28, 40. C. 18, 283. et 24, 538. C. 22, 140. et 27, 56. C. 23, 1. et 205. C. 23, 264. et 562. C. 24, 32 et 196. Unicus autem quaerentibus in disponendis proverbiis utilissimus modus in eo cernitur, quod primi aut nominis aut verbi, quippe quae rarissime mutentur, ratio habeatur. Singula autem capita auctor in tres partes divisit. Prima pars proverbia continet, quae ab Arabibus genuinis originem duxerunt, secunda pars proverbia, a quadam indole, quae aut personae aut animali aut rei aut conditioni majori gradu tribuitur, derivata, ita ut in iis duae semper res comparentur, in tertia denique parte proverbia sunt, quae ab Arabibus non genuinis profecta sunt. Maximi momenti esse proverbiorum distinctionem in prima et tertia parte nemo non videt. In capite vicesimo tertio proverbia voce ٥ incipientia in fine post numerum 268 ante proverbia, quae ab indole majori gradu derivata sunt, posuit. Sic quoque in fine totius capitis post proverbium 588 locum obtinuerunt. Quod vero in Meidanii opere proverbia sensu simillima saepe conjuncta sunt, id non tam

Meidanii in disponendo diligentiae quam ei tribuendum videtur, quod ex libris, in quibus argumenti ratio praevaluerit, argumentum hausit.

Cap. V.

De fontibus, e quibus Meidanius proverbia hausit.

De fontibus, quibus usus sit, Meidanius in praefatione sic refert: فطالعت من كتب الايمة الاعلام، ما امتد فى تقصيها نفس الايام، مثل كتاب ابى عبيدة وابى عبيد، والاصمعى وابى زيد، وابوى عمرو وابى فيد، ونظرت فيما جمعه المفضل ابن محمد والمفضل بن سلمة حتى لقد تصفحت اكثر من خمسين كتابا، وتخلت ما فيها فصلا فصلا وبابا بابا، مفتشا عن صوابها زوايا القاع، مشذبا عنها ابنها بصارمى القطاع، علما انى اصب به الدينار فى كف ناقد، واجلو منه البدر لطرف غير راقد، يزيد بالنظر فيه رونقا وبهاء، ويكسبه بالاقبال عليه سنا وسناء، ونقلت ما فى كتاب حمزة بن الحسن الى هذا الكتاب، الا ما ذكره من خرازات الرقا وخرافات الاعراب، والامثال المزدوجة لاندماجها فى تضاعيف الابواب، وجعلت الكتاب فى نظام حروف المعجم فى اوايلها، ليسهل طريق الطلب على متناولها، وذكرت فى كل مثل من اللغة والاعراب ما يفتح الغلق، ومن القصص والاسباب ما يوضح الغرض ويسبغ الشرق، مما جمعه عبيد بن شريه وعطا بن مصعب والشرقى بن القطامى وغيرهم واذا قلت قال المفضل مطلقا فهو ابن سلمة واذا ذكرت الآخر ذكرت اسم ابيه „Perlegi igitur virorum doctissimorum libros, in quibus diligenter tractandis multum temporis consumtum est ex. gr. librum Abu-Ohbaidahi, Abu-Ohbaidi, Alazmäihi, Abu-Saidi utriusque Abu-Ahmrui et Abu-Faidi. Inspexi quoque ea, quae collegerat Almofadhdhelus b. Mohammed et Almofadhdhelus b. Salamah, ita ut plures quam quinquaginta libros perscrutarer. Et e singulis capitibus et libris meliora elegi, dum angulos campi, ut

ratum invenirem, diligenter perquirebam, nodos inde removens secante meo gladio; sciebam enim, me eo nummos aureos effundere in manum, quae bonos a pravis secernit et oculo non dormienti ejus plenam lunam me ostendere, cujus adspectu splendorem et pulchritudinem suam augeat et propius accedendo lucem eminentiamque sibi acquirat. Transtuli quoque res in opere Hamsahi b. Alhasan descriptas in huncce librum, exceptis conchis incantamentorum et fabulis Arabum et proverbiis conjunctis propterea, quod duplicatis capitibus firmiter inhaerebant. Librum autem secundum alphabeti ordinem disposui, ut via inveniendi usuro facilior esset. In quolibet proverbio adnotationes, quae verborum significationem et grammaticen spectant, adtuli, quibus clausum aperiretur, nec non historias proverbiorumque causas, quibus propositum intelligeretur et res in gutture praefocans leniter in gulam descenderet (i. e. quibus difficultas removeretur), in usum meum adhibens, quae Ohbaidus b. Scharijjah, Atha b. Mozihb, Alscharkius b. Alkathami aliique collegerant. Quod si vero scripsi: Dixit Almofadhdhelus nulla re addita, Ebn-Salamah intelligendus est, in altero patris nomen addidi.“

Quibus ex verbis, quibusnam auctoribus Meidanius prae aliis usus sit, cognoscere licet. Praeter illos vero nominatim dictos auctores multos alios ei fuisse, ex eo apparet, quod plures, quam quinquaginta libros in usum proverbiorum se perscrutatum esse dicit. Quorum librorum auctores, quot e diversis commentarii locis in notitiam nostram venerint, adpositis quibusdam de tempore, quo vixerint, et operibus, quae composuerint, adnotationibus, ex ordine alphabetico jam breviter recensere operae pretium erit.

Abu-Ahli Aljemami. Inter celebres gramma-

ticos C. 23, 500. appellatus est. De viri aetate, licet multum quaesiverim, nil inveni.

Abu-Ahmru. Multis locis ex. gr. 1, 80. 166. 5, 40. 9, 22. 13, 42. ejus mentio facta est. In praefatione, quam Meidanius proverbiis praemisit, de duobus, quibus tale nomen erat, sermo est. In commentario ita distincti sunt, ut unus Abu-Ahmru, alter Abu-Ahmru b. Alahla appellaretur. Plures quidem sunt grammatici illud nomen gerentes; sed non dubito, quin noster sit Ihsa filius Ohmari, qui in gente Tsakif sedem habens, Sibawaihi praeceptor erat. Librum inscriptum الجامع في النحو composuit et anno 149 diem obiit. Conf. Ebn-Challikan, Abulfedae Annal. T. II. p. 149. 674. De Sacy Anthol. gram. p. 434.

Abu-Ahmru b. Alahla. Ejus nomen C. 18, 46. occurrit a Junuso citatum. Abu-Ahmru b. Alahla b. Ahmmar secundum alios anno 65, secundum alios anno 68, secundum alios anno 70 in urbe Mecca natus, unus e septem celebribus Corani lectoribus erat, insignis Corani, linguae Arabicae, grammatices poesisque scientia. Sunt qui dicant, ejus cognomen loco nominis proprii fuisse, dum alii ejus nomen زبان (Sabban) aut, quemadmodum in aliis codicibus legitur ربان (Rajjan) fuisse contendant. Viginti circiter annos natus cum patre, cui Hedjdjadjus infensus esset, ex oppido Bazra fugere coactus est. Inde in deserto Arabiae felicis iter faciens, de tyranni morte nuntium accepit et redux factus est. Jam senex quum ad Ahbd-Alwahhabum b. Ibrahim, Syriae praefectum donum petiturus iter fecisset, Cufam redux aut, ut alii narrant, in ipso itinere diem obiit. Alii obitus annum 154, alii 159, alii 156 fuisse dicunt.

Abu-l'Djarrah (C. 7, 64.). In codice Lugdun.

ابو الجراح legitur. Grammaticus hic anno 248 aut 254 aut 255 mortuus est.

Abu-l'Dokaisch (C. 20, 86.). Arabs genuinus, deserti incola tempore Junusi vivens. Legimus in Kamusi opere eum, quum Junusus, quid دقيش significaret, rogasset, se nescire respondisse.

Abu-Faid Almoarredj (المؤرج). Filius Ahmrui b. Alharits b. Tsaur etc. Sadusita*), grammaticus Bazrensis est. Grammatices doctrinam a Chalilo acceperat, traditionum scientiam a Schohbaho b. Alhedjdjad, Abu-Ahmruo b. Alahla aliisque. Praecipuam lexicographiae poesique operam navavit. Plura opera edidit ex. كتاب الانواء, كتاب المعانى, كتاب جماهير القبايل, كتاب غريب القران gr. aliaque. Genealogiam gentis Koraisch abbreviavit sub titulo: حذف نسب القريش. Cum Mamuno ex Iraca in Chorasanam iter faciens in oppido Merw habitabat et Nisaburum veniens doctis dictabat. Ejus cognomen المؤرج a verbis ارجت بين القوم „discordiam inter homines excitavi“ derivant. Nomen Martsad مرثد eum habuisse dicunt. Anno 195 eodem die, quo poeta Abu-Nowas, diem supremum obiit.

Abu-Hatem C. 18, 2. Abu-Hatem Sahl b. Mohammed b. Ohtsman b. Jasid Aldjoschami**) Alsidjistani. In scientiis elegantioribus اداب multum versatus multos viros doctos ex. gr. Ebn-Doraidum, Almobarredum discipulorum loco habuit. Lexicographia, poesi, arte metrica et explicandis aenigmatibus (اخراج المعمى) insignis erat.

*) Sadus pars gentis Schaiban erat.

**) Djoscham plurium familiarum in diversis gentibus nomen est. Et de voce Sidjistan dissensio est. Alii nomen regionis notae, alii vici apud Bazram siti fuisse dicunt.

In grammatica eum non multum valuisse dicunt; sed pulchros versus eum composuisse. Vitae probae studio deditum eum quotidie nummum aureum pauperibus dedisse narrant. Plura scripta edidit. Alii mense Moharrem, alii mense Redjeb anni 248 mortuum eum esse dicunt. Sunt, qui anno 250 aut 254 aut 255 eum Bazrae obiisse contendant. conf. De Sacy Anthol. gram. p. 143. Reisk. Abulf. Annal. T. II, 754.

Abu-l'Haitsam (C. 3, 21. 10, 19. etc.) De hoc viro nil inveni.

Abu-l'Hasan Alachfash. (C. 1, 324.) Tres personae sunt, quibus cognomen الاخفش est. Aetate primus nomen Abu-l'Chaththab Ahbd-Alhamid b. Ahbd-Almodjid gerens et gentis Hadjari cliens, grammaticus et lexicographus erat. Discipulis gaudebat Abu-Ohbaidaho, Sibawaihio aliisque. Rariorum vocum linguae Arabicae cognitione insignis erat. Quo anno obierit, ignorant. Secundus Abu-l'Hasan Saihd b. Masahdah, cliens familiae Modjaschih b. Darim (quae ad gentem Tamim pertinebat), grammaticus urbis Balch scholae Bazrensi addictus et discipulus Sibawaihii erat. Anno 215 aut 221 mortuus est. Tertius denique Abu-l'Hasan Ahli b. Solaiman anno 315 aut 316 vitam exspiravit. Medius, scholae Bazrensis grammaticus celeberrimus (conf. Abulf. Ann. T. II. p. 149.) ut in Meidanii commentariis sic in omnibus locis, in quibus simplex cognomen legitur, intelligendus est. Multa opera composuit.

Abu-l'Hasan Althusi (C. 18, 52.). Abu-l'Hasan Ahli b. Ahbd-Allah b. Sinan Taimita (التيمى), cognomine Althusi notus, gentium et carminum praestantissimorum cognitione clarus erat. Grammaticis tam scholae Bazrensis quam Cufensis tanquam magistris usus est, maxime autem Ebn-Alahrabio (mort. 230.). Ebn-Alsaliti

adversarius, quod in scriptis Bozrani Chorasanensis, quo uterque magistro usus erat, post ejus mortem non consentiebant. Libros non composuit.

Abu-l'Jekthsan (C. 21, 137. 22, 221.). Abu-l'Jekthsan ابو البقظان genealogiae gnarus Sahim b. Hafz nomen habuisse dicitur; aliis autem Sahim cognomen fuisse videtur. Anno 170 obiit.

Abu-Mohammed Aldimarti. Cognomen Aldimarti a loco, qui ad regionem Izpahanensem pertinet, accepit. Vir disertus et grammaticus erat, sed de tempore, quo vixerit, nil certi habeo.

Abu-l'Neda (C. 5, 51. 13, 129. 15, 45. 19, 116. 21, 20.) Erat magister Abu-Mohammedis Alahrabii (videtur idem quam Ebn-Alahrabi) conf. Hamas. p. 8. l. 3.

Abu-Ohbaid. Abu-Ohbaid Kasem b. Sallam Alchosami patre servo Graeco, in oppido Herat vivente, natus est. Abu-Ohbaid traditionibus, litteris elegantioribus (ادب) et jurisprudentia clarus erat. Vir religiosus, moribus pulchris meritisque insignis omnia bene agebat. Muneri in oppido Tharsus per octodecim annos praeerat. Abu-Saidi Alanzari, Abu-Ohbaidahi, Alazmäihi, Ebn-Alahrabii, Alcesäii, Alferräi multorumque aliorum relator (Rawi) erat. Eum primum fuisse dicunt, qui de eo, cui nomen غريب الحديث est, scripserit. Illum librum quum Ahbd-Allaho b. Thaher obtulisset, decem millium drachmarum stipendium mensis accepit. Postquam Bagdadi aliquamdiu docuerat, Meccam peregrinatus aut ibi aut in oppido Medina anno 222 aut 223 aut 224 decessit. Alchathibus, eum tempore mortis 62 annos natum fuisse, dixit. Alii eum anno 150 aut 154 natum esse dicunt.

Abu-Ohbaidah (C. 2, 31. 39. 5, 158. 159. etc.) Abu-Ohbaidah Mahmar b. Almotsanna Alteimi (cliens

gentis Teim Koraisch) Bazrensis grammaticus mense Redjeb anni 110 (dum alii annum 111 aut 114 aut 109 nominant) appellatus est. Aldjahitsus in nemine majorem doctrinae copiam conjunctam fuisse tradidit; sed eum sermone haud elegante in docendo usum fuisse. Prope ducentos libros composuit. Anno 209 in oppido Bazra defunctus est. Alii anno 211 aut 213 dicunt.

Abu-l'Samah (C. 1, 176. 23, 180.) Quo tempore vixerit, ignotum mihi est. In Kamusi opere legimus, hoc nomen habuisse ministrum خادم Mohammedis et asseclam تابعى, qui praeterea nomen عبد الرحمن et cognomen الدراج haberet. Arabem campestrem, qui in oppido Herat habitaverit et librum de camelis composuerit, cognomen ابو الشمح gessisse, in libro فهرست inscripto doctissimus Schmolderus invenit.

Abu-Said (C. 2, 137. 6, 32. 69. 10, 36. etc.) Abu-Said Saihd b. Aus e familia Medinensi oriundus celeber grammaticus et philologus scholae Bazrensis, qui aetate prope centum annorum anno 215 aut 216 aut 217 in oppido Bazra diem supremum obiit. Multos libros composuit.

Abu-Säihd (C. 18, 75. 20, 27. 24, 48.). Hoc nomine pluribus locis, ubi proverbiorum sensus describitur, citatus auctor fortasse idem est, quam Alazmäih appellatus celeberrimus grammaticus, qui eodem cognomine gavisus opus de proverbiis scripsit.

Abu-Sijad Cilabita (C. 18, 18. 20, 29.). Abu-Sijad Cilabita nomen Jasid b. Ahbd-Allah b. Alhasan gessit. Arabs genuinus et deserti incola tempore chalifae Almahdii (regnavit fine anni 158 mort. 168.) fame quum homines laborarent, Bagdadum perveniens in fundo Alahbbasi b. Mohammed sedem fixit, ubi post spatium

quadraginta annorum diem obiit. Poeta gentis Banu-Ahmir b. Cilab plurium quoque librorum auctor est.

Ahbd-Alrahman b. Almofadhdhel (C. 24, 67). De hoc viro nil certi habeo. Nil obstare videtur, quin filius unius virorum celeberrimorum sit, quibus nomen Almofadhdhel est.

Alahmar seu Chalf Alahmar (C. 21, 36. 23, 157.). Tempore Abu-Saidi, qui anno 215 aut 214 aut 216 obiit, degit.

Atha b. Mozihb. De hoc viro, cujus in praefatione Meidanii mentio facta est, nil habeo, quod dicam. Occurrit ejus nomen in scholiis C. 21, 45.

Alashari. Nomen gessit Abu-Manzur Mohammed b. Ahmed b. Alashar b. Thalhah b. Nuh b. Ashar Alashar Alheravi lexicographia tam insignis, ut ad unum omnes in ejus laude consentiant. Jurisconsultus scholae Schafeihi addictus et relator (Rawi) Almondsarii, Abu-l'Ahbbasi Tsahlab aliorumque. Inter gentes Arabum iter faciens linguae perfectissime discendae studebat. Natus anno 282, fine anni 370, secundum alios 371, in oppido Herat obiit. Ab avo suo cognomen Alashari accepit.

Alazmäih. Nomen viri est Abu-Säihd Ahbd-Almalic b. Koraib b. Zalih etc. Genus ejus usque ad Modhar b. Nesar deducitur. Cognomen Albaheli aut a Bahilah uxore Malici b. Ahzar, aut a Bahilaho b. Ahzar, cognomen Alazmäih, quo maxime notus est, ab avo suo Alazmah cognominato accepit. Lexicographia, grammatica, historia (اخبار), rarioribus (النوادر); narrationibus lepidis[1], peregrinis vocibus (غريب) clarus erat. Sunt autem, qui ei non tantam doctrinae copiam, quantam sermonis elegantiam tribuant, ut sermone suo alios minus doceret quam delectaret. Discipulos, qui ejus dicta referrent, habuit Ahbd-Alrahmanum, filium fratris sui Ahbd-

Allahi, Abu-Ohbaidum Alkasim et Abu-Hatimum Alsidjistani et Abu-l'Fadhlum Alrijaschi aliosque. Natus anno 122 aut 123 anno 216 (secundum alios anno 214 aut 215) in oppido Bazra aut in oppido Merw, ut Alchathib se audivisse dixit, aetate 88 annorum mortuus est. Tot libros composuit, ut eorum enumeratio fatigaret.

Abaheli (C. 24, 9.). Cognomine Albaheli Alazmäihus grammaticus quoque utebatur; sed quum altero illo cognomine, quod toties in commentario occurrit, notior sit, jure dubitare licet, num uno tantum loco citatus Albaheli Alazmäihus sit. Corani quidam lector in oppido Bazra Mohammedes b. Ahmed b. Ahli appellatus cognomine illo quoque utebatur, ut in libro Thabakat Alhadits legimus. Hic anno 385 vivens in Meidanii opere citatus auctor non est.

Albijari (scriptoris cognomen mihi ignoti) C. 23, 497.

Alcalbi. Nominibus usus est Abu-l'Mondsir Hescham b. Abi-Nadhr Mohammed b. Alsajib b. Bischr b. Ahmru Alcalbi. Genealogiarum optime gnarus in traditionibus patris sui auctoritatem sequebatur, in referendis rebus ipsius auctoritate nitebatur filius Alahbbas Chalifah b. Chajjath, Mohammed b. Sahd scriba Alwakedii, Mohammed b. Abi-l'Seri Albaghdadi, Abu-l'Asaths Ahmed b. Almikdam aliique. Alchathibus in historia Bagdadi retulit, cum Bagdadum venientem traditiones docuisse. Plures libros quam centum et quinquaginta composuit. Utilissimus est liber كتاب الجمهرة فى النسب, major est liber كتاب الفريد فى النسب et كتاب المؤخر فى النسب et المنزل فى النسب, quem Mamuno et الكتاب الملوكى فى النسب, quem Djahfaro b. Jahja Barmacidae composuit. Mortuus est anno 204. Alii anno 206 dicunt, quod minus verisimile est. In Meidanii commentario modo Alcalbi modo Ebn-

Alcalbi occurrit; dubitare autem licet, num persona Ebn-Alcalbi filium an patrem designet. Errorem in scribendo commisisse scriba potest, nam viro Ebn-Alcalbi idem quod patri opus جمهرة النسب adscribitur.

Alcendi (C. 12, 155). De viro cognominato الكندى nil certi habeo. Cendah كندة cognomen Tsauri b. Ohfair auctoris gentis Jemanensis est. Herbelotius dixit, Candi cognomen fuisse Abulaithi, legis Mohammedicae doctoris periti, qui librum مقدمة الصلاة مقتصر inscriptum composuerit. Sed cum a Meidanio citatum auctorem esse dubito.

Alcesäi (C. 1, 36. 6, 28.). Abu-l'Hasan Ahli b. Hamsah b. Ahbd-Allah b. Bahman b. Firus gentis Asad cliens, scholae Cufensi addictus grammaticus cognomine Alcesai الكسائى notus est. Unus e numero septem Corani lectorum grammatica, lexicographia et Corani legendi modo clarus; imperitus vero in poesi erat. Litteras elegantiores (ادب) Aminum, filium Harun-Alraschidi, docuit. Relator (Rawi) Abu-Becri b. Alahbbas et Hamsahi cognomine Alsajjat (الزيات) et Ebn-Ohjainahi aliorumque erat. Ejus vero relatores (Rawi) erant Alferra, Abu-Ohbaid Alkasem aliique. Anno 189 in oppido Rei, quo cum Harun-Alraschido iter fecerat, mortuus est. Alsimahnius (السمعانى) vero, eum in oppido Thus anno 182 aut 183 diem obiisse narravit. Cognomen accepisse dicitur eo, quod in oppido Cufah ad Hamsahum b. Habib pallio كسا tectus venerit. Hamsaho interrogante, quis legit? صاحب الكساء pallio tectus, discipulos respondisse narrant. Alii contendunt, eum pallio tectum in sacrum Meccae territorium venisse احرم فى كساء.

Chalil (C. 1, 79). Chalil b. Ahmed grammaticus celeberrimus, doctrinae artis metricae inventor, natus anno

100, anno 190 vel secundum alios anno 175 obiit. Vitam hujus auctoris in libro meo: Darstellung der Arab. Verskunst p. 18. sqq. fusius descripsi.

Alcharsendi scriptoris cognomen C. 23, 497.

Aldjahits (C. 2, 145.). Nomen Abu-Ohtsman Ahmru b. Bahr b. Mahbub Alcinani Allaitsi habet. Cognomen Aldjahits ab oculorum conditione accepit, quod protuberantem iridem haberet. Eam quoque ob causam الحدق cognominabatur. Allaitsi cognomen a gente Laits b. Becr b. Ahbd-Manat b. Cinanah b. Chosaimah accepit. Ab eo pars haereticorum (Mohtaselitarum) nomen habuit. Discipulus Abu-Ishaki Ibrahimi b. Sajjari erat. Inter multa ejus opera praecipuum locum habet liber كتاب الحيوان inscriptus, in quo multa scitu digna collegit et كتاب البيان والتبيين. Tanta autem corporis deformitate erat, ut chalifa Almotawaccilus, qui eo ad instruendum filium uti vellet, dono decem millium drachmarum dato eum remitteret. Mense Moharremi anni 255 in oppido Bazrae plures quam nonaginta aetatis annos habens obiit.

Ebn-Alahrabi (C. 1, 176. 183. 334. etc.). Grammatici celeberrimi hujus scholae, quae in oppido Cufah florebat, addicti nomen Abu-Ahbd-Allah Mohammed b. Sijad erat. Almofadhdheli b. Mohammed Aldhabbi, qui librum القصايات inscriptum composuit, privignus erat. Natus mense Redjeb anni 150, eadem nocte, qua Abu-Hanifah, anno 231 aut 230, quod minus verisimile est, mortuus est. Multorum scriptorum auctor est.

Ebn-Bahr (Uno tantum loco citatus est. Pluribus autem locis appellatus Djahiths filius Bahri citatus est. Quin idem auctores sint, non dubito.

Ebn-Alcalbi conf. Alcalbi.

Ebn-Cetswah (ابن كثواه sed in codice Ber. ابن خثوة) Nil de hoc viro habeo.

Ebn-Djinni. Hic grammaticus celeber Abu-l'Fatah Ohtsman b. Mosulensis in litteris elegantioribus اداب Abu-Ahlium Alfaresi praeceptorem habuit. Abu-Manzur Aldilemi ejus nomen aliter referens, viri patrem militem Saif-Aldaulahi b. Hamdan, bonumque poetam fuisse narravit. Natus anno 330 Mosulae, die Jovis secundo ante finem mensis Zafar anni 392 Bagdadi vitam finivit. Multos et quidem utiles libros composuit.

Ebn-Doraid (C. 20, 1.). Viri hujusce nomen est Abu-Becr Mohammed b. Alhasan Ebn-Doraid b. Ahtahijah b. Hantam Alasdi. Scholae Bazrensi addictus lexicographia, litteris elegantioribus poesique clarus erat. Anno 317 vitam exspiravit. De hoc viro multi disseruerunt. De ejus vita et scriptis confer beati Hamakeri specimen catalogi p. 33. sqq. cl. Boisen carmen Makzura p. 25. sqq.

Ebn-Faris. Nomine usus est Abu-l'Hosain Ahmed b. Faris b. Sicrijja Alrasi pluribus scientiis insignis, praesertim lexicographia. Anno 390, secundum alios 375 decessit. Maximum ejus opus المجمل فى اللغة est. Cognomen Alrasi ab oppido Rei, ubi natus erat, accepit.

Ebn-Alsarradj (C. 9, 39.). Vir nomen gerebat Abu-Becr Mohammed b. Alseri السرى ben-Sahl. Cognitione grammatices et litterarum elegantiorum insignis Almobarredo aliisque praeceptoribus usus est. Ejus discipuli plures erant ex. gr. Abu-Saihd Alsirafi, Ahli ben-Ihsa Alrummani aliique. Djeuharius ejus opera in lexico suo saepissime adhibuit. Maximi momenti opus, quod edidit, كتاب الاصول inscriptum est. Ob linguae vitium loco litterae ر litteram غ enunciare solebat. Die solis tertio ante finem Dsu'l-Hidjdjah anni 316 obiit.

Ebn-Alsiccit (C. 6, 157. 10, 49. 13, 124 etc.)

Abu-Joseph Jahkub b. Ishac cognomen Ebn-Alsiccit a silentio, quod tenere solebat, accepit. Chalifa Motawaccelus filios suos erudiendos ei tradiderat, sed quum partibus Ahlii se deditum ostendisset, crudeli morte anno 244 vel 246 eum mulctavit. Plures, quos composuit libros, Ebn-Challikan enumeravit.

Ebn-Wafid (C. 21, 38.). Scriptor tale nomen gerens in Chrestomathia Arab. de Sacy. T. III. p. 429 ed. pr. citatus est, sed num idem sit, quis affirmet.

Alferra (C. 4, 30. 7, 64 etc.). Abu-Sicrijjah Jahja b. Sijad b. Ahbd-Allah cognomine Alferra Dilemita notus, scholae Cufensi addictus, grammaticus celeberrimus, lexicographus, philologus. Mamunus eum magistrum filiis suis praeposuerat. Circiter sexaginta tres annos natus in via Meccae anno 207 diem obiit. Vestimenta فراء appellata neque confecit neque vendidit; sed cognomen accepit eo, quod quasi pellibus sermonem fulciret (يفرى الكلام). Multorum librorum auctor est. Alter vir doctus idem cognomen الفراء gerens jurisconsultus est, qui anno 510 obiit.

Hamsah b. Alhasan Izpahanae incola erat. Proverbia, quae voce formae comparativi incipiunt, collegit, nec non proverbia e versibus desumta. Plurium librorum auctor est. conf. libr. Fihrist.

Alhaitsam b. Ahdi. De hoc viro nil inveni.

Hescham Alcalbi. Idem est, qui Alcalbi dicitur, de quo vide supra.

Ishak b. Ibrahim Almauzeli (C. 6, 163). Abu-Mohammed Ishak b. Ibrahim b. Mahan b. Bahman cliens gentis Tamim e loco Arradjan ارجان provinciae Ahwas اهواز oriundus, notus cognomine Ebn-Alnadim (pa-

ter ejus cognomen النديم habebat) Almauzeli *) natus anno 150, mense Ramadhani anni 235, secundum alios mense Schawwal aut mense Dsu-l'Hidjdjah anni 236 mortuus est. Plurium scientiarum, ut grammatices, lexicographiae, poesis, metaphysicae, jurisprudentiae doctrina imbutus cantus arte excelluit.

Junus b. Habib (C. 15, 18. 18, 46. 123.). Junus b. Habib Abu-Ahbd-Alrahman, cliens gentis Banu-Laits b. Becr b. Manat b. Cenanah fuisse dicitur. Ab aliis vero hoc in dubium vocatur. Auctor libri مناخر العجم (مفاخر ?), eum Arabem non fuisse; sed oriundum e gente regionis Adjebal الجبل appellatae dicit. Optime gnarus formarum grammatices تصاريف النحو erat. Socius Abu-Ahmrui b. Alahla Bazrae docuit. Abu-l'Ahbbasus Tsahlab narravit, eum plures quam centum annos vixisse. Mortuus est anno 183. Multorum librorum auctor est.

Alizthachri (C. 12. 15.). Pauca de hoc viro nota sunt. Non dubito, quin hic in Meidanii opere citatus nomen gesserit Abu-Ishak Alfaresi et librum climatum composuerit a clariss. Moellero editum ita ut codicem perfectissime imitaretur. Hic vir doctissimus ex ipso opere auctorem inter annum 303—307 aut 309 opus confecisse conjecit. Eum quoque librum de proverbiis composuisse ex verbis commentarii Meidanensis conjicere licet. Non autem est silentio praetermittendum, auctoris nomen in primo codicis folio prima manu scriptum esse: الشيخ ابى على الفارسى النحوى „Schaich

*) Cognomen Almauzeli ejus pater accepit, quod per aliquod tempus Mosulae habitaverat; oriundus enim erat e gente celebri Persica, et avus ejus Cufam transmigraverat.

(doctor) Abu-Ahli Persa, grammaticus", tum correctum esse ابى اسحق الفارسى „Abu-Iskak Persa." In opere Ebn-Challikani Nr. 157 cognomen Izthachri doctus jurisconsultus doctrinae Schafeiticae Abu-Saihd Alhasan b. Ahmed, qui anno 328 obiit, gessit. Cognomen ab oppido اصطخر derivatum est, quod oppidum milliaris ambitum habuisse et antiquissimum et celeberrimum fuisse, in quo Persiae reges sedem habuerint, antequam Ardeschirus Djurum جور transmigraverit, legimus.

Allaits (C. 3, 93. 6, 26. 76. etc.). In libro Ebn-Challikani vir nominatur Abu-l'Harits Allaits b. Sahd b. Ahbd-Alrahman inter Aegyptios jurisprudentiae et traditionis doctrina clarus. Natus anno 92 aut 94, anno 175 mortuus est. Sed in hoc auctores non consentiunt. In proverbiis citatum virum eundem esse, vehementer dubito, nam grammaticus erat.

Allihjani (C. 23, 43. 427). Allihjani cognomen ministri Cesäii (غلام الكسائى) est. Nomen habuit Ahli b. Almobarec secundum alios Ebn-Hasem. Abu-l'Hasani quoque cognomine usus est. Abu-Ohbaidus Alkasem ab eo plura accepit. Librum inscriptum كتاب النوادر composuit.

Almadajeni (C. 26, 44.).

Almoarredj conf. Abu-Faid.

Almobarred (C. 10, 8. 11, 9. 16, 4. etc.). Viri nomen est Abu-l'Ahbbas Mohammed b. Jasid Ahbd-Alacbar etc. Altsomali*) Alasdi, Bazrensi scholae addictus grammaticus et lexicographus celeber. In litteris elegantioribus ادب Abu-Ohtsman Almaseni et Abu-Hatem

*) A familia gentis Auhf ben-Aslam, quae pars tribus Asd est, derivatum cognomen.

Alsidjistani ejus praeceptores erant. Almobarredus et Abu-l'Ahbbas Ahmed ben-Jahja duo coaetanei (متعاصران) erant, quibus series philologorum (اديب) finitur. Multos libros, qui ad scientiam ادب appellatam pertinent, composuit, quorum magnus numerus in libro Fihrist enumeratur. Die lunae, festi الضحى appellati, anni 210 (sec. alios 207) natus, die lunae secundo ante finem mensis Dsu'l-Hidjdjah aut Dsu'l-Kahdah anni 286 (aut 285) in urbe Bagdado, quam habitaverat, e vita excessit. De cognominis Almobarredi causa dissentiunt. Conf. Abulf. Ann. T. II, 284.

Almofadhdhel b. Mohammed (C. 1, 112. 116.). Conf. Nr. 4. librorum pag. 184.

Almofadhdhel b. Salamah (C. 23, 500.). Almofadhdhel b. Salamah b. Ahzim Abu-Thaleb lexicographus doctus et scholae Cufensi addictus erat. Primum inter socios Alfatahi b. Chakan Veziri Almotawacceli erat, tum cum Ebn-Alahrabio convenit. Opus Chalili العين inscriptum correxit et de eo opus composuit. Inter ejus opera liber inscriptus: كتاب التاريخ فى علم اللغة „Historia lexicographiae" commemoratus est. Librum quoque de proverbiis scripsit. Medio saeculi tertii floruit.

Mohammed b. Habib (C. 5, 158. 175. 6, 157. 178.). Abu-Djahfar Mohammed b. Habib b. Omajjah b. Ahmru. In numero doctorum Bagdadensium Ebn-Alahrabio, Kothrobo, Abu-Ohbaidaho, Abu-l'Jekthsano aliisque magistris usus erat. Hamsahus b. Alhasan eum citavit, conf. Fihrist.

Mohammed b. Selam Aldjimahi. C. 26, 44.

Almondsari (C. 1, 305, 15, 45. 21, 24). Almondsarium seriore aetate quam Almofadhdhelum b. Salamah vixisse ex eo concludi potest, quod illius auctoritate nititur.

Alnadhr b. Schomail (15, 49). Abu-l'Hasan Alnadhr b. Schomail b. Charaschah النضر بن شميل بن خرشة b. Jasid b. Celtsum b. Ahbdah b. Sohair Tamimita Masenita, grammaticus scholae Bazrensis. In grammatica, jurisprudentia, poesi, pugnarum historia, traditionibus versatus fide dignissimus erat. Discipulus Chalili erat ejusque Abu-Ohbaidahus in scriptis mentionem fecit. Quum in oppido Bazra vitam miserrimam ageret, in Chorasanam migrandi consilium cepit. Pluribus eum comitantibus usque ad locum المربد appellatum dixit: quod si quotidie nil nisi fabarum tantum habiturus sit, quantum vitae sustinendae sufficiat, se mansurum esse. Sed nemine id pollicente Merwum se conferens magnas divitias acquisivit. Ejus magistri Hescham b. Ohrwah, Ismail b. Abi-Chaled, Hamid Althawil aliique ex eorum numero, qui التابعون (sectatores Mohammedis,) cognomen acceperunt, erant. Multis ipse discipulis gavisus est. Nisaburi saepius docuit. Quum Chalifa Mamunus Merwum venisset, cum eo convenit. Multos libros composuit. In Chorasana natus est, sed quum in oppido Bazra adultus esset, ex eo cognomen accepit. Fine mensis Dsu-l'Hidjdjah anni 204 in oppido Merw diem supremum obiit. Alii autem dicunt initio illius anni, alii anno 203. Eum librum de proverbiis composuisse, e loco C. 15, 49 cognoscimus.

Nozair (C. 24, 217.) Discipulus Alcesäii erat. Conf. Kamus. sub. v. نصر.

Alomawi (1, 36. 119. 2, 27. 5, 87.). Sic in locis libri mei, ubi Alamawi impressum est, legendum esse puto. Quo tempore vixerit, nescio. In libro معرفة القراء „Cognitio lectorum Corani" inscripto (cod. Par. num. 742.). Mohammedes b. Jusuf b. Mohammed b. b. Ahbd-Allah Alomawi nominatur, sed quum in oppido

Cordoba Hispaniae post annum 382 *) docuerit, eum in libro Meidanii citatum auctorem non fuisse puto.

Sajidah (C. 24, 57.). In libro طبقة الحديث inscripto (cod. Par. 736.). Sajidah b. Kodamah Abu-Zalt Tsakafita Cufita nominatur. Eundem, qui in Meidanii opere citatus est, esse, affirmare non ausus sim.

Alsalami. Socius Alferrae erat.

Alscharkijj b. Alkathami (C. 6, 121. 10, 26. 25, 22.). Cognomen Abu-l'Motsanna Alcalbi et nomen Alwalid b. Alhozain gerens in genealogia, rebus antiquis et carminibus versatus erat. (Sic in libro Fihrist).

Sibawaihi (24, 63.). Sibawaihi cognominatus grammaticus celeberrimus Abu-Bischr Ahmru b. Ohtsman b. Konbor (قنبر) nomen habuit, cliens gentis Banu-l'Harits b. Cahb (sec. alios gentis Alrabih), quae ad gentem Sijad pertinebat. Omnes tam veteres quam recentes grammaticos doctrina superavit. In grammatica Chalili, Ihsae b. Ahmru, Junusi b. Habib, in lexicographia Abu-l'Chaththabi Alachfaschi primi discipulus erat. Bazrâ Bagdadum veniens cum Alcesäio, tum temporis Aminum Haruni filium docente, saepius convenit. Ibi quum accidisset, ut Arabs quidam ab Amino introductus pro Alcesäii sententia contra Sibawaihium rem decideret, ista injuria, qualis ei videbatur, adflictus Bagdadum relinquens in Persiam migravit, ubi in pago البيضا appellato, apud Schirasum sito, aetate quadraginta annorum anno 180 aut 177 vitam finivit. Ebn-Kanihus (قانع) eum in oppido Bazra anno 161 aut 188 vitam exspirasse retulit. Aldjafithsus Abu-l'Faradj Ebn-Aldjusi eum anno 194 aetate 32 annorum in oppido Sawah (ساوه) decessisse

*) Natus paulo post annum 350 anno 429 diem obiit.

dixit. Alchathibus autem in historia Bagdadi auctoritatem Ebn-Doraidi secutus, eum natum in pago Albeidha in oppido Schiras mortuum esse adnotavit. Cognomen Persicae originis est et a Persis Sibujah enunciatum odorem pyrae significat. Ibrahimus Alharbi eum ita cognominatum esse contendit, quod ejus genae pulchritudine duabus pyris similes fuissent.

Sijad Cilabita. Idem est quam Abu-Sijad Cilabita de quo vide supra.

Alsijadi (C. 18, 246.). Cognomine hoc usus est Abu-Ishak b. Sofjan b. Solaiman b. Abi-Becr b. Ahbd-Alrahman b. Sijad. Paulo seriorem eum fuisse quam Alazmäihum (mort. an. 216) ex eo concludo, quod in referendis rebus ejus auctoritate nititur. Plures libros scripsit, inter quos est liber, quo Sibawaihii librum explicavit et liber de proverbiis.

Thabarita (C. 4, 32. 23, 103.). Thabaritae cognomen historicus celeberrimus gessit, qui natus anno 224 anno 310 mortuus est. conf. beati Hamak. specim. catal. p. 21. sqq.; sed num in Meidanii opere citatus auctor sit, vehementer dubito.

Thajjita (C. 23, 500.). Ab Almofadhdhelo b. Salamah citatus auctor est.

Tsahlab (23, 221). In grammatica et lexicographia hic auctor celeberrimus scholae Cufensis nomen Abu-l'Ahbbas b. Jahja b. Said b. Tsahlab Sajjar (سيار) gerens, et anno 200 natus in Mahni b. Sajidah clientela erat. Apud Ebn-Alahrahbium, cujus discipulus erat, tanta auctoritate pollebat, ut, si in argumentis dubitaret, ad eum se converteret. Praeterea Sobairum ben-Baccar docentem audiverat. Ejus autem relatores (Rawi) Alachfaschus minor, Abu-Becrus Alanbari et Abu-Ohmarus Alsahid erant. Memoria, recto enunciandi modo, gramma-

tica et carminum veterum eruditione insignis erat. Studio grammatices et lexicographiae absoluto anno 216 legibus Corani legendi operam dederat. Annum aetatis 25 quum attigisset, omnes quaestiones memoria tenebat. Mense Djumadae prioris anni 291 Bagdadi exspiravit. Sic Ebn-Challikanus. In libro Fihrist inscripto ei praeter librum de proverbiis plures libri adscribuntur.

Cap. VI.

De Meidanii commentario.

Quum tantus ille in commentario citatorum auctorum numerus sit, sequitur, ut magna fuerit Meidanii doctrina atque diligentia. Omnes libros, in quibus proverbia collecta et explicata sint talesque, qui lucem adferre proverbiis possent, nullo neglecto in conscribendo opere suo auctorem adhibuisse videmus. Quaestio autem, quomodo aliorum opera in usum suum converterit, quum isti libri nobis non pateant, neque aut argumenti aut modi usus diligentiaeque ratione habita institui potest; at vero ex toto commentarii tenore, nulla eum gravioris momenti et ad intelligenda proverbia necessaria atque utilia prorsus neglexisse, sed magnam in scribendo diligentiam eum adhibuisse adparet et tam ex locis quibusdam, in quibus singularis singulorum interpretum dicendi ratio conf. C. 24, 176. observatur, quam ex more, apud Arabes usitato, eum aliorum opera verbotenus excerpsisse conjicere licet. Meidanii commentario triplicem rationem, unam ad criticam, alteram ad linguam, tertiam ad historiam spectantem esse videmus. Prima pars varias lectiones tractat conf. ex. gr. C. 8, 7. 21, 16. Quod in hac commentarii parte interdum quasdam adnotationes

facere omiserit ex. gr. C. 26, 50 legendi modum اودى دارم Ebn-Doraido proprium, dum Samachscharius اودى كما اودى ابن دارم scripserit, id in tanta rerum varietate ac copia excusatione non indignum videtur. At vero in proverbiis, quorum verba post Meidanii tempus usu mutata sint, extra omnem culpam est. Secunda commentarii pars singulorum verborum significatione, proverbii sensu et grammatice construendi modo occupata est. Hac in re auctorem partes suas tam egregie egisse, ut Arabibus doctis omnino satisfecerit, quis est, qui neget, nos vero tanta linguae Arabicae et proverbiorum inter vulgum usitatorum cognitione non imbutos aut unum aut alterum interdum desiderare, quis infitias ibit. In proverbiis, quae ab Arabibus haud genuinis originem habent, sensus explicatione nos saepe destitutos videmus. Quibusdam vero proverbiis sensus generalior, quam conveniebat, tributus videtur. Sic proverbio C. 3, 83. „Prande haedum, priusquam te vesperà edet!“ nil explicandi gratia additur nisi يضرب فى اخذ الامر بالحزم, ita ut cautio generalioro modo commendetur. Nihilominus vero sensus specialior proverbio inest, quo, ne inimici potiundi et de eo nos vindicandi occasionem praetermittamus, monemur. Multa quoque tum e Samachscharii tum e Scharaf-Aldini opere ad Meidanii explicationem complendam adtulimus conf. C. 6, 32. 34. 13, 37. 18, 68. 112. In tertia commentarii parte origine, occasione, primo proverbii auctore indicando auctor ita occupatus erat, ut diversas quoque plurium auctorum opiniones adferret conf. C. 20, 66. Quam magnam in illas res illustrandas curam atque diligentiam impendit, ea summam omnium laudem meretur. Arabum scriptores in rebus historicis enucleandis et accuratissime describendis inter omnes excellere notatu dignum videtur. Quod Meidanius in istis rebus

explicandis prolixior fuit, id sane doctis Arabibus, quibus et minimae ad gentem suam res pertinentes cordi essent, vehementer probatur, nobis vero non aeque gratum atque utile videtur. De vario quoque nonnullorum proverbiorum sensu et usu, auctoribus dissentientibus, agere non supersedit conf. C. 24, 6 et interdum denique proverbium a viro quodam celeberrimo in sermone adhibitum esse, certiores nos fecit conf. C. 22, 30. Quae quum ita sint, Meidanium interpretis boni officio non defuisse videmus et in laude, qua ab omnibus auctoribus summo cum consensu ornatus sit, dissentire non possumus; opus enim praeclarum et in suo genere unicum sine ulla dubitatione dicendum est.

In tanta autem argumenti varietate ac difficultate, in tanta rerum multitudine vitia omnia evitari posse, quis est, qui contendat? Plura huc spectantia variis libri nostri locis occurrunt, hisce nonnulla rei explicandae causa addimus. Eadem proverbia variis locis obviam habemus et in commentario easdem res variis locis repetitas legimus conf. C. 6, 182. 183. et C. 24, 417. 418. eosdemque versus duobus locis citatos invenimus conf. C. 13, 127. 23, 37. In nonnullis autem proverbiis res notatu dignae omissae sunt. Sic proverbium C. 18, 50 Ausum ben-Haritsah habere auctorem, in Haririi opere p. 410· legimus et proverbium C. 3, 11. Actsamo ben-Zaifi adscribi invenimus. Quod in Haririi opere proverbium C. 22, 30. diverso modo explicatum est, quod idem in codice Guelph. factum observavimus, id non tam negligentiae Meidanii, qui istas varias sententias adnotare omiserit, quam saepissime mutato proverbii usui tribuendum putamus. Quae autem res si in operibus Meidanio anterioribus, quae in commentario conscribendo adhibuit, observatur, in auctoris

incuriam atque negligentiam culpa transferenda videtur. Proverbium C. 13, 164. sic adnotatum est اشد من عايشة ومن ابن عثم. Quo in proverbio si non vitium latet, at saltem obscuritas est. Duo enim proverbia quum primo adspectu esse videantur, tamen unum tantum est, nam C. 15, 45. proverbium est اضبط من عايشة بن عثم, unde Ahjischahum filium Ahtsmi fuisse adparet. Admittendum igitur est, verbis C. 13, 164. unum tantum proverbium contineri duplici modo prolatum, siquidem Ahjischah et Ebn-Ahtsm ejusdem personae nomina sunt. Observandum autem est, in codice Krüg. et Berol. legi اشد من عايشة بن عثم. Aut igitur legendi modus, quem admisimus, scribae tribuendus est, ut Meidanio nil objiciendum sit aut scribae Meidanii vitium corrigendum esse putarunt. Proverbia C. 22, 151. 152, ni fallor, in unum conjugenda fuissent, homoioteleuton quum idem sit in utroque et sensus unius ad alterum referatur necesse sit. Idem proverbium uno loco C. 23, 442. Arabibus genuinis, altero loco C. 23, 633. Arabibus haud genuinis adjudicatur. Qua in re si Meidanii error non est, varias de re auctorum sententias explicare auctor debebat. Idem in proverbiis C, 23, 264. et 562. cernitur. Ad proverbium اجرا من اسامة C. 5, 185. versus: ولانت اشجع من اسامة ان دعيت نزال ولج فى الذعر citatus est, qui ad proverbium اشجع من اسامة C. 12, 161. rectius locum habuisset.

Codicum operis, quot in notitiam nostram venerunt, tot ex eodem fonte manasse videntur, quum neque proverbiorum ordine neque commentarii verbis multum diversi sint. In nonnullis tantum locis, quod nescio an scribarum negligentia factum sit, diversus proverbiorum ordo est. Sic in meo codicis exemplari, quod e codice de Sacyano desumtum apographum est, proverbia C. 6,

229. 230. in codicibus Berol. Lugd. Pocock. ante proverbium 227 (conf. prov. 18, 209.) et C. 18, 61. post sequens legitur proverbium. C. 18, 196 in codice Berol. post proverbium 141, proverbium C. 23, 87. in codicibus Berol. et Pocock. post proverbium 484. (conf. C. 25, 51.), proverbium C. 23, 143. in codice Ber. post sequens, proverbia C. 23, 151—156. post Nr. 174. in codice Berol. et Poc. leguntur. In meo codice proverbium C. 23, 169 post 149 legitur (conf. C. 23, 342. schol. C. 23, 393). Post C. 24, 405. insertum est in codicibus B. P. proverbium 569 et proverbium C. 23, 268 in codice Lugd. post proverbium 460 invenitur. Pauca proverbia in quibusdam codicibus desunt. Sic proverbium C. 18, 121, nec non proverbium C. 18, 210, quod a proverbio C. 1, 164 sensu non differt, nonnisi in codice Berol. et codice, quo Pocockius usus est, exsistit et sic proverbum C. 23, 408. Proverbium C. 23, 157. in meo codice non est.

IV.

Index gentium,

virorum et locorum etc. qui in Meidanii proverbiis occurrunt additis quibusdam de tempore, quo vixerint, observationibus.

Abdjar ben-Djabir Alihdjli 1, 370. 22, 105.

Habuit filium جبّار Hadjdjar appellatum.

Abidah 18, 87.

Frater Ahzimi Almokschäihr Dhabbitae ab Alchonaifiso ben-Cheschrem Schaibanita occisus).

Alablak (arx) 3, 32. 18, 213. 26, 93.

Appellabatur quoque الابلق الفرد Hamas. p. 51. l. 6.

Abraham 23, 547.

Conf. Pocock. spec. hist. Arab. mult. locis. ed. nov.

Abrak-ol-Ahssaf (arena) 21, 148.

Abschams 23, 381.

Filius Sahdi ben-Said Manat conf. Ebn-Kotaib. p. 96.

Abu-Achsam Thajjita 24, 333.

Avus aut pater avi Hatimi Thajjitae erat conf. Harir. 516.

Abu-l'Ahbbas Alsaffah 21, 43.

Primus Ahbbasidarum chalifa obiit anno 136.

Abu-Ahcraschah 19, 53.

Conf. Said ben-Sorarah.

Abu-Ahmed Manzur ben-Mohammed Atharawi (poeta) 24, 22.

Abu-Ahmru Ahmir b. Schahril Schahbita 6, 212

Post Islamismum vivens Mohammedis socios, Ahlium, Ebn-Ahbbasum aliosque vidit conf. Harir. 451.

Abu-Ahmru ben-Alaslat (poeta) 23, 36.

Abu-l'Aswad Aldoali 6, 5. 149. 16, 46. 23, 272.

Nomen habens Thsalem in pugna Bedrensi cum Mohammedis sociis erat. De Ohmaro, Ohtsmano Ahlioque retulit. Ab Ahlio post Ebn-Ahbbasum in urbe Bazra praefectus constitutus est. Primum eum fuisse narrant, qui artis grammaticae initium faceret, quum linguam Arabicam ob mutuum cum Persis commercium corrumpi vidisset. Senex Moahwijjahi tempore vixit conf. Ebn-Kotaib. 73. Anthol. gram. p. 218. Ebn-Challik. 312. Citab-Alagh.

Abu-Auhsadjah 27, 32.

Abu-Becr 1, 35. 125. 2, 139. 5, 177. 18, 1.

Chalifa salutatus anno 11, anno 13 obiit.

Abu-Becr Ahli b. Alhasan Alkohestani 6, 29.

Abu-Bera, Molahib Alasinnah cognominatus, Ahmir 25, 105.

Frater est Thofaili Aichail, qui pater Ahmiri b. Althofail erat.

Abu-Cahb (muli cognomen) 22, 28.

Abu-Carb 14, 31.

Praefectus oppidi Hadjar erat ab Amruo b. Mondsir b. Amru'l-Kais constitutus conf. Harir. 103.

Abu-Chorascha 20, 81.

Abu-l'Derda Anzarita 1, 274. 6, 22. 24, 276. 365. 26, 31.

Unus e sociis Mohammedis.

Abu-Djabir b. Molail Hodsailita 1, 98.

Abu-Djahfar Almanzur 5, 157.

Chalifatum obtinuit 156, mortuus est 158.

Abu-Djahl b. Hescham 7, 97.

Conf. Ebn-Kotaib. 78.

Abu-Djondab Hodsailita (poeta) 9, 53. 23, 437.

Conf. Hamas. 421.

Abu-Dolamah 6, 229.

Anno 161 cum mortem obiisse dicunt, alii seriore tempore. conf. Ebn-Challik. p. 243. et Harir. 450.

Abu-Dsarr (socius Mohammedis) 20, 129. 21, 85.

Ab-Ohtsmano in exilium missus est circa ann. 34 aut 35. Ebn-Kotaib. 74.

Abu-Dsarr Alghifari (poeta) 9, 57.

Abu-Dsuaib (poeta) 1, 371. 14, 93. 23, 365. 481.

Duo sunt poetae unus Jjadita, alter Hodsailita. Hodsailita hisce in locis significatur. Nomen gessit Chowailid ben-Chaled cognomen Alkathil (القطيل).

Abu-Duad (poeta) 1, 186. 5, 27.

Vicinus Almondsiri b. Mäissema.

Abu-l'Fatah (poeta) 22, 129.

— — Albosti (poeta) 24, 22.

Abu-Feras (poeta) 22, 117.

Poeta e gente Hamdanidarum natus anno 320, occisus est anno 357. Conf. lib. meum Selecta ex historia Halebi adnott. p. 134. 138.

Abu-Gobschan 6, 152. 23, 512. 25, 132.

Vixit ante Mohammedem. Gente Chozaah e Mecca emigrante Halilus b. Habschijjah filiae suae cum Abu-Ghobschano templi praefecturam testamento legaverat conf. Abulf hist. Anteisl. p. 186.

Abu-l'Ghozn 6, 175.

Tempore Ihsae b. Musa Haschemitae et Abu-Muslimi Cufae vixit.

Abu-Hadhir Osaidita 18, 67.

Vixit post Mohammedem tempore Ferasdaki. conf. Ebn-Kotaib. 93.

Abu-Hafz 2, 6.

Abu-Hajjah Nomairita (poeta) 24, 426.

Erat Arabs campester, vir timidus et segnis. conf. Hamas. 578. 600. Ebn-Kotaib. p. 113.)

Abu-Hanbal Thajjita 26, 97.

Tempore Amru'l-Kaisi vixit.

Abu-Hasim (sapiens) 23, 133.

Abu-Henesch 4, 1.

Tempore Baihasi.

Abu-Henesch Thaghlebita 1, 166.

Tempore Schorahbili regis.

Abu-Hibal 23, 319.

Filius Tholaihahi b. Chowailid Mohammedis tempore vivens.

Abu-Horairah (e gente Dus) 10, 64. 24, 253. 26, 96. 27, 193.

Socius Mohammedis, qui anno 59 obiit conf. Abulf. Ann. T. I. p. 375. et adnott.

Abu-Iasar 13, 3.

Abu-Ijjub 23, 564.

Abu-Kabus 6, 93. 23, 333.

Cognomen Nohmani b. Almondsir b. Mäi-ssema, Hamas. 717 infr. Ebn-Kotaib. 194. conf. Abulf. hist. Anteisl. p. 126.

Abu-Kirfah 21, 96.

Filius Chodsaifahi vixit tempore, quo bellum Dahis et Alghabrah incepit.

Abu-Koaihs 1, 302.

Abu-Korrah Aldjaih 26, 110.

Abu-Lahab 3, 159. 7, 118. 18, 282.

Tempore Mohammedis conf. Anthol. gram. 28. 59. Harir. 181. et Pocockii specim. hist. Ar. p. 52. ed. nov.

Abu-Malicah (conf. Hothaiah) 23, 323.

Abu-Masuhd Alanzari 26, 49.

Jam vixit tempore Ohmari.

Abu-Mathsun 1, 11.

Abu-Merhab 1, 165. 23, 283.

Tempore regis Alnohman b. Almondsir.

Abu-Mihdjan (أبو محجن) Tsakafita

Vulneravit die Althajef dicto Ahbd-Allahum, filium Abu-Becri. conf. Hamas. 493 et Ebn-Kotaib. p. 119.)

Abu-Mohammed Ahbd-Allah ben-Almokaffah 25, 98.

Persa, qui antequam Mohammedanum se confessus erat, aliud nomen gerebat. Ejus pater cognomen Almokaffah acceperat, quod ab Alhadjdjadjo verberatus in pede incurvatos digitos acciperet.

Abu-Moslim 6, 175. 8, 55. 23, 386.

In ditione Cufae natus ab anno 129 in Chorasana Ahbbasidarum imperium praeparavit, ut ejus fundator appellari possit. Anno 132 Chorasanae praefecturam accepit, anno 137 ab Abu-Djahfaro Manzuro occisus est.

Abu-Moslim Chaulanita 10, 29.

Tempore Moahwijjahi contra Ahlium erat.

Abu-l'Motsallem Hodsailita (poeta) 1, 74.

Abu-Musa (gens) 5, 160.

— — Alaschahri 10, 6. 20, 3. 22, 1.

Unus arbitrorum duorum (ab Ahlio constitutus), qui dissidias inter Ahlium et Moahwijjahum post pugnam Ziffinensem componerent. conf. Abulf. Ann. 1, 317. Eum in oppido Cufae anno 41 obiisse dicunt. conf. Harir p. 529.

Abu-l'Nadjm (poeta) 24, 473.

Carminibus metri Redjes clarus.

Abu-Nochailah 21, 87.

Abu-Nochailah est nomen, non cognomen. Ejus cognomen ابو الجنيد, aliis ابو العرماس fuisse dicitur. Vixit tempore chalifarum Omajjadarum et Ahbbasidarum. Almanzurum instigavit carminibus, ut, Ihsa ben-Musa posthabito, filio suo Almahdio imperium traderet. Quae res in causa erat, cur in Chorasanam fugiens jubente Ihsa occisus est. Citab-Alaghani.

Abu-Nowas (Alhasan b Hani) 3, 126. 12, 12.

Natus anno 136 aut 145 aut 148 aut 149 obiit aetatis anno quinquagesimo nono anno 195 aut 196 aut 197 aut 198 aut 199.

Abu-Ohjainah Almohallebi 1, 261.

Erat filius Almohallebi b. Abi-Zofrah naturae indole poeta tempore Ahbbasidarum, Bazrae incola. Cit. Alaghani.

Abu-Ohssah (poeta) 23, 287.

Tempore Mohammedis.

Abu-Ohmajjah ben-Almoghirah 21, 133.
Tempore parentum Mohammedis. conf. Hamas. 464. l. 14 sqq.

Abu-Otsal 22, 16.
Tempore Said-Alchaili, de quo videas suo loco adnotationes.

Abu-Rabih 6, 104.

Abu-Rabiah 2, 138.
Filius Dsohli ben-Schaiban e Rikascha

Abu-l'Rauka 7, 72.

Abu-Saffanah (est Hatim Thai) 23, 205.

Abu-Sahl (poeta) 24, 22.
Videtur idem, cujus apud Ebn-Challikanum Nr. 589. mentio facta est. Natus anno 296 anno 369 obiit.

Abu-Sahl b. Hescham 12, 11.
Ante Mohammedem vixisse videtur.

Abu-Said (conf. Find) 6, 6.

Abu-Sajjarah 13, 29. 14, 86.
Videtur ante Mohammedem vixisse.

Abu-Salim b. Ahbd-Allah 16, 71.
Tempore Ahbd-Allahi b. Sobair vixit.

Abu-Schafkal 22, 199.
Poetae Ferasdaki relator (Rawi) erat.

Abu-Sobaid (Thajjita) (poeta) 23, 379. 24, 288.
Conf. Herbelot. T. I. p. 62.

Abu-Sofjan b. Harb 7, 118. 21, 21. 23, 321. 26, 96.
Erat dux Koraischitarum die pugnae Bedr. conf. Ebn-Kotaib. p. 87. Harir. p. 274. Pocock. spec. hist. Ar. p. 11. 138. 163.

Abu-Sohair Alsahrani 26, 96.
Cognatus Abu-Sofjani b. Harb erat.

Abu-Tammam 20, 94.
Habib b. Aus poeta gentis Thai. Mortuus est anno 221.

Abu-Thaleb 1, 146.
Frater Ahbd-Almothallebi avi Mohammedis. Pocock. spec. hist. Ar. mult. loc.

Abu-Thaleb (poeta) 20, 27.

In Hamasa p. 793 citatus est.

Abu-Tharif (Ahdijj b. Hatim) 23, 327.

Ohtsmani occisor.

Abu-Tsaur Asadita 21, 23.

Tempore Zachri b. Ahmru, fratris Alchansae, die pugnae in loco Dsat-Atsal vixit.

Abu-Watsil 1, 349.

Alachnas ben-Cahb (e gente Djohainah) 18, 2.

(in uno codice الاخش Alachasch est.)

Alachnas ben-Schehab b. Scharik 12, 11. 16, 76.

Ante Mohammedem vixisse videtur. conf. Hamas. 344.

Achsam Thajjita 13, 20.

Erat abavus Hatimi Thajjitae vel abavus patris ejus.

Alachthal (poeta) 14, 94. 18, 160. 217. 20, 95. 22, 38. 23, 332. 25, 116.

Tempore Omajjadarum et Ahbd-Almalici ben-Merwan vixit. conf. Ebn-Kotaib p. 127. Citab Alagh. Cum Djeriro et Ferasdako carminibus certabat. Harir. 452. Anthol. gram. 89. 457.

Actsam ben-Zaifi 1, 146. 149. 210. 216. 397. 3, 63. 6, 72. 91. 10, 60. 65. 109. 153. 13, 65. 14, 38. 18, 76. 164. 20, 50. 21, 74. 77. 22, 14. 23, 40. 47. 92. 108. 285. 24, 22. 65. 85. 129. 166. 192. 282. 291. 318. 330. 335. 344. 364. 26, 44. 76.

Pater ejus Zaifi filius Rubahi cognomen ذو الحكم gerebat. Ipse octavo anno fugae Mohammedis obiit. conf. Ebn-Kotaib. 93. Abulf. Annal. 2, 730. conf. Hamas. 730 l. 9.

Adam 22, 199.

Aladbath ben-Koraih 1, 219.

Ante Mohammedis tempus vixisse videtur. Erat mulieribus exosus conf. Ebn-Kotaib. p. 96. Schult. monum. vetust. p. 32. Citab Alaghani.

Adjla (locus) 10, 67.

Aethiops 22, 326.

Aethiopes 12, 177.

Alafah Djorhomita 1, 32. 24, 408.

Arbiter inter Arabes tempore antiquo.

Alafwah (poeta) 13, 41.

In Hamasa p. 189 citatus est.

Afza ben-Ahbd-Alkais 7, 98.

Ante Mohammedem vixisse videtur.

Alaghlab Ihdjlita 15, 25. 19, 8. 23, 95. 24, 298.

Longo tempore ante Mohammedem vivens Islamismum attigit et professus est. Cum Sahdo ben-Abi-Wakkaz Cufam proficiscens in proelio Nehawend cecidit. Primus fuisse dicitur, qui in carminibus longioribus metro Redjes uteretur. Citab Alaghani.

Alahazz (aqua) 3, 124.

Conf. Abulf. Geogr. p. ٣٣٢. sq.

Alahbahb (idolum) 10, 62.

Ahbbadan (insula) 23, 533.

Herbelot T. I, p. 2. Abulf. Geogr. p. ٣٢ ٣٩٩.

Ahbbasidae 6, 206.

Conf. Pocockii spec. hist. Ar. p. 13. 52· ed. nov. Herbel. T. 1. p. 7.

Alahbbas ben-Merdas 1, 301. 19, 52. 23, 348.

Tempore Mohammedis vivens fratre Onaiso utebatur. In Hamasa saepius occurrit. conf. Pocockii specim. hist. Ar. p. 112 sq. ed. nova. Anthol. gram. p. 337.

Alahbbas filius Ahbd-Almothallebi 5, 137. 23, 213.

Socius Mohammedis est.

Ahbbud 25, 22. 125.

Ahbd-Alahsis ben-Merwan 23, 217.

Frater Chalifae in Aegypto, cujus praefecturam tenebat, anno 85 obiit.

Ahbd-Allah 22, 327.

— — (filius Almothallebi) 21, 51.

Pater Mohammedis natus anno 53 ante Hedjram conf.

٧٩, ٨, ٩٠ دَعُوا ٧, ٧٣. ٧٥ ٤٩.

تَدَعَنَّ ٣٠, ٨ دَعْنِي ٣٧٠, ٢٣

دَعَة ٧٧, ٣٦. وَدَع ٣٨٩, ٢٣

مستودع ٦٥, ٢٨ ٧, ١٣٦. ١٧, ٢٣

وَدَق ١٢, ٣٦

٨٤, ٢٥ بَوَاد ٣٦, ٣٣. ٣٦ أَوْدَى

٤٣, ٣٦ أَوْدَتْ ٧٠. ٥٢. ٣٤.

٨١, ٩ دُرّ

٤٧, ٣٦ وَرَثَتْه

١٢٩, ١ تَرِد ٤٥, ٢٧٠. ٣٦ وَرَدُوا ٣٣, ٣٦ أَوْرَدَها ١٠٢, ٢٧ تَرِدي ٨٦, ٣٦ أُورِدْتَ ٥٩, ٣٦ أَوْرَدْتَ ٨٥, ٣٦ ومَوْرِد

وَرِثْتُ ١٠٨, ٢ الوَرَى ١١٠, ٢٧ وار ٨٠, ٣٦ وَرْيًا ٣٧, ٣٦

١٢٧, ٢٢ وَسْطًا

٤٦, ٣٦ وَسِعَ ١٠٩, ٢٠ سَعَة أَوْسَعْتُهم ٤٣, ٣٦ أَوْسَعْتَ أَوْسَعُ ٢٣٦, ١٠ اتَّسع ٩٤. ٩٧, ٣٦

٨٣, ٣٦ وَشِيعَة

١١٤, ٢٨ يوشك ٣٦, ٣٦ وَشْكَان

٤٧٧, ٢٣ تَشِم

٧٤, ٣٦ وُصِل

٤, ١ الموصِّين ١٢٢, ٢٣ وَصَّى

١٠٩, ٣٦ أَوْضَحُ

أَوْلَجُ ٣١, ١١٣ لجّ ٢٣, ٨٦
وَلَدَتْ ٣١, ٩١ يَلِدُ ٣٣, ٤٢٨
تَلد ١, ٢٤٩ ٢٣, ٩٢٥ الوَلَدُ
وُلْد ٣١, ٧٢ وَلُود ٣١, ٢٨
أَوْلَادُها ١, ٢٣٩ ٣١, ١٧
أَوْلَعُ ٣١, ١٠٨ وُلُوع ٣١, ٥٥
أَوْلَغُ ٣١, ١٠٧ وَلْغ ٣١, ٥٣
أَوْلَمُ ٣١, ١٠٣
أَوَّلَ ١, ٢١٤ تَوَلَّى ٣١, ٤٩ وَلّ
مَوْلاك ٢٤, ٣٣٩ ٣١, ٩٢
وَنَى ٢١, ٩٧
أَوْهَنُ ٣١, ١٢٤ لَمُوَّهُون ١, ٣٣٧
لَواهًا ١, ٣٩ وَاهًا ٣١, ١٤
أَوْهَيْتَ ١٨, ١٣٣ وَهْى ٣١,
أَوْهَى ٢٨, ٣٤ يوهى ٤٢
٣١, ١٢٥

وَيْل ٢٣, ٣٣٣ sch. ٣١, ٤٤. ٦٢.
٢٨, ٥٥ وَيْلى ٦٣

تَوَقَّرى ٣, ٤٩ وَقَرَ ٣١, ١٢٧
الوَقْس ٣١, ٧٨
وَقَعَ ١٩. ٢٨. ٢١, ٩٦ ٢٢, ٢٨٧.
٣١, ٢. ٩. ٣٠. ٣٥. ٤٠. ٩١.
وَقَعَتْ ٢٣, ٥٥٣. ١٣١. ١٣٩.
وَقَعَتْ ٣١, ٧٥ ٣١, ١١. ١٣٤
وقعوا ١, ١٩٧. وَقَعَا ٣١, ٢٤
٣١, ٣-٨. ١٠. ٤٠. ٤٨. ٥٩. ٧١.
تَقَعُ ٢٣, ٩٢٨ ٧٩. ٨١. ٨٢
لَواقع ٢٣, ٢٩٣ تَقَعَنَّ ١, ١٠٩
تَوَقَّى ٣٤ ق ١٠, ٣٩٥ وُقى ٢٤,
٢٢, ٣٦٩ تُوَقِّيك ٤٤, ٢٢
اتَّقَى ٣, ٥٦ اتَّقف ٣, ٥٧.
وَاقِيَة ١٨, ٥٨. ٩٩. ١٢٧. ١٩٢
أَوْقَى ٣١, ٦٩ الوَاقِية ١٧٧
٣١, ١١٧
اتَّكل ٢٤, ٥١٤ تَوَكَّل ٣, ١٦٧
اتَّكَلْنا ٣, ١٩٤
تُوك ٢٣, ٢٩٦

ى

يدك ٩ ,٧ بيدى ٥١ ,٢٨
يَدَىْ ١٧ ,٢٨ يداك ٧٢ ,٢٨
بيدين ١٨ ,١٨ يَدَىَّ ١٩ ,١٨
لليَدَيْن ١٨ ,٢٨ اليد ١ ,٢
٤٧٢, ١ الايادى ٣٤٣, ٢٣
أَيْأَسُ ١٣٦ ,٢٨
يَبس ١٥٥ ,٢٨ يابس ١٣٦ ,٢٨
أَيْبَسُ ١٢٥ ,٢٨, ٣٥٢ ,٢٣ تونبسن
يَد ٧, ٩. ١٨, ١٣٨. ٢٢, ٣١٠ ٢٧,
يَدى ٢٣, ٣٠٢. ٢٧, ٤٣. ٤٦

يَهُودِيًّا ٢٢, ٢٧٩
يَوْمَ ١, ٤٧٤. ١٣, ١٣٤. schol. ٢٤, ٦٧. ٢٨, ٣٤. ٣١. ٥٩. ٦٠. ٨٣. ٩٣. ١١١. ١٦٧. ١٦٩ اليوم ١, ١١٨.
يَوْمِى ٧١. ٢٤٧. ٢٨, ٣٢. ٤٩.
ليومها ٢٣, ٢٣٧ ٢٤, ٥٩١
الايام ٢٨, ١٣٠
يَسَار ٢٨, ١١ اليسير ٢٨, ١٣١
أَيْسَرُ ٢٨, ١٢٧ كأيسار ٢٨, ١٢٧
أَيْقَظُ ٢٥, ١٣٢. ٢٨, ١٣٤
أَيْقَى ٢٤, ٦٠٤
يَمِين ٢٨, ٧٦ اليَمين ٢٨, ٧٠.
بالبيمين ٢٧, ٤٤ ١٠٥

Addenda et corrigenda
ad Meidanii proverbia.

C. I. P. 2. l. 24. Loco verborum لوياتى legendum أوياتى et melius vertendum: num venit bonum cum malo i. e. num bonum malum producit et statim post: non venit bonum cum malo i. e. bonum malum non producit. P. 3. l. 5. Videtur corrigendum مطمعة; sed quum codex, e quo versus desumtus sit, in manibus non habeam, nil pro certo adfirmare ausus sum; nam et alterum ferri potest. Prov. 4. In Scharaf-Aldini et Hamasae opere الموصّين legitur; id quod metro contrarium est, si proverbium e versu desumtum esse statuimus. At vero ut omnia proverbia, quibus metrum est, e versibus derivata sint, necesse non est, sic fieri potuit, ut proverbia e versibus derivata usu mutarentur. In codice, qui a nonnullis Abu-Ohbaido adscribitur الموصّين. In codice illo hunc interpretandi modum legimus: ان الذين يحتاجون لك ان يوصوا لحوايج اخوانهم هم الذين يسهون عنها لقلة عنايتهم وانت غير غافل ولا ساه عن حاجتى قال يضرب للرجل الموثوق „Quibus praecepta dari necesse est ob res necessarias fratrum suorum, ii sunt, qui ob paucam curam ab iis aberrent; tu vero incuriosus non es et a re mihi necessaria non aberras. Dixit, proverbium de eo, in quo fiducia ponatur, adhiberi.“ In Hamasae opere p. ٧٩. explicandi proverbii causa legimus, iis, qui a re necessaria

aberrent, praecepta dari opus esse. P. 7. l. 9. legas: Ebn-Djoaihdus. Prov. 11. Legitur quoque ليس بمخدوع. l. 4. infr. post vocem الوامق omissa sunt verba وكذب الناطق. Ibi العاتق rectius de virgine, quae taedio adficitur intelligitur. Prov. 12. Quem proverbio sensum tribuimus, is verbis hisce Abu-Ohbaidi confirmatur: احسبه اراد اذا اصابتك مصيبة فاعلم انه قد يكون احل منها فليهون ذلك عليك مصيبتك „Puto eum voluisse; quod si calamitas te adfligit, scito, ea majorem inveniri et hoc calamitatem tuam tibi leviorem reddat“ Prov. 15. Narrant Hasanum Bazrensem in consessu suo dixisse: ان من جنود الله الزبد „Cremor lactis unus exercituum Dei est.“ Prov. 16. Proverbii verba ad metrum Camil, quae in scholiis sunt ad metrum Thawil referri possunt. Prov. 18. Et hoc proverbium ad metrum Camil referri potest; at vero in Abu-Ohbaidi dicto opere الظن legitur, ut metrum non sit. P. 14. l. 2. legas: Ohmarus b. Ahbd-Alahsis. l. 9. legas: donec res ab altero significata clara voce dicatur. Prov. 27. In codice Scharaf-Aldini أن omissum est, quod Abu-Ohbaidus habet. P. 16. Clarissimus Fleischerus cum cl. Quatremero l. 2. vocem بالعلى cum sequente مضر conjungit, ut sensus sit: nocet celsitudini (dignitati). Sensus honus est; sed me quominus facerem impedivit tum quod بالعلى antecedit tum quod بالعلى in fine prioris hemistichii, مضر in initio posterioris hemistichii est, ita ut, sensu non obstante, duae voces melius separatae viderentur. Prov. 34. leg. طَرِيقَتَك Prov. 36. In codice, qui Abu-Ohbaido adscribitur, لتهنا legitur, et sensus tribuitur „ut beneficiis homines adficias“. P. 22. l. 12. leg. فلا اكون. Prov. 48. Quae in scholiis adnotavi, praeclare illustrantur fabula lepida, quae in libro a me edito Fakihat-Alcholafa p. 91 et 92 legitur. Ibi quoque l. 2

infra voces شعيرة الفخ (res enim in dubium vocari potest), non puto significare, granum hordaceum laquei, sed crinem parvum laquei (i. e. tenuem crinem, quo laqueus confectus est). Grano enim, quod avis conspicit, allicitur, crine autem laquei, quem non videt, capitur. Prov. 50. In Hamasa p. 214. l. 14. proverbium sic adnotatum est auctore Abu-Mishalo: انف فى الماء واست فى السلماء „Nasus in aqua et podex in terra“. In versu لذا legas. Prov. 51. legas اذن. Prov. 57. Ex Abu-Ohbaidi codice observamus, nonnullos illum virum Alharits ben-Abi-Schamhar (شمهر) appellare. Prov. 58. legas العضرط. Prov. 60. In versu loco vocis locusta legas: chamaeleon. Prov. 62. In Hamasae loco p. ٣٥٥. legimus, proverbium e versu Koradi ben-Gbowajjah (sic corrigendum est) desumtum esse. Tum vero mutatum proverbium sic prolatum est: كما مهدت للبعل حسناء عاقرُ „Sicut pulchra sterilis marito lectum stravit“. Prov. 64. In Meidanii opere proverbii verba cum Miscini versibus conjuncta sunt, ut inde originem duxisse videantur; at vero quum ille poeta aliorum proverbia in versus suos inseruerit, de proverbii origine dubitare licet. Prov. 65. In versu تلمه scribas تَلْمَه. Prov. 66. legas عُذَلَة, quamquam in codice meo ille alter enunciandi modus adscriptus est. Prov. 68. Vetus esse proverbium apud Abu-Ohbaidum legimus. P. 32. l. 5. scribas نكس. Prov. 75. Verba ان جرجر etc. in codice Abu-Ohbaidi tanquam alterum proverbium adnotata sunt. P. 33. l. 7. legas علّاتها et l. 15. „Et quum tibi bonum... Prov. 78. Cum hoc proverbio conjuncta quoque sunt verba: وسحق النخل من الفسيل „et longae palmae e surculo“. Prov. 84. Abu-Ohbaidus

refert, proverbium adhiberi de viro, qui rarissime conspiciatur aut cujus agendi ratio per longum temporis spatium non nisi semel appareat; Ebn-Kotaibahus autem dicit, proverbium adhiberi in re, quae ab utraque parte malo omini sit, quemadmodum caper montanus, sive dextrum sive sinistrum latus nobis obvertat, malo omini sit. Pejori autem omini esse, si sinistrum latus homini obvertat. Prov. 85. legas in scholis صيد اول. P. 38. l. 1. pro verbis nonnisi robustus legi potest nonnisi aufugiens, nam codices aut شديد aut شريد habent. Prov. 97. versus posterius hemistichium melius sic vertitur „liberalis quum dat, non est simul exprobrans.“ Prov. 99. Proverbium vulgo usitatum esse, Abu-Ohbaidus dixit. Prov. 100. Hemistichium metri Camil est. Loco verborum partes resectae clarius videtur partes dimidiae. Prov. 106. Hoc proverbium ab Abu-Ohbaido Ebn-Masuhdo tribuitur. P. 43. l. 23. leg. Dhabbah et l. 25. pro obiturum leg. oriturum. Prov. 113. In hoc proverbio quod Hamas. 678. occurrit, vocabulum اعصار et de nube, in qua tonitrua et fulmina sunt, intelligi potest. Prov. 117. Verborum sensum esse legimus: Usque ad matutinum tempus patientia utaris; tum pete a me, ut me tibi captivum tradam. Pag. 48. l. 4. leg. re رجبة appellata et l. 8. Alhobabus . . . . . Alanzarita. Prov. 132. invenimus quoque scriptum ليغتلث. Prov. 134. legas occidit! Prov. 136. In Scharaf-Aldini opere ان لم legitur. Prov. 139. In codice Abu-Ohbaidi الامور legitur. Prov. 140. legas شَجَعات; sed diversus vocis enunciandi modus reperitur. Prov. 144. Voce الارم dentes significari non posse, quae significatio voci الازم sit, in codice Abu-Ohbaidi legimus. Prov. 146. Legas الحلّم

De hoc proverbio conf. Schult. monum. vet. p. 39. sqq. In Hamasa p. 98 sq. res amplius descripta est. Gens Jemen dicit, virum, cui baculus pulsatus sit, fuisse Ahmruum b. Homamah Dausitam; gens Modhar Ahmirum b. Althsarib Adhwanitam; gens Rabiah Kaisum b. Chaled Schaibanitam; gens Banu-Kais b. Tsahlebah Sahdum b. Malec b. Dhobaiah. Prov. 149. Loco verborum ان اردت in codice Abu-Ohbaidi legitur ان رمت. Prov. 152. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 153. In versu corrigendum est يعاتبه. Scribendum quoque esset نافعا propter verbum ليس, si grammatices accurata ratio haberetur; sed in codice, ni omnino fallor, نافع est, et nescio, num omnes Arabes isti regulae semper satisfaciant. Prov. 156. In codice Abu-Ohbaidi سلحان et لِبّان legimus. Prov. 158. In Abu-Ohbaidi codice legimus, grammaticum Alferra dictum tres enunciandi modos شِرْبا, aut شَرِبا et شُرْبا admisisse, ut prior vox portionem aquae significet, duae posteriores nomina actionis sint. Prov. 159. Versus est metri Ramal. Prov. 160. legas utrem. Prov. 165. l. 2. infr. legas نصرا. Prov. 168. Proverbium est pars versus Ohaihahi ben-Aldjolah, cui metrum Basith est. Prov. 171. In codice Abu-Ohbaidi legimus, Alazmäihum sic scripisse اذا نزل بك الشر „Quum malum apud te deversatur, sede!“ i. e. tranquillus sis et ne ad id properes! Prov. 174. legas غَصّ. Prov. 176. In nonnullis codicibus in versu loco vocis روعت est رعت. Quod si admittis, vocabulum بالجو cum Teschdido enunciandum est et verbis الظماء الصوا ديا accusativi casus tribuatur necesse est; attamen vero et alter a me receptus legendi modus admitti posse videtur; nam littera ا in fine vocis الصوا ديا, quum

homoioteleuti causa sit adjectum, omnino obstare non videtur, modo Bildju enuncietur. P. 68. In altero versu ليست بقول legendum est. Si Meidanii commentarium accurate sequimur, genitivus وقول a praecedente اول pendet; pro quo in commentario رجوع legimus, quocum وحقة conjungi potest, cui significatio veritatis tribuenda est. Prov. 178. Loco vocis تحريرك lege غريرك Prov. 179. In Samachscharii opere sic legitur انت من هذا الامر فالح بن خلاوة. Prov. 180. In Scharaf-Aldini opere sic legitur: انا تئف وصاحبى مئف. Prov. 183. Proverbium adhibetur, quum quis pauco contentus est. Prov. 185. Proverbium vulgo usitatum significat quoque, quendam rem ante tempus conveniens quaerere. P. 73. l. 1. leg· فتى l. 2. يهوى. Prov. 193. In codice Abu-Ohbaidi بحدث بعده est. Ad metrum Camil referri potest. Prov. 197. Licet et in codice meo et in Kamusi opera تولة scriptum reperitur, tamen fortasse تـولـة scribendum est, ut cum scribendi modo vocis تضلل consentiat. Prov. 204. In scholiis loco verborum perficere possint, melius scripsissem „assequantur.“ Prov. 207. Pro لشاء etiam شاء legitur. Prov. 208. l. 4. schol. Loco verborum vel consuetudinem lege num consuetudinem. Prov. 210. in versu legas بحصدى. Prov. 211. Melius sic vertendum puto proverbium „Tu adhuc in terra dura es; surge igitur. In scholiis autem pro in fine regionis clarius erit in ora regionis. Prov. 230. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Prov. 256. legas مفصلا

P. 92. l. 8. Metrum versus est Ramal, de quo vide librum meum. p. 236. sqq. Prov. 262. Proverbium vulgo usitatum fuit. Prov. 264. Voci العنصلين forma du-

alis (Alohnzolain) tribuenda est; العنصل autem est nomen vallis inter regiones Aljemamah et Aldahna sitae. Dualis forma vallem ejusque circumjacentes partes designat. Abu-Mohammedes Alahrabi versum a me citatum ارأن etc. in quo متشايم legendum est, tanquam proverbium adnotavit conf. Hamas. p. 91. l. 16. Praeterea diverso modo proverbium proferunt طريق العِيصَيْن aut الغِصَيْن aut العَيْصَيْن. Vocem عيص arboretum significare, العبص nomen loci esse dicunt cod. Abu-Ohb. Prov. 265. legas يُنْزَأ. Prov. 274. legas لنكشر. Prov. 282. leg. vasis. Prov. 283. In scholiis melius scribendum est إلياس, quamquam in uno codice اليس reperitur. Prov. 285. legas ظلمت. Loco vocis عذاب etiam عقاب reperitur. Fieri potuit, ut vox من repetita ultima syllaba vocis تامن in nonnullos codices irrepserit. Prov. 292. Ad metrum Camil referre licet. Prov. 301. Quamquam vocem مقلاة a radice قلت derivant et in lexicis مقلات scribitur, tamen in pluribus codicis مقلاة scriptum est. Prov. 302. Quod si voci يخلط activi vocales das, vertendum erit: „Mater Koaihsi etc. miscent modo etc. Res autem illae, e quibus cibus Hais compositus est, quum ob diversitatem suam miscendo non intime conjungantur; fieri potest, ut proverbium illorum hominum pravam agendi rationem designet. Prov. 315. In codice Berol. est. عطينة et عجينة, qui legendi modus, quamquam sensum bonum praebet, tamen scholiis contrarius est. Prov. 316. Re diligentius perpensa proverbium adhiberi puto de viro, qui alterum debilem in auxilium vocat, ut talis vir debilis cum corrigia rupta, quae inutilis sit,

comparetur. Prov. 319. In scholiis loco verborum l. 8. والسخا ثم legas والسخايم. Verba autem clarius et melius sic verterem: Munifici invicem estote, ut mutuus vestrum amor sit; dona vobis invicem date, ut odium et ira cessent etc. Prov. 340. legas in versu تُلْفِيَنَّ. Prov. 341. In codice Samachscharii أن omissum est. Legas الظِنة. Prov. 352. legas أوى. Prov. 361. In nonnullis codicibus أن loco انه legitur. Hoc legendi modo admisso proverbium verti debet. „Crastinus dies cum exspectanti propinquus est.“ Prov. 363. In libro Citab-Alaghani legimus principes gentis, qui ob multas in remotas regiones jussu regis incursiones factas irati essent, fratrem instigasse, ut rege occiso imperio potiretur. Regem Hassanum autem vir Dju'lSchanajir Himjarita appellatus, qui regiae stirpis non erat, occidit. In priore versu legas سَهَرًا. Prov. 370. Scribendum est طَلَبًا. Pro ابجر Abdjar in codice Berolin. الجو legitur. Viri filius nomen Hadjdjar حجار gerebat. Prov. 371. Loco nominis يذكر in libro Citab-Alaghani تذكر legimus. De nomine Chosaimah ben-Fahd est dissensio. In codice Abu-Ohbaidi et in libro Citab-Alaghani scriptum reperi: خديمة بن نهد conf. Meid. 15, 52. In libro Citab-Alaghani res paulo aliter narratur. Prov. 376. Legendum est ظُلِّمت ظُلْمًا اما. Prov. 378. Quum in adnotationibus C. 7, 138 in codice meo et Berol. ان اخا الخلاط legatur, hoc praeferendum esse puto. Prov. 378. Verba in loco profundo abscondas de ovibus dici possunt; sed auctore Firuzabadio vox وراط etiam in camelis usitata erat. Prov. 385. legas بكت. Prov. 396. اتقاء scribendum est. In scholio legas: Ebn-Schahabus. Prov. 403. In versu legas imposuisti. Prov.

405. scribas الـدّيْسَة. Prov. 407. lege كُدَيْها et scribe Codajjon. Prov. 411. In scholiis اخر delendum et vertendum est „domestici sunt tinea opum.“ Prov. 426. In duobus codicibus ان لمر تزاحم legitur. Tum vertendum est: „si non premis“, quod a multitudine hominum aut camelorum ad aquam accedentium et se invicem prementium desumtum est. Prov. 429. De sensu hujusce proverbii conferas C. 26, 66. Prov. 439. leg. يصبر. Prov. 440. leg. أَجَل. Prov. 442. Pro تاكل etiam legitur تشرب bibas. Prov. 445. E loco Abulfedae geogr. p. 296. proverbium lucem accipit, nam ibi legimus, salsam aquam tempore accessus maris usque ad fluvii Mahkili os pervenire. Ulterius salsam maris aquam non procedere. Flumen Dei igitur in proverbio designat maris aquas tempore accessus. Prov. 461. scribas سكباجٌ. Prov. 465. scribas فاصبرْ Prov. 466. In scholiis scribe: parvus. Prov. 467. legas الملسوع, quod melius est, quam المسلوع codicis mei. In codice Berol. recentiore sic proverbium legitur: بين ما يجى الترياق من العراق فارق الملسوع Prov. 469. Verba: scito eum efficere velle, ut lapset (in ventriculum) designant: scito eum deglutire velle. Prov. 470. legas بِكْر Prov. 481. leg. عشْق.

C. II. P. 149. l. 4. pro: dico ei legas: dico de eo. Prov. 3. scribas ؏; tum proverbium ad metrum Thawil referri potest. Prov. 5. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbii verba ad virum directa esse, qui soleas suas adhiberet in loco, ubi eae opus non essent, dum quidam timeret, ne in locum incideret, ubi soleis carere non

posset. Prov. 6. Interdum dicunt خَلَفُ اعْوَرَ conf. Djeuh. s. عور p. 150. l. 4. leg. يزيد et l. 5. منضوح. Prov. 11. scrib. بَاءت et sic in versu. Prov. 12. In Scharaf-Aldini codice sic proverbium legitur: ابعد خيراتها تحتفظ „Num post optimas earum (amissas) custodis“. Explicandi gratia additur. In prava rerum administratione adhibetur. A pastore desumtum est, qui, postquam optimae sua culpa periere, reliquas conservare studet. Prov. 25. De hoc conf. C. 5. 34. Prov. 26. l. 2. legas Hadjar et sic p. 157. conf. C. 22. prov. 100. Prov. 28. l. 3. leg. in versu من بعض. Prov. 37. Proverbium vulgo in summa diligentia, quocum molestia conjuncta est, adhibetur cod. Abu-Ohbaid. P. 165. l. 5. legas ob quem non pro: qui non. Prov. 48. Proverbii sensus est. Res finita est, ut mihi jam nullum officium implendum sit. Prov. 51. leg. بِئْسَ; in tertio versu corrige فاصبر. Prov. 62. scribendum est شَبُوَةُ et sic in versu. Ex isto versu proverbium desumtum esse probare videtur Samachscharius, qui قد بكرت habet. Prov. 70. Proverbium, quod in Hamasa. pag. ١٣٥. l 6. occurrit, sic enunciandum puto „O infortunium! malum tuum super capite tuo sit!“ بنت برح شَرُّك على راسك Prov. 73. In Hamasae commentario p. ١٩٨. l. 15. legimus, proverbium in initiis boni et mali adhiberi. Prov. 76. Melius vertissem: occidendus. Prov. 78. leg. ابدايهن. Nomen feminae, quod Rahama scripsi, dubito, quomodo enunciandum sit. C. 10. 2. scripsi Rohma; vocalis enim Dhamma in codice reperitur. In codice Berol. رُهَم Roham adnotatum legitur; sed iste codex non semper fiducia dignus est. Prov. 79. Di-

citur quoque (conf. Harir. 33) ما زال في الهياط والمياط. Prov. 84. In duobus codicibus الصريح sine puncto diacritico est. Hoc legendi modo admisso loco vocis clamans scribendum est manifestum; sed in ista verborum cunjunctione dubito, num vocabulum significatione omnino aptum sit conf. prov. 80. Prov. 93. Ad metrum Basith referri potest. Prov. 94. leg. بينهم. Prov. 97. Ad metrum Wafir referre licet. Prov. 103. scribas البضاعة. Prov. 110. Hoc in proverbio quoque inspectio verti potest, ut C. 1. 334.; quamvis rerum status diversus est. Prov. 114. leg. وعاء. Prov. 121. In codice Berol. بيضة ovum legitur. Meidanius verba de re nota, quae occultari non potest, intelligenda esse putavit. Prov. 122. Proverbium monet, ne quis cum eo societatem ineat, cujus dignitas omnibus cognita non sit; sed dubia. Prov. 133. Loco vocis كحفة, quae in codice meo est, praeferendum videtur كحنة, quod amorem camelae in pullum et mugitum, quo eum manifestat, significat; sic enim in codice Berol. et Pocock. est. Est igitur in proverbio amor camelae vel mugitus camelae scribendum. Prov. 139. Rectius Kossus قُسّ et sic in aliis locis. L. 4. Legas inscripsit pro voce: scripsit praemittens nomen auctoris et nomen, ejus ad quem directa erat. P. 190. l. 1. leg. يرجع. P. 192. lin. ult. legas نُجُر Prov. 160. In versu legas: نَهْكَةَ صَقْر. Prov. 174. legas القَمَرِيْن. Prov. 177. In scholis legas non discit. Duplex autem est legendi modus لا يعلم et لا تعلم. Prov. 184. Scribas: Vende mercem primum quaerenti, nam id tibi commodo erit. Prov. 185. Clarius scripsis-

sem propter sata. Prov. 187. Ad metrum Wafir referre licet. Prov. 192. legas ذُلٌّ. Prov. 197. In codice Berol. recentiore sic legitur: بين وعده وابكاره فترة. Prov. 198. In codice Berol. recentiore pro السلاح leg. الملاح. Prov. 199. leg: بَدَن. Prov. 212. leg. الدُّلْدُل Doldol. In scholio legas: mulae est, quam.

C. III. Prov. 1. In codice Abu-Ohbaidi legimus, grammaticum Alahmar appellatum sic proverbium adnotasse: تركته تركَ ظبى ظله „Reliqui eum modo, quo dorcas latibulum suum relinquit et in Kamuso اترُكْه legitur. Prov. 4. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium vulgaris usus inter homines esse. Prov. 7. In codice Berol. ترك الكذب „mendacium omittere“ legimus. Prov. 11. Abu-Ohbaidahus dixit, proverbii auctorem esse Actsamum ben-Zaifi. Abu-Ohbaidus dixit, esse proverbium antiquum; sed a vulgo in usum quotidianum adhibitum et mutatum, ut لا تاكل ثديبيها dicat. Hanc mutationem non probat. P. 212. l. 1. In codice Abu-Ohbaidi Alharits ben-Alsolail et l. 3. pro Sabba est Rajja. Prov. 12. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 15. Si hoc proverbium ad metrum Redjes referre vis, enunciandum est bali. Prov. 20. scribas تجشّما quod magis ad verbum vertere potuissem „aut maximam operam dedisset“. Prov. 22. Ad metrum Redjes referri potest. In codice Abu-Ohbaidi legitur in capite, quod inscriptum est: فى قضاء الحاجة قبل سوالها „De re necessaria perfecta, antequam petita fuit.“ Prov. 23. leg. الظِّنّة. Prov. 24. In Scharaf-Aldini et Abu-Ohbaidi codice تُعْلمنى legimus; sed in codice Berol. et meo secunda forma est. Prov.

27. In Kamusi opere لا مخرّسة legimus. Prov. 29. Signum Teschdidi litterae ف impositum in codicibus B. et Lugd. invenimus et formae quintae verbi ea significatio propria est. In Alkathamii versu autem وترفضّ legendum est. Aut proverbium ex Alkathamii versu ortum est, aut Alkathamius vetus proverbium in versum suum inseruit. Quod si prius verum est, in proverbio ترفضّ legatur necesse est; sin posterius, quin Alkathamius metri causa proverbium mutaverit nil obstat. conf. Hamas. ١٣٨. l. 12. Prov. 30. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium a vulgo adhiberi et significare quoque, hominem rem alieno loco petere. Prov. 34. Proverbium vario modo adnotatum invenimus. In Haririi opere p. 562. leg. يشكو الى غير مصمّت „Conquereris cum eo, qui ad silentium non redigit i. e. tui nullam rationem habet. In codice Abu-Ohbaidi انك لتشكو الى غير مصمّت „Tu conquereris cum eo, qui ad silentium non redigit“. Sed ex Abu-Ohbaidi sententia vox مصمت cum loquendi modo هو على صمات حاجته cohaeret, ut vertendum sit. „Tu cum eo conquereris, qui rem ad finem non perducet.“ In versu legas فاصبر. Prov. 36. Ad metrum Camil referri potest. Prov. 38. In Commentario Merzukii ad Hamasam p. 32. v. 1. legimus, proverbium de eo adhiberi, qui longa spe decipiatur. Prov. 45. legas تَطعم. Pag. 223. l. 8. legas بالمعيدى. Prov. 52. In scholiis scribendum est: Verbis hisce utitur is, qui ob inimici calamitatem gaudium percipit. Prov. 58. In codice Abu-Ohbaidi proverbii auctorem Ahbd-Allahum b. Ohmar fuisse legimus. Prov. 59. legas بالجذاع. Prov. 62. In codice Abu-Ohbaidi verba والناقة زمامها omissa sunt. P. 230. l. 11. legas: مبزرى.

Prov. 75. In codice Abu-Ohbaidi additur: والذود الى الذود ابل „et parvum camelorum agmen cum parvo conjunctum magnum fit“. Prov. 81. Proverbium in libro Citab-Alaghani ubi de Findo agitur, Ahjischae tribuitur. P. 237. l. 3. legas فكدت. Prov. 83. Proverbium in scholiis C. 20, 35. diverso ordine legitur. Prov. 86. Prior versus sic vertendus est. „Me multum vituperat propter difficultatem meam animaeque roborem, quem videt mater Ahmrui et nescit“. Prov. 88. legas النعام. Prov. 95. Meidanii sententia esse videtur, تبع enunciandum esse; at vero ex Kamusi opere videmus تَبَعٌ ضلة enunciari posse. Prov. 97. leg. نعامة. Prov. 100. In codice Abu-Ohbaidi ام الربيع invenimus; praeterea جَمَلًا enunciandum est. Prov. 103. scrib. خِلابة. In versibus scribas فارجعى بَرْدٌ et صادقة. P. 243. l. 15. Sic melius vertendum est: Vos rogo, ut Deum imploretis, ne amorem (moerorem) meum sentiatis. In versu pro من يامن lego in codice Berol. ما يامن, quod non probo; sed quum ibi فمُ scriptum sit, versum sic verto. Qui se tutum habet ab Hedjdjadjo, ei aut poena amara erat aut nodus firmus i. e. aut dira poena adficitur aut diu in carcere manebit. P. 244. leg. أمّ. Prov. 107. ad metrum Thawil referri potest. Prov. 124. leg. Transiit. Prov. 127. In codice Berol. recentiore proverbium sic invenimus: اتق شر اللايم اذا احسنت اليه et Prov. 129. ibidem pro ان تمرض legitur: المرض. Prov. 131. Fortasse تقلّدُها pro تتقلدها induis scribendum est; in versu autem te ornavit legas. Prov. 137. 138. 139. ad metrum Ramal, Sarih et Redjes referre licet.

Prov. 141. 142. 143. ad metrum Redjes pertinent. Prov. 161. leg. اتعب من. Prov. 169. ad metrum Modharih. Prov. 170. et 171. ad metrum Motakarib. Prov. 172. ad metrum Thawil. Prov. 173. autem ad metrum Basith, cujus prius hemistichium sic sonat: ما كلما يتمنى المرء يدركه „non omne, quod homo optat, assequitur“ referri potest. Prov. 180. Fleischero clar. proverbium ad Sur. 5, 4. adludere videtur, ubi morticina carne vesci interdicitur, ut vertatur: „Caro morticina (المَيْتة) ei licita est. Prov. 193. Pro التباح legas النباح.

C. IV. Prov. 5. In codice Scharaf-Aldini pro انفه legitur جلده. Prov. 8. leg. عَرْشه. Prov. 9. leg. ازلفى; alii autem codices habent ارفلى. Prov. 10. Nonnulli codices الترغيس habent, quocum locupletandi significatio conjuncta; sed vix dubito, quin voci الترغيش eadem significatio data sit, quum in aliis bonis codicibus tam in textu, quam in scholiis reperiatur. Prov. 13. In codice Berol. recentiore loco vocis نجح leg. تنتج. Prov. 21. ad metrum Camil referri potest. Prov. 23. scribas تقعد. Prov. 41. leg. اصمّ. Prov. 43. leg. اربعاء.

C. V. Prov. 1. In scholiis est varia lectio غلاء adnotata, quam verti tanquam pluralem „sagittae jactus vehementes,“ sed est potius forma nominis actionis, qui certaminis, quod sagittis jactis fit, significatio tribuenda videtur. Prov. 3. Ad metrum Wafir referri potest. Prov. 4. ad metrum Redjes. Prov. 7. In scholiis ad proverbium C. 3, 105. البعير scripsimus, sed quum in nostro codice et Berol. tam in scholiis quam in proverbio العير legatur, duplex proverbii legendi modus exsistere videtur. Admissa autem voce البعير ad metrum Ramal referri potest. Prov. 8. In scholiis dictus Alnohman

est filius Ahmru-l'Kaisi. Pag. 280. l. 12. In codice Abu-Ohbaidi, ubi hic versus cum uno separato coniunctus est, legitur سِوَى رِسَّةٍ, ut cum praecedente conjungatur, „non erat ei crimen praeter id, quod per septuaginta annos aedificium firmaverat. Prov. 11. In scholliis legas حلبت et حلب. Prov. 12. In Scharaf Aldini opere proverbium sic legitur: لجذل حكاك انه. Prov. 15. legas: quae editur. Prov. 21. Abu-Saidus sic proverbium retulit: جاء فلان من حاجته وقد لفظ لجامه cod. Abu-Ohb. Prov. 25. legas تقليه; duplici enim modo in codicibus proverbium legitur aut: جربى تقليه aut جرب تقله. Prov. 26. scrib. ابن. Prov. 27. In versu jam praefero legendi modum اطوف ما اطوف „Circumvagor, quamdiu circumvagor.“ Prov. 28. In Abu-Ohbaidi codice جعله نُصْبَ عينى legitur. Contrarium huic sensum C. 23, 89. habet. Prov. 29. In codice Abu-Ohb. legitur quoque لثنته. Prov. 34. Proverbium quoque in eum adhibetur, qui rem, quam petiit, non consecutus est, ut nil secum portaret. Prov. 35. Sunt quidam Arabes, qui اللتيا cum vocali Dhamma enuncient, id quod Haririus errori turpi tribuit, vocalem Fatham rectam esse dicens conf. Anthol. gram. p. ٣٦. Prov. 37. Pro voce clunes legas coxas et sic in adnotatione. Prov. 38. In codice Abu-Ohbaidi legimus, eum quoque significari, qui diligentiam in re omiserit aut eum, qui fatigatus et lassus inde redierit. Prov. 42. In codice Abu-Ohbaidi loco vocis فاتك legitur بذك cum eadem significatione. Prov. 50. De hoc conferas quoque 21, 110. et 23, 252. Prov. 56. leg. جَشِمت. Sed fortasse est جَشَمَتْ ratione habita ejus, quod in scholis 22, 94, legitur, ubi كَلَّفتْ est, et عَرَقَ. Prov. 58. In codice Scharaf-Aldini le-

gitur والرشف اشرب. In Djeuharii opere et Kamuso والرشف انقع. Hoc praferendum est. Prov. 65. Rubahi versus sic vertendus: „O utinam nos et tempus modo indefessorum equorum curreremus!“ Verba mea sensum verborum ليت المنا والدهر جرى السمه, qui est alter legendi modus, ut المنا pro المنايا sit, ex sententia Meidanii exprimunt. Prov. 69. Observamus, Meidanium nonnisi Alrakim enunciari velle. Prov. 71. l. 5. leg. Tum alius quidam hunc sensum etc. Prov. 74. In libro Fahihat-Alcholafah p. ٣٠٩ verba proverbii Mohammedi tribui videntur. Prov. 78. leg. Schaihamum. Prov. 79. leg. عويص et الثمرة. Prov. 80. In codice Abu-Ohbaidi legitur: ائت به. Prov. 81. Meidanius verbis concutiens clunes pinguem significari dixit: pinguem autem esse aliis inutilem. Cui sententiae non assentior. Prov. 83. De hoc conferas 12, 56. In Scharaf-Aldini opere legitur: اللهم جدا لا كدا. Prov. 84. leg. Pravus socius. Sed fortasse scholii verba, sicut in meo codice scripta sunt, pars proverbii sunt; nam in codicibus aliis vox اى omissa est et in codice Berol. tanquam proverbium conjuncta sunt omnia verba et eodem colore descripta sic: جليس السوء كالقين ان لم يحرق ثوبك دخنه .„Pravus socius fabro ferrario similis est; si vestem tuam non comburit, eam fumo inficit.“ Proverbium vero cohaerere videtur cum Mohammedis verbis, quae doct. Fleischerus in libro Alis hundert Sprichw. p. 118. sq. adnotavit. Prov. 87. leg. بالهيى والجيى. Prov. 91. Nescio num ob errorem جلزى scriptum sit, an sic fortasse in Samachscharii opere legatur. In Meidanii opere جلزوا „obducite“ legitur. Tum quoque scribas putatis. Prov. 97. leg. حطبت. Prov. 98. Si شمر enunciatur,

proverbium ad metrum Redjes referri potest. Prov. 99. Quemadmodum enunciavi, in codice meo scripta est vox. Sed scribi quoque potest يَعْلُك ab عول. In codice Ber. يعلّك legitur. Licet quoque suffixo masculini formam dare. Prov. 102. Meidanius جباب enunciavit, quum pluralem esse dicat; sed alter quoque enunciandi modus ferri potest. Prov. 104. Enunciari quoque potest بِكْر, qui enunciandi modus in femina usitatus est. Prov. 109. Vocem نفش erigendi significationem habere, vidimus e loco libri Fakih. Alchol. p. 145. l. 14., ut loco vocis evellens scribatur erigens. Totum autem proverbium a gallo irato plumas colli erigente desumtum est. Prov. 110. In Kamuso Calcut. legitur quidem بنات غَيِّر; sed num rectum sit, dubito, nam in duobus codicibus غِيَر est. Quae autem Meidanius ad explicandam vocem adtulit, ea ex Djeuharii opere desumta, ubi غيّر legitur, tanquam nomen formae singularis. In scholiis autem بنات غير legas. Prov. 115. De hoc conferas prov. 61. Prov. 120. In codice Berol. legitur ليلكم ليل, in codice Lugd. ليلتكم ليلة. Prov. 122. In codice Ber. loco vocis تكره legitur نُكْر infortunium grave; id quod probandum est. Prov. 123. In versu المهلّب et رَمادا enuncies. Prov. 127. Melius dixissem mala et malam. Prov. 133. legas: يحمى ذراها الارقم. Prov. 138. Proverbium metrum Sarih aut Redjes habet. Prov. 140. Proverbium hoc Abu-Mohammedes Alahrabi sic adnotavit: جهل النعمان لغانين وادى سبلات. Legas سُبْلات. Prov. 142. Dixit Alazmäihus, Arabes

opes in duas classes dividere, quarum una appelletur الناطق loquens, altera الصامت silens. Priorem complecti omnia animalia i. e. servos, jumenta etc., posteriorem omnes res tam praedia et fundos, quam utensilia et pecuniam. Abu-Ohbaidus autem dixit, vulgo opes silentes (الصامت) esse pecuniam. Prov. 150. l. 9. In verbis, quae citavi codices multum inter se discrepant. In verbis, quae in proverbii consuetudinem venerunt لا المرء فى نسيبى ولا اليربوع, voces فى نسيبى rectum legendi modum offerre puto, ita enim in optimo Scharaf-Aldini opere legitur. In codice Berol. correcta est vox in شى, et idem in codice pessimo Samachscharii et codice Lugd. et meo legitur. Non dubito, quin scribis vox نسيبى, quum obscura esset, corrigendi ansam dederit. Pag. 328. l. 2. scribas: duae syllabae Min - Ali - - ∪, ut Mi — nali ∪ - ∪ fiat, contrahendae sunt. Prov. 175. l. 12. scribas مرداة. Prov. 196. scr. الصّراط. Prov. 198. In codice Ber. recentiore جاهل et عاقل legitur conf. Burckh. Nro. 196. Prov. 203. Proverbium metrum Basith habet. Prov. 204. Apud Burckhardtum legimus كفرك loco vocis فقرك. Prov. 205. Burckhardtus (prov. 198.) proverbio sensum tribuit: uterque varia re occupatus est. Prov. 211. u. 212. leg. اجلس. Prov. 214. loco vocis بد legas لد.

C. VI. Prov. 3. legas: sagitta, quae ad..... Prov. 6. In quibusdam codicibus pro فاربعة legitur فاربع. Prov. 7. In Abu-Ohbaidi codice legimus, proverbium in virum adhiberi, qui postquam clamorem sustulerit, sileat et nil amplius faciat. Prov. 10. Observandum est in aliis codicibus nomen feminae Alhaidjumanah scribi; alter quoque legendi modus in aliis codicibus sic adnotatus est: لا تهنت „ne lactetur.“ Prov. 13. De hoc conf. 24, 31. Prov.

14. conf. C. 13, 16. Prov. 16. Scribi potest: mansuetudo, nam vox حلم intelligentiam et mansuetudinem in viro conjunctam designat. Prov. 22. Praefero, quemadmodum in libro meo: Fakih. Alchol. p. 127. l. 12. legitur: حبك للشى. In codice Abu-Ohbaidi bonam regulam a quodam sapiente adlatam legimus: اذا اشكل عليك امران فلم تدر ايهما ادنى الى الصواب والسداد فانظر اثقلهما عليك فاتبعه ودع الذى تهوى فانك لا تدرى لعل الهوى هو الذى زينه فى قلبك وحسنه فى عينك. „Quod si duae res tibi dubiae sunt, ut nescias, utra veritati et recto propior sit, considera, quaenam tibi molestior sit et eam sequere, dum eam, quam desideras, sinis, nescis enim, an fortasse desiderium eam et animo et oculis tuis exornaverit.“ Prov. 26. In codice meo et Berol. فى non est. Sive unum Scharaf-Aldini sive alterum legendi modum sequeris, verbis aut metrum Ramal aut Redjes tribui potest. Re vera vero in tanta lectionum varietate proverbium origine versum non fuisse puto. Prov. 29. In Hamasa p. ١٨٩ l. 2. infra proverbium explicatur verbis: اى يتصل بعضها ببعض „i. e. una cum altera conjuncta est.“ Prov. 37, leg. احمل. Prov. 43. In codice Abu-Ohbaidi الى كلبهم legitur. In Hamasa p. ٩٩٣ l, 7. ut in textu. Prov. 50. Scribas اكام. Prov. 58. In codice Berol. recent. الى فوقه legitur. Legas quoque يرجع et sic in sequente proverbio. Prov. 60. Scribas: regit? Prov. 63. Scribas اللسان et sic in versibus. Prov. 66. Ad metrum Motakarib referri potest. Prov. 72. In codice Abu-Ohbaidi الحزم فى الامور scriptum est. Prov. 75. l. 8. infr. pro: fratres quaesivisset scribendum videtur: fratres vindicasset. Prov. 83. In Abu-Ohbaidi codice legimus proverbium inter vulgum vulga-

tum esse. In versu legas كنتِ et فاقبلى. Prov. 88. legas ولا حَرَجَ „et non erit crimen“ i. e. Si Mahni agendi rationem imitaris, bene ages! Prov. 91. Loco verborum firmum animi studium melius scripsissem Cautio prudens. Pag. 371. l. 4. inf. loco verbi: فشقى scribas فشكى. Pag. 373. l. 7. 8. Scribas: fulcimento sustulit et occidit. Prov. 98. Ut scripsi, sic in meo codice voces enunciatae sunt; sed rectius videtur حَظِيين et صَلِفين. Prov. 103. Clarius scripsissem „cum cantharidibus.“ Prov. 106. In codice B. تأبّينه legitur; sed sexta ut quinta forma ferri potest. Prov. 108. In codice Abu-Ohbaidi et codice Ber. والعبد legitur. Prov. 110. In libro Citab-Alaghani legi, Monachchalum Jeschcoritam filium Ahmrui vel Masuhdi etc. a Nohmano ben-Almondsir aut occisum aut incarceratum aut vivum sepultum esse, quod cum cum uxore sua Almotadjarradah cognominata (Nonnulli eam Mawijjah appellatam, alii Hindam filiam Almondsiri Alaswad Calbitam fuisse dicunt) rem habuisse vidisset aut rei suspicionem haberet. Prov. 116. leg. حِرْباء et عظاية in scholio. Prov. 120. In Hamasa P. vv proverbium sic ab Abu-Mohammede Alahrabi adlatum invenimus: احاديث زبان استنه عام صعّدا „Narrationes Sabbani podici suo expositae anno, quo per clivosum locum ivit.“ Metrum Thawil verbis est. Prov. 122. Legas جاني. Prov. 125. In versu jam praefero فلا يقذفْ. Ne jaciar. Pag. 381. l. 1. scribas يُستَمع. Prov. 128. leg. حسًّا.

Prov. 132. Efferri quoque potest حَمِيَ. Prov. 138. In codice viro المطرف بن الشاخير verba tribuuntur: الحسنة بين السيّئتين وخير الامور اوسطها وشر السير الحقحقة. „Pulchra inter duo arcus cornua et optima res est media et pessimus incedendi modus est elatior.“ Melius autem in adnotatione“ quomodo ipse se haberet“ scripsissem. Prov. 140. scrib. أَجَلْه. Pag. 388. l. 22. legas: iturum esse, ut de pretio cum eo agam. Pag. 389. l. 2. loco vocis قصار legas صرام l. 4 infr. leg. يرجع. P. 391. l. 1. locus est intelligendus ubi Abrahamus stetisse putatur. Prov. 154. In proverbio C. 10, 183. Ebn-Habannakah legitur. Pag. 393. l. 18. leg. ἀπομνσσόμενος l. 3. infr. Alharuritae. In aliis codd. Alcharuritae. Prov. 158. In versu legas واجرأ. Pag. 394. l. 9. leg. Taubahum ben-Alhomajjir. Pag. 395. l. 6. infr. leg. patrem vocat. Pag. 399. l. 4. inf. loco vocis pedem legas agmen. Pag. 400. l. 17. leg. من بين مقتول وبين هالك. Prov. 172. l. 7. Aptius ad Meidanii verba scribendum fuisset pro: dum unum etc. „dum uni contra alterum victoriam non adjudicavit.“ Prov. 173. Delenda est adnotatio infra posita. nam verba metro destituta sunt. Prov. 183. scr. والالوان. Prov. 185. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium vulgo usitatum esse. Prov. 193. Proverbium inde ortum est, quod mulier quaedam ista in scholiis adducta verba dixerat. Prov. 205. In Scharaf-Aldini opere legitur: الممتخطة بكوعها. Pag. 411. l. 18. leg. زف. Prov. 207. Re diligentius perpensa, vita reducta i. e. quam quis ob morbum aut aliam causam amissam putat, vertendum esse puto. Prov. 221. In opere Scharaf-Aldini verba ذات

الطُول والعرض non leguntur. Prov. 224. leg. حَسِبه. Prov. 225. legas حَسِب et loco vocis intelligens clarius mansuetus dicitur. Prov. 227. Ad metrum Motakarib referri potest. Prov. 228. leg. colligit. Prov. 230. leg. حصّل. Prov. 233. Vox الباغى et de injusto, tyranno intelligi potest. Prov. 234. l. لطنّ. Prov. 236. Ad metrum Motakarib referri potest. Prov. 237. leg. طَلَب. Prov. 240. In Hamas. p. ٣٣ l. 15. legitur ابلَغْ. Prov. 251. leg. تَرجِع. Prov. 256. Rectius cum cl. Fleischero sic vertendum est: Puteum fodi et tum terra imple et ne mercenarium otiosum esse sinas i. e. Inutiles res peragendae sunt, ne mercenarius otiosus sit et corrumpatur.

C. VII. Prov. 3. In codice lego, Mariae filium fuisse Alharitsum claudum natura (الاعرج). Abu-Ohbaidus vero dixit, ejus filium fuisse Alharits majorem (الاكبر) b. Djabalah b. Alharits b. Tsahlabah ben-Djafanah. Alii dicunt, Mariam pertinuisse ad gentem Djafanah, alii ad gentem Cendah. Jacobus dixit, Mariam fuisse filiam Akammi (اقم) b. Tsahlebah b. Ahmru b. Djafanah. Prov. 5. Delenda est linea: Simili ratione etc. Prov. 6. In codice Abu-Ohbaidi legitur quoque ما استطف لكَ vid. Kam. et Dj. et ما اطف لكَ. Prov. 7. In codice Berol. خشّ scriptum est, ut a verbo خشى derivetur, et sic scribendum putaveram; sed re diligentius perpensa خُشّ cape! legendum puto. In Samachscharii opere legitur حش; quod a حوش concitavit circumveniens, ut in retia ageret, derivandum est; addidit enim auctor explican-

di gratia: اى خذ من حواليه; et mandatum leniter agendi inesse dixit. Tertius denique legendi modus est خس, quod mihi decipe! significare videtur. Prov. 8. In codice Ber. recent. legitur: خالف تعرف; l. 2. infr. legas يتقف. Pag. 425. l. 15. Samachschario verba ولكنك لا de molliter vivente adhibentur. Pag. 427. l. 2. Nunc non dubito, quin rectus legendi modus sit: خبر ما, quemadmodum in codice Samachscharii est, ubi pro باغت legitur: جاءت. Pag. 428. l. 5. leg. خَلّ l. 6. infr. Loco vocis Djadsimahi leg. Ahmrui et l. 2. loco vocis Djadsimahus leg. Ahmruus. Prov. 21. ad metrum Sarih referri potest. Pag. 432. l. 5. pro noctu veni scribas: Humi oculos defige! Prov. 27. In Abu-Ohbaidi opere legi, proverbium in poesi vetere reperiri et modo Colaibo Wajel modo Tharafaho adscribi. In usum adhibuit id Ebn-Ahbbasus dicens Ebn-Alsobairo, quum Alhosainus b. Ahli in Iracam tetendisset, ut significaret, in Iracam exeuntem Alhosainum ei Hidjasum reliquisse. Prov. 30. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium adhiberi, si res alieno loco ponantur. Prov. 32. Proverbium significare, bonum cum malo, excellentem cum pravo et nobilem cnm ignobili mixtum esse, quia lac خاثر appellatum optimum ejus sit, spumam autem inutilem Ebn-Alsiccitus dixit. Prov. 34. In codice Ber. rec. المال legitur. Prov. 38. In codice Abu-Ohbaidi لحيايك legitur. Prov. 39. Legitur quoque غنى قليل et نفع قليل. Prov. 42. l. 2. infr. Quum in codice Berol. فتنفع (non فينفع ut in meo) legatur hoc ad lacertam referendum est, ut vertatur: Viam ei patefacias, ne inter pedes tuos incedat et tu infleris. Prov. 44. legas خُيّر et vertas: eligere jussus est. Prov. 51. In codice Abu-Ohbaidi legimus, traditionis verba esse.

Prov. 56. Enunciari quoque potest خبّره nuntiavit, id quod Meidanii verbis in scholiis aptius est. Prov. 59. In codice Ber. rec. posterior proverbii pars omissa est. Prov. 62. In codice Ber. et Lips. post خيره insertum est لك. Tum vertendum est. „Sine eum, cujus bonum paucum est, inter homines alii tibi praeter eum sunt.“ Prov. 65. leg. „custodiunt.“ Prov. 68. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 69. In Hamasa pag. ٩٧. استك legitur. Prov. 83. In codice Abu-Ohbaidi proverbium ad traditiones refertur. Prov. 98. In codice Scharaf-Aldini اخيب legitur. In primo versu in meo codice نخفيها, نعلنها, نبديها in codice B. تبديها et نعلنها et نخفيها legitur. Legas vero in versione „de se divulgat et occultat.“ Legitur quoque الرحال ad sellas. Pag. 455. In versu l. 17. legas بيثرب. Prov. 110. leg. عُصْفور. In Scharaf-Aldini opere cum articulo legitur. Prov. 120. In versu scribas ترجع. Prov. 131. In codice Abu-Ohbaidi additur حرشته et sic in Hamasa ٩١ l. 3. infr. Prov. 137. In Scharaf-Aldini opere المحكك „ad fricandum destinatus“ additur. Prov. 138. leg. Kossus. Prov. 153. pro foecundum leg. secundum. Prov. 162. leg. تَرْشُد. Prov. 164. Si الخُرْق enuncias, vertendum est: „Asperitas (aliorum) lenitate (nostra) fraenatur.“ Prov. 169. loco vocis quocum leg. cum eo i. e. si cum eo comparatur. Prov. 173. leg. رَيحانة. Clar. Fleischerus locum Harir. p. 498 in scholiis l. 10. nobis indicavit sequentem, qui huic proverbio explicando egregie inservit: والريحانة من صفات المراة قال علىّ فى وصيته لابنه محمد لا تملكن المراة من الامر ما يجاوز نفسها فان المراة ريحانة وليست بقهرمانة; videmus enim, voce ريحانة in describen-

dis mulieribus adhiberi, ut vox خلم in proverbio amica, uxor sit. Hanc ob causam voci قهرمانة curatricis rei familiaris significationem tribuimus (conf. lex. m.) Fleischeri sententiae omnino adsentientes. Proverbii, quod igitur veteris originis est, sensus est: Uxor aut amica viro non nisi voluptati est, non commodo; ne igitur rem familiarem administrandam ei tradat.

C. VIII. Prov. 11. In Haririi scholiis p. 40. legitur مضاجعا, in Hamas. p. 133. proverbium sic legitur دمث لجنبك قبل الليل مضطجعا. Prov. 12. In codice Abu-Ohbaidi دَفَّك legitur. Prov. 14. l. 3. leg. Hadjar. Prov. 19. Consentaneum proverbio est id, quod quidam veterum dixit: ادفع الشر بمثله اذا اعياك غيره „Depelle malum simili re, si re alia destitutus es“. Scribas vero بِعُود. Prov. 20. In versu citato, qui primus poematis versus est, secundum commentarium vocem حديثا ab omisso verbo حدث narra pendet, ut alterum حديثَ (sic enim scribendum est), loco appositi sit. Quae res si ita est, vertas: sed narra nobis rem, quae camelis accidit. Prov. 22. Varius reperitur scribendi modus in codicibus in nomine viri. Meus codex اللجيج. Berol. اللجيم, Lugd. اللجيمى habet. Prov. 29. Si بالرِّم enunciatur, vertendum est „assuefac agnos labiis herbas decerpere. Prov. 34. Jam praefero القومَ, ut vertetur: invitavit gentem. Prov. 37. Scribas يعبرْ. Prov. 48. conf. C. 15, 49. Prov. 51. l. 6. pro ورسوله leg. ولرسوله. Pag. 487. l. 17. Re deligentius perpensa verba: النصيحة لله ان etc. sic rectius vertenda esse puto: النصيحة sincerum monitum (vel subjective sincerum propositum), quoad Deum spectat eo constat, quod servi

(hominis) agendi ratio nonnisi Deo consecrata sit; النصيحة, quoad prophetam spectat, quod (homo) admittat puro animo invitationem prophetiae, neque ei contrarium animum habeat; النصيحة, quoad Mohammedanos spectat, id, quod nullo modo se ab iis distinguant. Dicunt vero النصيحة, quoad doctores Mohammedanrum spectet, eo constare, quod ab iis dissensione non discedat et eorum effatis non repugnet". Num والنصيحة للمسلمين rectum sit, dubitare licet, quia statim النصيحة لايمة المسلمين sequitur; sed ferri potest. Quo minus vero in omnibus phrasibus العبد homo subjectum sit, primum mihi يتميزوا obstare videbatur, praecedente et sequente singulari verborum; nunc vero id negligentius scriptum esse puto pag. 488. l. 10. pro scribis ejus leg. scriptis ejus (Corano) pag. 491. l. 11. leg. قَرْنَب. Prov. 62. leg. قَرْنَبى. In versibus leg. باحسنِ et واقبحِهم et يدب, tum legas visceribus ejus. Prov. 65. leg. دعيميص. Prov. 67. leg. المتمنّى. Prov. 71. In codice Ber. rec. legitur الى النار et loco vocis رطب legitur: اخضر; sed ignis non de igne inferno dictus videtur. Prov. 73. Ad metrum Thawil referri potest. Prov. 81. In opere Scharaf-Aldini ومكافاة omissum est. Prov. 84. In codice Ber. rec. الدراهم تكسب الدراهم legitur.

C. IX. Prov. 11. In codice Abu-Ohbaidi legimus, in opere Abu-Ohbaidahi esse notam in margine, quae اشك magis confodiens legendi modum offerat. Prov. 12. Post الخيبة addendum est الخيباء, quo vis vocis augetur. In codice Ber. والخيباء legitur. Prov. 13. In codice Abu-Ohbaidi يغبط legitur. Ad metrum Sarih referri potest proverbium. Prov. 24. De nomine Ins dubito. Fieri potest, ut Anas aut Ans enuncietur. In codice

Abu-Ohbaidi legimus, esse qui dicerent, tribus vicibus eum percussum esse et tertia vice عبد يودبه مولاه dixisse. Prov. 27. Clarius proverbium explicatum esset, si dixissem: Homines ad unum omnes viles comparantur cum plantis Dsunun, inter quas planto Rimts, pabulo inserviens, non est. Prov. 39. l. 3. legas: ut forma يفعل jafahllon sit. Prov. 44. legas ذباب سيف et vertas acies gladii. Tum ad metrum Redjes referri potest. Prov. 48. In versu scribas: قُبَيِّلَة. Prov. 63. Ad hoc proverbium cl. Fleischerus docuit, die decimo Moharremi celebrari memoriam necis Hosaini, qui in agro Kerbelensi prope Cufam a militibus Jesidi Omajjadae interfectus esset. Abulf. Ann. 1, p. 320. Lane's Account II., 166. sq., quae res optime facit ad proverbium explicandum.

C. XXII. Prov. 2. l. 3. pro evenit leg. evasit. Prov. 4. In codice Abu-Ohbaidi legimus, patrem filium morte amisisse. Prov. 5. In codice Abu-Ohbaidi legi, proverbium adhiberi de dono, quod avarus semel dederit. Prov. 9. Ad metrum Sarih referri potest. In hoc proverbio, ut in praecedente scribas كأنّما pag. 311. l. 1. leg. يختال. Prov. 12. Ad metrum Ramal pertinet. Prov. 15. Proverbio metrum Chafif est. Legas praeterea: e pede suo. Prov. 20. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 23. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium adhiberi de viro opulento, qui, quum opibus abundet, multa haud necessaria expensa ferat. Prov. 24. In bonam malamque partem adhibetur. Proverbium posterius hemistichium versus Abu-Kaisi ben-Alaslat est, qui ad metrum Sarih pertinet. Pag. 316. l. 2. scrib: equum. Prov. 28. In proverbio lactis copia scripsi, non quod vocabulo دِرَك talis significatio sit, sed ut multitudinis sensum, qualis in scholio explicatur, redderem. At vero quae vocabulo دِرْك significatio proprie hoc in proverbio tribuenda sit, non omnino liquet. Quod si voci imum rei significationem esse statuis, jusculi partem reliquam in olla significare potest. Mos enim Arabibus erat, ut si olla utendi causa ab altero accepta redderetur, una cum ea jusculi pars in fundo relicta remitteretur. Hoc admisso in proverbio multitudinis significatio, qualis in scholio indicata est non reperitur; sed pauci et ejus quidem, quod pro re antea accepta remunerandi causa redditur. Prov. 30. In Haririi opere pag. 205. diversa interpretandi

ratio adnotata est. Virum, cui ex pluribus rebus necessariis una et quidem magna perfecta sit, verbis uti, aut alterum ad eum ista verba dirigere significaturum, eum, ista re absoluta, caeteras non absolutas leviter ferre debere. Prov. 32. Scribas كُلّ ut in versu sequente, ubi corrigiae scribendum est. Prov. 33. Enunciari quoque potest سَرِق, ut nominis forma sit. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Prov. 34. Ad metrum Ramal pertinet. Prov. 35. Scribas ستّبليها. Prov. 36. Si كُلّكُمْ enuncias ad metrum Sarih referri potest. Prov. 37. l. 13. schol. leg. allocutus est. In versuum versione autem post scortata sis exciderunt verba „an cum servo et tu servo dignus es.“ Prov. 42. In codice Abu-Ohbaidi فجدعت legitur. In versu primo in codice Berol. et Lugd. الحين legitur; sed quum non viderem, quomodo aut tempori aut exitio id tribueretur, sed vocem الجبن melius conjunctam putarem cum sequente الجنن, alteram lectionem praetuli. In tertio versu legas اصطُلمت l. 13. sch. leg. haberet. Prov. 44. In tertio versu variam lectionem ولّا تجللها, nescio quo loco inveni, cui hunc sensum tribuo“ et si id (feretrum) non tegis (i. e. mortuo quem cavens occidisti) te (occisum) ei imponent. Prov. 45. scr. البيضاع. Prov. 47. sch. l. 4. leg. qui die.

Pag. 326. In primo versu in duobus codicibus لصّا جَهْرَم „fures duo Djahrami.“ Djahram nomen oppidi in Persida, Djorhom nomen gentis Jemanensis est.“ Proverbium rem significat, quae ab utraque parte ingrata est. Prov. 49. In versu altero scrib. تغلب. Prov. 50. Ad metrum

Wafir referri potest. Prov. 52. Ad metrum Wafir referri potest. Prov. 54. In codice Berol. العَبير et يقاتل legitur. In scholio, quod ex Meidanio adnotavimus, in codice B. أَمِنَ et ظَنَّ scriptum reperitur; sed non video, quomodo أَمِنَ, ita ut vir is sit, qui securus sit, cum sequentibus verbis congruat. Passivum أُمِنَ autem, quum امن intransitivum sit, non posse admitti puto. Prov. 56. In codice Abu-Ohbaidi invenimus, legi quoque الكلاب مع البقر. Abu-Ohbaidus dixit, originem proverbii vulgo, cui usitatum sit, ignotam esse. Prov. 57. Vulgus putat, daemones taurorum dorsis vehentes a bibendo retinere, nam sic Alahscha cecinit:

لكالثور والجنّى يركب ظهره وما ذنبه ان عافت الماء مشربا

„Ut taurus, cujus dorso daemon vehitur, et quod crimen ei est, si (vaccae) ad aquam, ut bibant, accedere nolunt.“ In versu autem priore scholii وبنوعدن legendum est. Pag. 331. l. 17. leg. كلمتان l. 23. In codice B. est Boschair b. Alhodjair Ijadita. Prov. 60. Ad metrum Camil referri potest l. 6. infra. Fortasse Ihlba b. Arkam legendum est. Verba autem lin. 3. magis ad verba vertas: Tibi non deerit noxius; sed tibi deerit utilis. Pag. 333. Verba potius sic vertenda sunt: „Tu es similis Kodaro contra gentem Irem“; mactaverat enim Kodarus filius Salifi camelam Zalehi, quae res in causa fuisse dicitur, cur Deus gentem Tsamud perderet. In illis autem verbis gens Irem loco gentis Tsamud posita est conf. Harir. p. ۱۷۴ Lin. 7. Magis ad verbum vertendum est: Possessor rei ejus arbiter est i. e. potestatem in eam habet. Prov. 62. In codice Par. رايتَ et فكرهتهم legitur; sed in meo et Ber. est, ut scripsi.

Poeta autem, qui versum composuit, est Ebn-Adham Calbita, cujus Nabeghahus Dsobjanita in versibus suis mentionem fecit. Prov. 63. In codice Abu-Ohbaidi et Hamas. p. ٣٣٠ legitur اعتس. Prov. 65. In codice B. ينتقم legitur. Pag. 337. l. 6. Accuratius تعالَى scribendum est, et تُنْجِزى, quemadmodum cl. Rödigerus Fleischero ex codice Gothano confirmavit. Vertas igitur: aut tu mihi perficies postremum ejus (quod promisisti). Idem doct. Rodigerus Fleischerum certiorem fecit, scholion dicere, افعل sequentis versus esse pro لا افعل „tum vertendum: Juro per Deum, non faciam!“ Quod si vero in ultimo versu, quemadmodum in nonnullis codicibus scriptum est, أبى legitur, vertendum est: Recusat mihi sepulcrum i. e. impedit, quominus faciam sepulcrum. Prov. 67. scribas وُلْدَهْ. Prov. 68. scrib. الطيمَ. Prov. 72. l. 1. schol. leg. Omamah. Pro Chalfus etc. in codice Abu-Ohbaidi Chalidus b. Rewahah b. Ghathfan legitur. l. 9. sch. loco verborum: Mulier autem audiens legas: Mulier introducta ad eum videns qualis esset. In codice autem inscripto: كتاب مراة الكاينات شرح عجايب المخلوقات auctore Kazwinio legimus; غوير et كسير nomen scopulorum duorum magnorum in medio mari inter Bazram et Ohmanum sitorum esse, qui navibus periculosi sint. Difficiles quum evitatu sunt, nomina accepisse. Dici: غوير وكسير وثالث ليس فيه خير „Ghowair et Cosair et tertius, in quo bonum non est.“ Pag. 341. In prioribus versibus magis ad verba vertendum erat: Et jam ad nos venit tempus Alfithahli et petra mollis erat, ut lutum, eram oppigneratus etc.; sed sensum sequentium versuum ratione habita constitui: l.

7, leg. سـلـيمان. Srov. 75. leg. كأنما. Prov. 76. Si لهن ad camelos refertur, versioni addendum est, qua incedunt. In scholio legas. Aldjohfa. Proverbio autem metrum Thawil est, ut versui sequenti, cujus auctor Alsobair dicitur. Prov. 77. scrib. كسلّ. Prov. 78. Si lexica sequeris, النَكعة enunciandum est; sed in codice de Sacyano النُكْعة legitur et fieri potest, ut duplici modo ut رَتْعة et رَتَعة enunciatur. Prov. 79. Scribas فلاقوا et proverbium ad metrum Sarih aut Redjes referas. Prov. 84. Proverbio metrum Basith est conf. T. 1. p. 684. vers. Prov. 89. Scrib. الفراشيين. In codice B. in margine legimus, regem Ahmruum b. Hind interrogasse Alharitsum Altauam (didymum) Jeschcoritam de origine Almotalammesi et quum responsum tulisset e gente Banu-Dhachmah Adhcham (بنو ضخـمـة اضـخـم) dixisse: ما هو الا كساقط بين الفراشين. Prov. 90. In scholio leg. كمشمر. Prov. 91. scrib. زُور et in scholio pro يربه legas يريد. Prov. 92 In versu كدابغة scribas. Prov. 93. leg. كأنما. Prov. 94. schol. 11. Pro dubia voce معلان, monente cl. Fleischero, معلاق scribendum videtur. Prov. 95. Proverbium ad metrum Redjes pertinet. Scribas vero غيرَه. Prov. 97. In hoc proverbio, quod ad metrum Wafir referre licet, كسُور scribas. Prov. 98. Proverbium ad metrum Redjes referre licet. In codice Abu-Ohbaidi inveni, ni fallor, legi quoque وثَبَّة. Prov. 99. Vir, qui ad Ahmruum fame sitique adfectus venisse dicitur, Ahjidsus erat conf. C. 27, 126. in versibus citatis. Prov. 100. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium hoc an-

tiquum vulgo usitatum esse. Conf. quoque Hamas p. ٩٣ ubi legimus proverbium كمستبضع الملح الى بارق „Sicut is, qui salem Barekum vendendum portat.“ Prov. 103.

In codice Abu-Ohbaidi اكسفا inveni. Prov. 106. Vocem وابك, pro qua in codice Ber. وانك, reperitur, potius ob conjunctionem cum praecedente حل, enunciandum est, monente cl. Fleischero, وابك „deplora Thommum“ quamvis particulam وا praepositio sequi potest. In quarto versu كنت legas. Prov. 108. ad metrum Redjes referri potest. Prov. 115. In proverbio, quod Hamas. ٦٠٦ l. 5. paulo aliter legitur, عينك scribas. Pag. 356. Melius الحمد يُنال scribitur. Prov. 120. sch. in nonnullis codicibus صحبك الصليب „crux tecum sit“ est, quod respenso furis magis convenit. Prov. 124. Proverbium in Hamasa p. ٣٧٢ اشباه الكمر legitur. Prov. 125. Proverbium aut ad metrum Redjes aut ad Sarih referri potest. Prov. 128. Pro: Ut lamen cotis, quod scribas: Latior facies cotis, quae. Prov. 132. In codice Abu-Ohbaidi proverbium sic adnotatum est: كالعنز يباحث عن المدية „Ut capra cultrum quaerens.“ Prov. 137. In versu من غالب الايام „qui cum diebus certat“ legendum puto, et sic in codice Berol. exsistit et vocabulum مكذوب tam in proverbio quam in versu eum significare potest „cui mendacium dicitur“ conf. C. 23, 394. Prov. 139. Quod si voci احتاض significationem „receptaculum aquae construxit tribuitur, quam vero significationem non omnino probasse videtur Meidanius, verti quoque potest: sicut is, qui ad latus vaporis meridiani receptaculum aquae construit.“ Prov. 146. schol. l. 6. pro aut leg. id est. l. 7. pro يصحتهم leg. يصحبهم. In codice Abu-Obbaidi legimus. Dixit Abu-l'Hasanus, dixisse Abu-Mohammedem Salamah versum

لاقيت اذا incipientem. Qui autem legendi modus metro aptior est. Prov. 147. Ad metrum Redjes aut Sarih referri potest. Prov. 149. leg. عِزْمك. Prov. 151. et 152. Ad metrum Ramal referri possunt; sed dubitare licet, nam duo proverbia in unum conjungenda sint. Prov. 153. Cum proverbii sententia convenit id, quod in Corano Sur. 17, 86. legitur. Prov. 154. Ad metrum Ramal pertinet; scribas vero صُعلوك. Prov. 155. Ad metrum Thawil pertinet. Prov. 156. leg. أُعطاه. Prov. 160. Legas: Invite. Fleischerus cl. putat, si Beithar viri nomen sit, verbo حج Meccam iter faciendi significationem tribui posse. In codice Berol. حُجّ legitur, ut tanquam imperativus verti possit. Prov. 164. Fleischerus cl. proverbii sensum proposuit, cui non possum non assentire. Ut is, qui hasta confossus, ne turpiter fugiens putetur, ulterius in hostem procedit, etsi majore dolore penetrante magis hasta adficitur, sic qui ignominiosam rem suscepit, poenitentiam ortam celans eadem ratione agere pergit, ut dissimulando homines fallat. Prov. 171. In versu priore lego in codice meo et Ber حمار العبادى asinus Ihbaditae, id quod, nisi error est, ob sequens الذى factum videtur. Sed apud poetas الذى ad praecedentem Dualem referri posse videtur, quum الذى loco pluralis adhibitum inveniatur. Prov. 172. scribas مُوتَشَب Prov. 173. leg. الجريب. Prov. 177. Ad metrum Camil pertinet. Prov. 178. scr. النِتاج. Prov. 179. scribas اناء. Prov. 181. Commentarii verbis magis consentaneum in scholiis scribendum fuisset: qui duas res aggreditur, quarum neutra occupatur. Prov. 192. In codicibus, quos inspexi, est كلاه

لا يكتمه البغيض البغيض; sed ita ut alterum البغيض initium scholii sit, non pars proverbii. Fleischerus cl. vero in codice Krügeriano البغيضُ البعيضَ adnotatum reperit, ita ut et alterum البغيض pars proverbii habeatur. Quod si verum est, vertendum est: quod exosus exosum non celat. Prov. 193. In versu scribas: دليلَ. Prov. 194. scrib. كَرْهَا. Prov. 199. l. 10. sch. leg. وحلفته conf. De Sacy Anthol. gram. p. ۴۹ l. 14. Pag. 377. l. 19. In eo, quod الضرار nomen proprium angeli, qui Adamum e paradiso expulerit, putabam, Reiskii auctoritatem secutus sum; at vero Fleischerus cl. hujusce angeli nomen nullibi reperiri dixit. Quod si ita est; vocabulo الضرار significatio; adversari Dei voluntati tribuenda est in versu. Prov. 201. scr. الجلام. Prov. 202 – 205. Ad metrum Redjes referri possunt. Pag. 381. l. 11. In codice B. اخذ الصبحان, in meo الاخذ الصبحان legitur. Prov. 213. Scr. البَهْبَرّ. Prov. 216. In scholio scribas: قد ارتجن قد احترق. Prov. 217. Magis ad verbum vertendum est: Maxime mentiens eorum, qui repunt et gradatim incedunt.“ Prov. 219. In duobus codicibus صنع legitur Prov. 223. sch. l. 2. leg. ducentos et decem. Prov. 225. schol. l. 3. leg. كاس. Pag. 388. l. 1. leg. أَنَاشَرَ. Prov. 246. Hoc in meo codice non est: sequens exstat. Prov. 252. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 259. leg. وتعفّ. Sic in meo codice legitur. Sed in aliis تعف. Tum a radice عف derivandum vertendum est: caste vives. Prov. 262. In codice Ber. العِبْرة et الخِبْرة scriptum reperitur. Hoc modo admisso vertendum est: Quot amicos ratio, quae rerum habebatur,

mihi acquisivit; sed notitia (qualis amicus novus esset) mihi eripuit. Prov. 263. In codice B. لاعبٍ. Hoc admisso vertendum est: Ac si ejus lingua gladius ligneus ludentis et ensis percutientis esset. Prov. 264. Proverbium ad metrum Motakarib referri potest. Prov. 266. Ad metrum Sarih referri potest; sed in cod. B. وقد جف legitur. Isto legendi modo admisso ad metrum Redjes pertinet. Prov. 267. Ad metrum Thawil pertinet. Prov. 268. In codice Pocock. legitur الاعوان „non vestit adjutores suos i. e. dat et non accipit; at vero in aliis codicibus legitur لاعواز „ob paupertatem" i. e. quemadmodum mendicus veste donatur; sed ut honore adficiatur. Prov. 269. Verti quoque potest: ut templum Dei, quae visitatur et non vititat. In scholio l. 3. leg. تزور Prov. 274. In lexicis incudis nomen سَنْدَان est; سندال est vulgaris loquendi modus. Prov. 279. leg. بالتّوراة. Prov. 280. in scholio scribas: litterae commendaticiae. Prov. 281. Proverbii verba, quemadmodum cl. Fleischerus monuit, e Corani verbis Sur. 88, 6. 7. derivata sunt. Vertenda igitur sunt: sicut planta Dharih, quae neque pinquefacit, neque famen pellit. „De ista autem planta magna lexicographorum dissensio est". Prov. 282. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 297. Proverbium mihi nunc sic vertendum videtur: „Verbum sapientiae (provenit) e ventre vacuo." Quibus autem verbis sensus inesse videtur, eum, qui ventri non nimium indulgeat cibo, sapientiam sibi comparare non posse et sapienter loqui, quum plenus venter studiis et sapientiae comparandae non conveniat. Prov. 302. Proverbio metrum Wafir est. Prov. 303. Ad metrum Sarih referri potest. Ingeniose autem cl. Fleischerus proverbium vertit: Canis cui subsutus est porcus i. e. homo naturae

caninae, sub cujus quasi pelle latet alter naturae porcinae Prov. 305. Verti quoque potest: Prostravit. Prov. 306. Mens occulti futurum tempus designat, quod nobis res a. Deo decretas, quas nescimus, adducit. Prov. 309. In versu scribas: يزيدُ. Prov. 311. Ad metrum Redjes pertinet. Prov. 314. Pocockius proverbium vertit: „Turbatio aquae a capite fontis est.“ Hic mihi vertendi modus nunc arridet, ut proverbio sensus sit: Quod si fontem in initio suo turbas, et postea aqua fontis turbida est. Tum in negotia transferri videtur. Prov. 319. In codice B. مُنبهة et مُنقصة scriptum reperi. Prov. 320. In codico B. تحكمه legitur. Talis quoque sensus proverbio tribui potest: Generosus quamquam videt opes suas et opes aliorum beneficiis dandis diminui et perire, tamen ob istam experientiam a beneficentia non retinetur, ut naturae suae indolem semper sequatur. Prov. 323. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 325. In codice B. pro انفك legitur نفسك.

C. XXIII. Prov. 2. In codice Ber. legitur خيرتِ et لاخترتِ i. e. si tu, o femina, eligere potuisses, profecto elegisses! Prov. 3. In codice Abu-Ohbaidi legitur: لانتهتْ الآخرة. Prov 4. l. 1. schol. In cod. Abu-Ohbaidi pro: Ahmruus ben-Mamah legitur Ahmruus ben-Omamah (امامة). Pag. 407. l. 8. scribas: aves Katha noctu. Prov. 10. Ad metrum Sarih pertinet. Scribendum باسمايه. Pag. 411. l. 5. leg. مفزعا. Prov. 17. Metrum Redjes est. Fieri quoque potest, ut proverbii sensus sit: Res, quibus homo laetus fit, majoris aestimandae sunt, quam ut pretium iis sit. In versu pro هنا in pluribus codicibus هذا legitur. Hoc admisso vertendum est: „Parti rei, ex qua animus recreatur, pretium non est“. Prov. 18. Proverbium versu

quem in codice Abu-Ohbaidi legimus, optime explicatur:

اعرض عن العوراء ان اسمعته واقعد كانك غافل لَمْ تَسْمَعِ

„Averte te a sermone turpi, si eum audis et sede tanquam socors, ut eum non audivisse videaris.“

Prov. 23. l. باخمص. Prov. 24. scrib, لأُبْلِغن. Prov. 26. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 27. In Hamasa p. ١٣٠. l. 9. sic legitur proverbium: لالحقن قطوفها بالوساع „Profecto efficiam, ut parvos gressus faciens (equus) eum attingat, qui amplos gressus facit“. Prov. 29. In codice Abu-Ohbaidi بعيرهم legitur; est igitur hemistichium metri Thawil. In scholio l. 3. pro: Alahlba leg. Alihlba. Prov. 30. scrib. بِى. Pag. 416. l. 10. Scrib. الكِبَرا. Pag. 417. In versu l. 1. scholiastes vocem ميتة de ove inter mulgendum quiescente et tranquillo, vocem مسفتة de concinnatis mulctris succo spisso intelligi vult. Fleischerus cl. autem Ell. Bockthorii auctoritatem sequens, qui رب القرظ succum spissum e fructibus acaciae expressum esse dixit, hoc de succo spisso acaciae, cujus ope corium concinnetur, dictum esse contendit; attamen vero quum utres, antequam, consuantur, pice oblini sciamus conf. C. 28, 96., quin idem in mulctris factum sit, nil obstare videtur. Prov. 33. Verba: Nunc jam dictum est: Cave lupum, lupum! فاليوم قد قيل الذيب الذيب dubitavi, num re vera ad proverbium pertineant, quum in meo codice non legantur. Prov. 34. Proverbium in eo quoque adhibetur, qui in re expeditum se ostendit. Prov. 35. De hoc proverbio conf. C. 9, 57. Proverbii autem cansa in eo posita videtur, quod vulpi timiditas tribuitur. conf. C. 5, 164. 166. In versu الثُّعْلبان scribas. Prov. 38. leg. بعشكم.

In Hamasa p. 382. هذا omissum est. Prov. 39. legas ذَرْأً. Pag. 420. l. 8. infr. leg.: Amalekitam. Prov. 45. In scholio scribas: ذات المرارق الاعوام. Prov. 46. In codice Abu-Ohbaidi legimus, in quadam traditione esse verba: ليس الخبر كالعيان. Prov. 47. In codice Abu-Ohbaidi legitur: لم يهلك امرء عرف قدر نفسه. Pag. 422. l. 8. Vocabulum ضياع, quod causa interitus vertimus, verti quoque potest: domestici, qui alendi sunt. L. 10. pro voce المغبضة legendum est البغضة. L. 13. In meo codice sic melius separantur verba: الندامة مع السفاهة، دعامة العقل الحلم، خير الامور مغبة الصبر، بقاء المودة عدل التعاهد quod pag. 423. l. 6. sic vertendum est: Poenitentia cum ignorantia est; fulcrum ingenii est mansuetudo; optima res est finis patientiae; perpetuitas amoris est aequitas in mutuo foedere. Prov. 51. Quam tanquam Abu-Ohbaidi sententiam adnotavi, non est ipsius propria; sed grammatici, quem adduxit. Prov. 52. Scribas: أَصْمِتَ. Dicitur quoque بصحراء اصمت et اصْمِتَةَ et أَصْمِتَ ببلدة. Prov. 55. In Hamasa v.o legimus يعلم الله. Proverbium de viro adhiberi, qui rem de se palam faciat, dum aliter cogitet. Prov. 58. Ad metrum Redjes pertinet. Prov. 61. De hoc proverbio. conf. C. 14, 20. Prov. 68. In codice Abu-Ohbaidi diversus intelligendi modus adnotatus est: Si eques ipsum persequentem effugere vult, tum vero timenti res eo adducitur, ut cingulum jumenti remissum ad ubera perveniat, dum ipse eques a jumento descendere nequit, ut cingulum liget; sed hoc potius cum proverbio C. 5, 50. congruit. Prov. 70. In codice Abu-Ohbaidi sic legitur: قد نفخت لو تنفخ فى فحم „Jam inflasses, si in carbones inflare potuisses.“ Proverbium autem Alaghlabo tribuit, qui in versu sic dixerit. Prover-

bum autem adhiberi, si quis alieno loco rem quaerat. Prov. 72. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium significare, locum assequendae rei necessariae non esse. Prov. 74 et 75. Haec proverbia, sic ut praecedens fortasse in unum conjungenda sunt. Prov. 76. In Kamusi opere legimus, proverbium esse: طعن فى حوص امر ليس منه فى شى, quod in eum dicatur, qui rem ad ipsum non spectantem aut inutilem tractet. Legi quoque حُوص et حُوصى. Prov. 78. Legitur quoque الاسر. Prov. 84. Enunciari quoque potest يُلْهَى „prout in tuam injicitur.“ Prov. 87. In codice Abu-Ohbaidi proverbium hoc Ohbaido b. Alabraz tribuitur. Legitur quoque لا اعرفنك. Pag. 434. l.1. Legas 484. in codice Ber., quod لا يكسب „Non acquirit“ incipit. Prov. 89. conf. C. 5, 28. Prov. 96. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 97. Proverbium Abu-Becrus die Alhodaibijjah Ohmaro primum dixisse fertur. In versibus, Abu-Catswadum qui auctorem habent (conf. C. 16, 46.), legas طَلَب. Prov. 98. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 102. In codice Abu-Ohbaidi proverbium sic legitur: لمثل هذا كنت احسّيها الحسى. Prov. 103. Proverbii, quod Saihdum ben-Djobair auctorem habere diximus, originem hanc fuisse legimus. Saihdus rogatus, ut traditionem, quam antea narraverat, repeteret, recusans hisce verbis usus est. Proverbii autem verba sic quoque interpretantur.“ Non omni tempore dico: mulge et tum bibe! ut احلبْ فاشربْ enuncietur. Prov. 104. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbii sensum esse: nil a me obtinebis“ ejusque originem in paucitate lactis positam esse. Prov. 108. conf. C. 7, 34. 24, 128 Prov. 109. Quam adduximus interpretandi

rationem, ea non est Abu-Ohbaidi; sed Meidanii. Abu-Ohbaidus, qui Alazmaihi sententiam, Jracae regionem Sewad a multitudine appellatam esse, adnotavit, sic suam sententiam explicavit: Ego vero eam a virore in palmis, arboribus satisque dictam puto, quod Arabes colorem nigrum cum viridi conjungunt et unum loco alterius ponunt. Prov. 111. l. 3. schol. leg. Almohadjdjel. Prov. 112. leg. عُذْرا. Proverbium pars versus est, cui praecedit: „Cunctare et socium tuum vituperare, ne festines!“ Prov. 113. Legitur quoque: الاقوريّات et لقيت منه بنات البرح. Voces الفتكريين et البرحيين vario modo enunciantur. Prov. 116. sch. l. 2. pro verbis: بمعنى المستمر legas: يعنى قويا. Pag. 442. lin. 17. pro contrahit leg. contraho. l. 19. pro et invenis leg. invenis. Prov. 122. leg. longa cilia. Prov. 129. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 141. 147. 148. Ad metrum Redjes referri possunt. Prov. 152. In scholio pro servi legas juvenis. Prov. 159. Vox زعم tribus vocalibus enunciari potest. Prov. 161. Pro voce طيبيا mihi recta lectio videtur: طينا lutum, quae in codice Ber. reperitur. Prov. 163. Ex sententia Abu-Ohbaidi vulgus proverbium adhibet. Prov. 171. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 172. Ad metrum Sarih aut Redjes referri potest. Prov. 174. Aliis verba سراة النهار initio diei significant. Prov. 176. Proverbium, in quo الضُّحَى legas, ad metrum Redjes referre licet. Prov. 177. In priore versu pro voce مخطيًا legitur in codice B. مخطبا, cui significatio „in matrimonium petentis,“ tribuenda videtur. Prov. 180. Ad metrum Camil referri potest. Prov. 183. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 189. Proverbii auctor, quem

[redacted]-Ohbaidus appellavit, in codicibus vario modo scriptus In codice Lugd. الصقعب بن عمرو النهدى in Berol. الصقب بن عمرو النهدى; in meo الصعب بن عمرو الهندى. Prov. 191. Ad metrum Ramal referre licet. Prov. 192. leg. مختـــل. Prov. 205. Meidanii est sententia, virum verbis indicare voluisse, se a muliere vindictam non sumere, ita ut ذات سوار armillâ ornata simplicem mulieris significationem habeat. Prov. 213. Sch. l. 2. scrib.: Almoththaleb. Prov. 214. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium vulgare inter homines esse. In versu legas: فاعتبوا. Prov. 221. In priore versu leg. تطعمينه; sed jam praefero primam verbi formam, ut vertatur: non gustabis eam. In codice Ber. يطعمنّه scriptum est. Prov. 223. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 228. In Kamuso, ubi voces cum vocali Kesre scriptae sunt, explicandi gratia additum est: اى الشى بالشى اى اذا جاءك شى من ناحية فافعل مثله, id est: rem cum re i. e. quum ad te venit res e quodam latere; fac similem" et idem in Djeuharii opere. Prov. 231. De hoc conf. C. 5, 132. Prov. 236. Ad metrum Sarih aut Redjes referri potest Prov. 237 et 238. Ad metrum Redjes referri possunt. Prov. 239. leg. الضيقى; quamvis in codice B. الضَّيْقى est. Prov. 242. Pro Alschachir scribas Alschajjir conf. C. 24, 250. Prov. 244. In scholiis l. 5. verba: ان الفتنة تقبل بشبهة وتدبر ببيان rectius sic vertenda sunt: rebellio accedit cum re dubia (quod ejus exitus haud scitur) et recedit cum re clara (quod ejus eventus jam clarus est. Prov. 249. In codicibus pluribus الاثلاث legitur; sed in Djeuharii opere tanquam pluralis vocis اثلة adnotata est vox. Prov. 251. In codice Abu-Ohbaidi proverbium viro e gente Ahd tribuitur. In scholio

leg. C. 1. 362: Prov. 252. leg. الحَقَب. Prov. 260. scrib. المَاثِم. Prov. 266. Proverbium ad metrum Redjes referre licet. In codice B. pro عن legitur من. Prov. 268. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. In codice B. بخاشن „qui asperum se praebet“ legitur. Prov. 269. Proverbium antiquum esse, ex eo patet, quod Sahdus b. Malec b. Dhobaiah id adhibuit. conf. Harir. ٨٧., ubi videre licet, auctorem duplicem legendi modum in textu adhibuisse. Prov. 271. In scholio l. 5. leg. illorum virorum nomen Jedscorum Abn-Ahnsah gessisse. Prov. 272. De proverbio conf. C. 6, 110. De versu autem, cujus metrum Thawil est, conf. C. 6, 149. Prov. 275. In codice B. بجَرزة legitur et sic legendum puto, quamvis in nonnullis significationibus radix جزر cum radice جرز convenit. Prov. 278. Et ex Meidanii sententia in viro solerte adhibetur. Prov. 280. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium in vulgo verbis mutatis usitatum esse conf. Tom III. Prov. 1361. In codice Ber. in versu أُفحمتَ „ad silentium redactus es“, quod praeferendum videtur. Prov. 281. In codice Abu-Ohbaidi, ubi ما يدرى est, legimus, proverbium inter homines vulgatum esse. Prov. 283. schol. l. 7. Alahjjari responsum hoc erat: Edo fratris mei carnem; sed alteri eam edendam non permitto. Prov. 288. schol. l. 4. pro دونه leg. دونك. Prov. 298. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 304. Initium versus ad sensum magis sic nunc verto: „Intende id cui par es“. Pag. 492. In meo codice in primo versu العَطْب scriptum, quod pro العَطَب est. Metrum versuum Monsarih est. conf. libr. meum p. 255. Metrum patitur quoque العَطَب – ᴗᴗ –; nisi in fine hujus versus ut in caeteris pes – – – esse debet. In quarto versu pro

الى القطب leg. على القطب. Prov. 307. In codice Abu-Ohbaidi legitur نغد (et terra) non evanesceret", et in scholio sic: اى انك لا تدرك بهذا ثار ابيك ولا تقدر ان تنفد التراب i. e. tu hac re patris tui necem non vindicabis et efficere non potes, ut terra evanescat. Prov. 308. Ex Abu-Ohbaidi sententia de Ohmaro et Ahlio haec verba referuntur. Pag. 496. l. 5. pro voce quamdiu legas nam. Prov. 318. In proverbio leg. جملى. In codice Abu-Ohbaidi pro ذا legitur هذا. In Hamasae loco p. ٢٥١ legitur sic: لا ناقة لى فيها ولا جمل. In scholio l. 1. pro Ahbbad leg. Ohbad. Pag. 500. l. 4. Verba اذ تقتلونه vertendum puto „quum eum (sc. Ebn-Hibalum) occidistis. Prov. 323. In Abu-Ohbaidi codice verba: ولا تنشد القريض omissa sunt. Pag. 205. l. 23. In codice Ber. نحاها legitur. Hoc admisso vertendum est: quas in terram infixas a loco removit ventorum tractus." In versu راكز sensum vocis مركوزة habere videtur. Pag. 503. l. 5. In codice Ber. pro يخدمه legitur يخرمه. Tum vertendum est: „et non cessat quocunque modo id rumpere" l. 9. Verba وما كانت ترد nunc vertenda puto: et jam non repellebatur l. 10. Post voces عنك شيا codex Ber. haec verba inserta habet: قال واجزعاه على المديح الجيد يمدح به من ليس اهله قالوا اوص فان هذا لا يغنى عنك شيا „Dixit: O quam dolenda est laus praeclara, qua indignus laudatur! Dixerunt: praecipe! nam illud tuo loco nil prodest. Pag. 504. l. 6. In codice B. pro ذميما legitur دميما, quod rectum est. L. 11. Post verba. exclusis feminis inserenda sunt verba: Dixerunt: Deus id non jussit; dixit: at ego hoc jubeo. Prov. 335. Pro verbis: لا افعله invenitur quoque: لا اتيك „non ad te veniam". Prov. 336. leg. أَثَر فى aut أَثَرٍ فى. Prov. 338. In

codice Abu-Ohbaidi haec leguntur verba: اى لا يلصق بقلبى ولا يوافق شيمتى ولا خلقى اصل لا يلتاظ بصفرى اى يعافى صفر البطن بدواء فلا ينجع فيه ولا يلتاظ به لانه اذا التاظ به نجع فيقول لا يوافقنى كما لا يوافق الصفراء (الصفر) دواء لا ينجع فيه وليس ان يكون الصفر القلب او النفس بشى فذلك لم يسمع i. e. Non adhaeret cordi meo et non convenit naturae meae. Origo proverbii لا يلتاظ بصفرى in eo quaerenda est, quod in morbo ventris Zafar appellato medicamentum adhibent; sed effectum in eo non habet et ei non adhaeret, nam si ei adhaereret, effectum haberet. Dicit igitur: mihi non convenit, quemadmodum medicamentum morbo Zafar non convenit, dum effectum non habet. Quod vocem الصفر cor aut animam significare dicunt, nihil est; nam illa significatio audita non fuit.“ Pag. 512. l. 13. In codicibus varius est legendi modus in voce واحذى. Codex meus واجزى et sic Berol. ex correctura; in codice Lugd. واخذى. Prov. 347. Enunciandum puto جمّر. Prov. 251. Legas: عهد شوّال. Proverbium autem ad metrum Sarih referri potest. Prov. 352. leg. تيبس. In Djeriri carmine توبس reperitur. Prov. 353. In codice Abu-Ohbaidi ما يبض legitur. Prov. 355. leg. زناء. Prov. 357. Ad metrum Sarih aut Redjes referri potest. Prov. 359. In Hamas p. ٥٣١. legitur الشوكة بالشوكة. In codice Abu-Ohbaidi لا تنقر; sed hoc vitiosum videtur. Prov. 364. In codice G. pro voce يفل legitur يقطع. Prov. 365. In codice Abu-Ohbaidi legitur: لا يجتمع السيفان فى غمد واحد Adduntur ibi sequentia: لا يجتمع عيران فى عانة ولا اسدان فى غابة ولا فحلان فى شول ولا قمران فى سماء „non congregrantur duo asini in una asina et duo leones in uno saltu et non duo admissarii in una camela et non duae lunae in coelo“. Proverbium autem cohaeret cum proverbio C. 23, 481.

Hamas. ١٣٣. Prov. 369. conf. prov. 631. Prov. 371. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 372. l. 4. schol. leg. quae parsimoniae. Prov. 373. leg. يَعْجِز. Prov. 375. leg. لِبَاءَهُ. Pag. 522. l. 15. post جلجلتني addas اليوم. Nunc vertendum puto: Non me hodie ..... movebis! Prov. 379. Legendum est فتُسترط. In codice Abu-Ohbaidi legimus, vulgum dicere فتُلَفظ ولا مُرّ. Prov. 381. Vertas: Non est consilium ei, cui mendacium dictum est et sic pag. 525. l. 8. Pag. 524. l. 3. pro Sahb leg. Sahdi. Prov. 387. In codice Abu-Ohbaidi legi, proverbium hoc vulgo usitatum esse. conf. C. 23, 421. Prov. 390. Si lexicographos sequeris مُجْرِب enunciandum est. In codice meo مُجَرِّب legitur. Prov. 391. In codice Ber. legitur. طريق برك omissa voce واد, id quod mihi magis placet. Prov. 398. Verba inter alia dixisse fertur Mohallem b. Althofail (in Meidanio opere محكم اليمامة regionis Jemamah praefectus constitutus) die Mosailemah suos ad fortitudinem excitans. Sam. Sensus autem est: Nulla res post huncce diem superstes erit. Prov. 399. l. 3. schol. Pro verbis: sine genere leg. ex alia re quam genere. Prov. 402. schol. l. 1. leg. Chabbab. l. 2. pro: Djisl in codice Berol. Djandal جندل legitur. Prov. 406. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium a vulgo adhiberi. Auctor ejus appellatur (in libro Citab-Alaghani) Ohbaidus b. Alabraz, qui verba die infausto, quo ab Alnohmano b. Mäissema occideretur, dixisse fertur. In codice B. ترحلن legitur. Prov. 407. In codice B. لتبرك legitur. Pag. 534. l. 3. pro: parentes leg. viros. Prov. 415. Traditionis verba esse in codice

Abu-Ohbaidi legimus. Prov. 417. leg. وُصْلات. Prov. 420. Ad metrum Redjes aut Camil referri potest. Prov. 421. sch. l. 4. leg. 387. Prov. 421. sch. l. 1. leg. Bisthamo. Prov. 424. In codice Abu-Ohbaidi loco vocis امر legimus قول. Prov. 429. Pro verbis لا محالة legitur quoque لا بد. Adhibetur quoque proverbium, quum spes abrupta est. Prov. 434. Leg. تُذْرِه et فيلذم; quamvis in meo codice فيلزم legitur. In codice Ber. فيُلْذم scriptum est. Verbum ذرى autem est idem quod ذرأ. Prov. 436. In codice B. تساغ scriptum est. Prov. 439. Kahkah b. Schaur vir erat e gente Banu-Ahmru b. Schaiban b. Dsohl b. Tsahlebah e gente Banu-Becr b. Wajel. conf. Harir. p. 215. Prov. 442. Hoc proverbium repetitum est Nr. 633. Prov. 446. In scholio l. 1. leg. لا ينقاد له et pro: non obeditur vertas: se ei non submittit. L. 6. pro: apud eam leg. ad eam. Prov. 454. Enunciari quoque potest تَقْرِصنى. In meo codice est تقرّصنى. Prov. 470. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 476. Ob metrum الحُضْر enunciandum videtur. Pag. 552. l. 8. Verborum „ducentis munus tradam“ sensus est: obsequium praestabo. Prov. 481. Cohaeret proverbium cum C. 23, 365. conf. Hamas ٩٣٤. Pag. 553. l. 11. leg. غيارة. L. 2. Vox تستخيرها magis ad verbum vertenda est „ab ea bonum petis“. Prov. 497. In codice B. ابن قرصعة legitur. In scholio l. 2. leg. Albijarius. De prov. conf. C. 26, 112. Prov. 516. Proverbium incolis Syriae proprium erat. conf. Clar. Kosegarten. Cit. Alaghan. p. 22. Prov. 217. Puellae istae, quae cognomen جرادتا عاد (Ahditarum locustae) gerebant, Ahbd-Allaho b. Djadahn (جدعان) fuisse dicuntur, viro liberali generosoque.

Quem quum Omajjah ben-Ali-l'Zalt Tsakafita carmine laudasset, dono eas accepit conf. Cit. Alagh. Prov. 530. leg. صُبَاح. Prov. 531. In Burckhardti libro Nr. 587 برقع „ornamentum frontis equi" esse dicitur. Prov. 533. Burckhardtus habet: ما بقى بعد عبادان قرية et addit, de eo adhiberi, qui ridiculo modo nativitatis locum glorietur. Ahbbadan esse vicum in ripa orientali Tigris et provinciae Sew adscribi conf. Abulfed Geogr. p. ٢٩١. ٢٩٩. Prov. 535. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 536. Ad metrum Camil pertinet. Prov. 537. Ad metrum Chafif referri potest. Prov. 538. Ad metrum Ramal referri potest. Prov. 541. In codice Ber. للمستشار „ei qui consilium rogatur" legimus, id quod rectum videtur. Prov. 546. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 547. Aedificium Abrahami templum Meccanum designat, quod Abrahamus fundasse dicitur. conf. Cor. C. 2, 121. Illo autem altero legendi modo نار ابراهيم „ignis Abrahami" alluditur ad ignem, cujus in Alcorano, nescio quo loco, mentio facta est, quo Abrahamus non adflictus putatur. Proverbium igitur rem levem esse significat. Prov. 548. l. 3. schol. Verba in rem levem adhibetur delenda sunt. Prov. 551. Quibusdam العصا nomen equi est, ut سير incessus significationem habeat conf. Harir. ٢٠١. Prov. 553. Fortasse hoc ad metrum Redjes pertinet. Prov. 556. In codice B. legitur ليس كل من. Prov. 560. In codice B. سُد „si os ejus obstructum fuisset" quod magis placet conf. prov 612. Prov. 566. scrib. لِسان. Prov. 569. leg. بِلُقَاء et in versione deleas: occurrens. Intrita autem significari videtur, in qua et carnis et adipis frusta sunt. Pocockius باقاء, quemadmodum scripseram, enunciavit; vertit enim: sint coram eo offae intritae non paropsis

(vacua sc.). Prov. 570. Ad metrum Chafif referri potest. Prov. 571. Ad metrum Wafir pertinet. Prov. 572. Codex B. habet (inter lineas) من عى et tum انظاهر. Hoc quoque Pocockius, qui vertit: lingua mendax balbutiens est manifesta et occulta. Prov. 575. Magis ad verbum sic vertendum puto: Si tu mihi tanquam medicamentum in nares inditus fuisses etc. Id significare videtur: parvi te habeo. In codice Ber. leg. اسطعت, in Pock. اسقطت. Prov. 577. In codice Ber. est يعلى عليه. Fieri potest, ut verba: لمن يعلو ويعلى explicandi causa addita sunt et sic Pocockius de eo intellexit, qui supra alios est, et alios supra se habet. Prov. 579. Pro جنحا scrib. جبحا. Prov. 589. scrib. يَصْبِر. Prov. 590. leg. in elephante. Prov. 592. Ad metrum Camil pertinet. Prov. 608. leg. برمص. Prov. 610. In codice Diez. pro بالقفزان legitur بالمكيال. Prov. 615. De hoc confer. Burckh. Nr. 595. Prov. 618. De hoc confer. Burckh. Nr. 596. Prov. 631. leg. البَصَلة. conf. prov. 369. Prov. 633. conf. prov. 442. Prov. 634. leg بالجوزة. Prov. 638. Ad metrum Ramal referri potest.

C. XXIV. Prov. 1. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. In Kamuso الرُّغب enunciatur. Scribas vero الشَّعْفة Pag. 587. leg. تجعل. Prov. 3. Tebalah quoque oppiduli nomen est, cujus praefecturam Hadjdjadjus spreverat. Prov. 7. Ut camelos ad celerem gressum incitent, utribus vetustis motis sonum excitant, Pag. 589. l. 1. Legitur quoque انا loco vocis ان. Tum versibus sensus satyricus esse non potest. Prov. 12. Cubicularii nomen mulierisque iisdem consonantibus عصام scribitur, sed fieri potest, ut mulieris nomen Ahzami, cubicularii autem Ihzam enuncietur. Pag. 590. l. 1. infra. Pro voce

obscura كالبرديتين in codice B. كالبردتين legitur. Ejus autem significatio non magis sensui convenire videtur. Pag. 592. l. 1. leg. dimittit et-pectit. Pag. 593. l. 2. pro parvae leg. parvi. Pag. 594. l. 16. Nomen in codicibus modo شهبر modo شهير legitur. Pag. 594. l. 1. legas: Chofafus b. Nadbah. Prov. 14. Alazmäihus dixit, proverbium deridendi causa in virum adhiberi, qui prave agat in re. Rem autem tribui filiae Monkidsi e gente Banu-Ahmru b. Sahd b. Said Manat, matri Djassasi, quae ex hoc facto cognomen الهايلة acceperit. Tum adhiberi in viro, qui rem bene agat. Cod. Abu-Ohbaid Prov. 16. In codice B. legitur, ut videtur, ex correctura مضى مضيضا. Prov. 22. In versu priore leg. كلامك Paq. 598. l. 11. leg. تَفْفُلَنْ. Prov. 26. Praefero يُجْرِق, Prov. 27. Adhibetur in eum, qui moram trahit et difficilis est ad rem peragendam. Prov. 28. In codice Abu-Ohbaidi legimus, haec cujusd. sapientis verba esse. Est igitur potius sententia, quam proverbium. Prov. 29. leg. أَمْلِكْ. Prov. 32. In codice B. يدان legitur. Prov. 34. conf. prov. 60. Prov. 35. leg. نُعَرَة. Prov. 36. In codice Abu-Ohbaidi proverbium legimus in capite, quod inscriptum est: de morte avari, dum ejus divitiae integrae sunt et donis non diminutae. Proverbium autem ab Abmruo dictum fuit Ahbd-Alrahmano ben-Auhf. In codice Berol legitur: اى لم يتغصغص, ut illa codicis auctori proverbii explicandi gratia addita visa sint, at vero verba اى لم ينقص, quae horum causa addita sunt, probare videntur, illa proverbii partem esse. Prov. 39. Dicitur quoque: ما حك جلدى مثل ظفرى. Prov.. 56. Vulgo usitatum erat. Prov. 60. leg. نَصِيح et conf. prov. 34.

Prov. 64. Rectius قَلْبَةَ enunciatur; quamvis in meo codice قَلْبَة notatum est. Prov. 72. conf. prov. 90. Prov. 73. legas ما تَنْدَى صفاتُه „Uvida non est ejus petra.“ Prov. 79. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 81. leg. يُشْبِه. Ad metrum Ramal referri potest. Prov. 82. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 83. scrib. رُواء Prov. 84. In codice Abu-Ohbaidi legimus, hocce proverbium ad Ahbd-Alrahmanum ben-Abi-Bacrah referri. Dixit Abu-Becrus Mohammed b. Ohmar b. Ahbd-Alahsis rectum esse Ohbaid-Allah b. Abu-Bacrah. Cognomen autem Bacrah inde accepisse, quod ope trochleae e muro oppidi Althajifi se demisisset et ad prophetam venisset. Prov. 87. In codice Abu-Ohbaidi legimus, Mohammedem dixisse: انما المرء بخليله فلينظر امرؤ من يخال. „Vir per amicum suum est; videat igitur vir, quem amicum sibi sumat.“ Prov. 88. pro voce ابر leg. أَمْر. Prov. 89. Vocabulo عبكة significatio tribuitur „stercoris urinaeque pars, quae ovium lanae adhaeret“, ut proverbii sensus sit: ما اباليه مبالاة مثل مبالاة عبكة „Non curo eum cura simili curae ob stercoris particulam“ conf. prov. 34. Prov. 90. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbii sensum desumtum esse a carne macra, quae lapidem candentem, si imposita sit, adipis humore non madefaciat. Prov. 91. Praefero حُلْبَة, ut proverbii metrum Redjes sit. In codice L. et P. est حلب; sed et in Kamuso, ubi وادیه est, حلبه legitur.

Pag. 617. l. 1. infr. legas قَبًّا. Vocabulum سامية mihi significare videtur, gregem altorum camelorum, quibus strenui comparantur, quos Zachrus tanquam admissarius (dux), ducit. In libro autem Citab-Alaghani, ubi de Ja-

sido b. Althatsrijjah agitur, proverbium viro امية بن الاشكر appellato adscribitur. Ahmirus b. Althofail ejus filiam in matrimonium petebat. Prov. 93. Unice vera lectio est الابلمة, quod tribus vocalibus enunciari potest. Prov. 94. scrib. المجذية. Prov. 95. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 97. Legas شَوْلها et proverbium ad metrum Redjes referas. Prov. 99. In codice Abu-Ohbaidi امر legitur. Prov. 104. Rectius enunciari videtur ضَرَمَة. Prov. 107. De proverbio conf. Hamas. ۱۹۳ l. 8. infr. Pag. 623. l. 5. scribas: وقلّدتم. l. 10. post piaculum inseras verba: si ejus gens piaculum vobis dat. Prov. 117. In codice B. pro اين legitur انّى. Prov. 119. In codice Abu-Ohbaidi duo semper conjuncta sunt. ex gr. ما ذقت عضاضا ولا علوسا. Alferräum habere ما ذقت عذوفا ولا علوسا, Alahmarum: ما ذقت عذوفا ولا علوسا; inveniri quoque: ما ذقت عذوسا ولا علوسا. Pag. 627. l. 4. Mohammedes Alahrabi hunc versum proverbii loco in Hamasa p. ۴۴۳ l. 10. adnotavit. Prov. 121. In Hamasae scholiis tanquam duo proverbia adnotata sunt conf. Ham. p. ۷۱. l. 9 et ۸۳. l. 13. Prov. 122 Hocce proverbium ex Mohammedis verbis fortasse derivatum est: اللهم انى استعديك على قريش فانهم اصغوا عظم منزلتى وقدرى (f. صغروا) انای وصغروا „O Deus! ego te contra Koraischitas tanquam ultorem invoco, nam vas meum inclinarunt et magnitudinem dignitatis et potentiae meae diminuerunt.“ Prov. 123. In codice Abu-Ohbaidi legimus: ما عنده خل ولا خمر „Neque acetum neque vinum apud eum est: i. e. nil boni, quod de avaro adhibetur. Pro: Abu-Ohbaidus codex B. Abu-Ahmruus habet. Prov. 129. In codice Abu-Ohbaidi inveni, legi quoque أَخِر ut sensus sit: Mendicatio est vilissimus

viri quaestus; verba autem Kaiso b. Alizim, non Actsamo b. Zaifi tribuenda esse. Prov. 130. Scrib ما لَهُ et magis ad verbum vertendum est: Quid ei est? pecora habeat non concipientia et scabie infecta! Prov. 131. In codice Abu-Ohbaidi العالم ان legitur. Abu-l'Thajjibo b. Ohlbun Almohdi verba sequentia tribuuntur: مثل العالم العين العذبة يرغب فيها الابعدون ويزهد فيها الاقربون فاذا غاصت ندم الجميع. „Doctus similis est fonti dulci, cujus desiderium longe remoti habent et qua abstinent propinqui; sed si evanescit, omnes poenitentia ducuntur. Prov. 123. In Hamasa p. ٩٨ l. 8. infr. legimus, proverbii verba Sahdum b. Malic b. Dhobaiah dixisse regi Alnohmano, quibum cum, qui ipsi colaphos infligi juberet, contentum redderet. Prov. 133. In codice Abu Ohbaidi post vocem عهدة additum est لَهُ et in altero loco لنا. Ibi quoque legitur: هذا المثل ليس من الاول بعينه ولكنه نحو منه „hocce proverbium cum primo loquendi modo non omnimodo, sed quodammodo convenit.“ Prov. 134. Idem est proverbium quam 89. Prov. 136. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 139. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbii auctorem esse virum, qui, quum speculum invenisset et faciem suam deformem in eo conspexisset, ista verba dixerit. Qui hanc causam admittit, possessores tui rejecerunt, vertat necesse est; sed in altero codicis loco legimus, proverbium de avaro adhiberi, quem familia fugiat. conf. prov. 317. Prov. 158. Putavimus ob sensum, qui proverbio tribuitur, formam quartam passivi voci ينبح tribuendam esse; sed re diligentius perpensa, primam verbi formam esse statuimus. Verbo عوى quum transitivum construendi modum non habeat, passivi forma dari non licet; factum autem id est, ut formae ينبح conveniens sit; vertendum igitur ad verbum est. „Ei neque ululatur neque

latratur i. e. neque prava neque bona verba ad eum diriguntur. Nisi fallor, et activi enunciandi modus admitti potest, ut vertatur: neque ululat neque latrat i. e. neque metum injicit, neque bonum nunciat. Prov. 159. Meidanio ما quid? erat, nam explicandi gratia ای‌شی quaenam res? addidit. Tum vertendum: Quaenam res frigus hiemis par fecit aestui aestatis? Prov. 166. conf. C. 6, 164. ubi Alahnafo simile proverbium tribuitur. Prov. 169. In codice Abu-Ohbaidi pro ظنی legitur کظنی. Proverbium quotidiani usus est. Prov. 170. Conf. Hamas p. ٧٣٨ l. 3. infr. Prov. 175. In cod. B. الاخير legitur. Prov. 175. In versu legas: rectum reddidit. Prov. 185. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 188. Verba traditionis esse a socio Mohammedis relatae in codice Abu-Ohbaidi legimus. Prov. 201. Ad metrum Basith pertinet. Prov. 204. Sic vertendum est: Quum gentis impudentes pauci sunt, ea despecta est conf. C. 9, 74. In scholio pro verbis quem defendat leg. qui eum defendat. Pro فخر in codice B. et P. legitur فجر scortatus fuit. Prov. 223. Ad metrum Ramal referri potest. Prov. 226. leg. خَجْرها. Prov. 227. leg. غَرْق et شَرْق; tum metrum proverbii Redjes est. Prov. 234 et 235. Ad metrum Redjes referri possunt. In posteriore ينام mihi praeferendum videtur. Prov. 240. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 247. Pro جنبها in codice D. صاحبها legitur. Prov. 252. Nunc vertendum puto: Quid avertit (te) ab eo, quod initio apparuit? Prov. 256. In Ebn-Challik. opere VIII. 63, 12. pro voce مغواة leg. مهواة. Prov. 257. In codice B. يطلع عريبا. Et غريب et عريب nomina viri sunt; nescio igitur, quid rectum sit. Pag. 660. l. 15. leg. يُكْسَع quod vertendum puto: instigatur. Prov. 262. Quo modo vox مرقة enuncianda sit,

dubito. Pag. 662. l. 11. pro qui invenit id, quod non accipit scrib. qui quaerit id quod non accipitur. l. 6. Post verbum بجرذانك in codice B. inserta sunt haec: وقال فى موضع اخر يضرب الامر قد فات ولايطمع فيه قال ومثله عهدك بالفاليات قديم ومثله هيهات طار غرابها بجرذانك وانشد وعهدى بعد الفاليات قديم وقال ابو زيد من امثالهم متى عهدك باسفل فيك وذلك اذ سالته عن امر قديم لا عهد له به. „Et dixit altero loco: adhibetur in re praeterita, cujus desiderium nemo habet. Dixit et huic simile est: Diu est, quod scarabaeos (vel caput pediculorum causa perscrutantes) vidi et huic simile est: diu est, quod ejus corvus cum muribus ejus avolavit et recitavit sequentia verba: وعهدى بعد الفاليات قديم; et dixit Abu-Saidus, eorum proverbiis accensentur verba: متى عهدك باسفل فيك et hoc adhibetur, quum de re cum interrogasti antiqua, quam non vidit.“ L. 18. scr. زمن السلام l. 24. leg. ذلك. Prov. 266. Proverbio laudatur recessus ab hominum consuetudine. Prov. 268. In Hariri schol. p. ٢٧٧ legitur يتنطّف. Prov. 271. Ad metrum Redjes pertinet. Prov. 281. Ad hoc proverbium Pocockius adnotavit, incolas regionis Nedjd malum ominari a transeunte a dextera, incolas Hidjasi e contra. Prov. 283. Scholion magis ad verbum sic vertendum est: „Dicunt, sensum esse: qui amat, intelligens est et ei, quem amat, industrius est i. e. ut ei placeat, ejus desiderio satisfacere studet. Prov. 285. In codice Abu-Ohbaidi مطلا كنعاس. Hic autem legendi modus ex hemistichio لاقيت مطلا كنعاس الكلب „ inveni moram instar somnolentiae canis“ desumtus videtur. Prov. 288. In versu leg. قِرْنا. Prov. 289. In codice Diez. sic legitur: من عتب الدهر طال عتبه. Pag. 673. l. 18. pro filius ve-

hemens verti debet filius Schububi, quod nomen poetae est. Pag. 674. l. 11. Magis ad sensum sic vertendum est: nam tempus tanquam socors eum non negligit.“ Prov. 293. Schol. l. 2. In codice nomen viri Hoschaim enunciatum est. Pag. 675. Leg. qui cum saepius vincente certat. Prov. 296. leg. ظَفَار Thsafari. Duo sunt loca ita appellata in regione Jemen. In uno est terra rubra, quae tincturae inservit. Conf. Abulf. Geogr. p. ٩٢ et ٩٣ et Kam. Prov. 298. Enunciari quoque potest أَثَرُه. Prov. 308. In Haririi opere legimus Abu-Ohbaidum proverbium adtulisse in capite viri diu silentis, ut socors habeatur, dum malum intendit. Pag. 681. l. 7. leg. nam quum in conspectum hominum adduceretur, socii eum defenderent et impedirent, quominus occideretur. Prov. 310. Vox مُخْتَلا tanquam nomen loci aut nomen actionis cum vocali Kesre aut Fatha enunciari potest. Prov. 311. In Abu-Ohbaidi codice proverbium Actsamo b. Zaifi tribuitur L. 1. infr. pro sine dubio leg. sine astutia. Prov. 313. Voci يبغ quoque significatio expetit sc. mundanas res tribui potest. Prov. 314. Ad metrum Redjes pertinet. Prov. 315. Vix dubito, quin فل rectus legendi modus sit, quamvis et قل ferri potest. Prov. 316. In scholio leg. Alasahri b. Abi-Homran Aldjohfi. Prov. 317. In codice B. ما طرحك legitur conf. prov. 139. Prov. 318. conf. prov. 174. Prov. 319. Fortasse vox مجلل vertenda est: stragula tectus. Prov. 323. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 324. In codice B. et P. يفلح legitur. Prov. 328. Ad metrum Camil referri potest. Prov. 329. Fortasse in proverbio post عل inserendum est منا, quia sic in versu est, ex quo proverbium desumtum esse dicitur. Versus autem ille in codice Abu-Ohbaidi Ahmruo b. Hischam tri-

buitur. Prov. 331. In codice B. حُرِم legitur; sed praeferendus mihi videtur modus, qui in codice Abu-Ohbaidi حَرَّم „rem facit illicitam“ invenitur. Sic autem proverbium intelligendum. Qui magna beneficia conferre non potest et hanc ob causam beneficia omittit, is officio deest. Traditionis verba sunt: لا تردوا السايل ولو بظلف محرّق „Petentem ne repellite et si nil nisi ungula usta danda esset.“ Prov. 332. In codice B. legitur من صانع الحاكم „qui praefecto adulatur“. Haec videtur correctio ad sensum facta; altera autem illa من صانع بالمال qui opibus erogatis adulatur, clarior est contruendi modo. In illo autem صانع المال vox المال personae locum tenet, qui opibus adulatur, ut eas sibi conciliet et eroget. Prov. 333. l. 1. schol. In codice B. Ohkail; in Hamasa vero Ahkil reperitur. Versus autem priores Abu-Achsamo C. 13, 20 adscripti sunt. Prov. 334. Ad metrum Sarih referri potest. Pag. 690. l. 7. Pro: „ne aliquando ipse indicetur“ leg. „ne aliquando ipsi adversarius fiat“ l. 15. post: vituperantur inseras haec: quis autem eorum maxime intelligens est? respondit: qui in colloquio id cognoscit, quod viris, quibuscum convenit, maxime conveniens est. Prov. 344. In schol. l. 3. pro 345. leg. 290. Prov. 347. conf. C. 18, 17. Prov. 349-51. Ad metrum Redjes referri possunt. Prov. 353. Ad metrum Redjes aut Sarih referri potest. Prov. 354. In scholio sic legendum: qui e re utilitatem cepit, in qua alius diligentiam adhibens molestiam tulerat. Prov. 355 et 356. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 357. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 358. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 359, 360. Ad metrum Sarih referri possunt. Prov. 361, 362. Ad metrum Redjes referri possunt. Prov.

363. Re diligentius perpensa legendi modus: فلا يتحمدن به الناس non rectus videtur; sed legendum est على الناس „ne ob eam rem de hominibus glorietur". Prov. 365. In codice Abu-Ohbaidi legitur: الاخ et فقده. Sed proverbio quoque talis sensus tribui potest: Quod a fratribus objurgamur, melius est quam quod iis caremus. Pag. 698. l. 2. infr. Verba من امرك in codice Abu-Ohbaidi post بترك posita sunt. Prov. 367. In codice Gott. legitur: لم يحصد عنبا. Vox حصد proprie de uvis adhiberi non potest; sed قطف conf. C. 18, 255. Prov. 368. Viri nomen in nostro codice Henesch scriptum, in diversis locis codicibusque diverso modo scriptrum invenitur. Modo ابوحنش et ابوحَشْر. Rectius Abu-Henesch videtur. Prov. 371. Ad metrum Sarih referri potest. حنش aut حنس modo

Prov. 372. In hoc proverbio fortasse يُعْرَف enunciandum et cognoscetur vertendum est. Prov. 373. Pro voce يغنيه nunc, ut in codice B. invenitur, يغنيه legendum puto, et vertendum: „is consequi non potest id, quod ipsi sufficit. Prov. 376. In codice B. pro الخشع legitur الجشع aviditas, id quod sensui convenire non videtur. Prov. 380. Ad metrum Redjes pertinet. Prov. 381. Hoc Actsamo b. Zaifi tribuitur. Prov. 383. In codice Abu-Ohbaidi الابلق omissum est. In versu, cui metrum Camil est, يخشبى legendum est. Prov. 385 et 386. Ad metrum Redjes referri possunt. Pag. 703. l. 2. infr. Post verba: turpitudo est inseras: Et manui superiori est exitus et vindicta est quios neque contra te neque pro te. Prov. 389. In codice B. مِلْء legitur „id quo oculi tui implentur". Prov. 390. Proverbium nunc sic vertendum puto „Qui regnat praehabet i. e. qui rebus praefectus est, sibi gentique suae benefacit eamque ob

causam vituperatur. Prov. 391. In codice B. et meo حرجه „pilentum ejus“. Est autem pilentum, quo mulieres vehuntur, loco mulierum. Voce حرمه sacrum ejus uxores ejus intelligendae sunt. Prov. 392. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 395. Clarius sic vertissem: „si (uter) succo spisso concinnatus est, humorem non emittit“. Loco vocis ما in codice B. من qui legitur, ut persona cum utre comparata sit. Prov. 398. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Quod vero in scholio vox عنن vocibus شوط الدابة „cursus jumenti“ et اول الكلام „initium sermonis“ explicata est, id non sic intelligendum videtur, quasi isti voci illae significationes propriae sint; sed mihi tanquam exempla apposita videntur, nam voci عنن significatio apparitionis rei, sive cursus equi sive alia res sit, convenit. Prov. 399. Clarius scripsissem: Se custodiunt i. e. talis est, a quo alii se custodiunt, dum ipse custos est. l. 2. pro: pravam leg. pravum. Prov. 400. In codice Abu-Ohbaidi legimus, Alazmäihum hoc proverbium et alterum من حظك نفاق ايمك, in quibus de fortuna sermo est, protulisse; at vero Abu-Ohbaidus utrumque inter traditiones ad Mohammedem referendas esse dixit. Prov. 401. Proverbium loco proverbii 314. legitur. Sensus est: qui antea in nos beneficia contulit, dives futurus est, dum ei gratiam rependimus. Prov. 406. In versu pro: agminum leg. agmina. Prov. 413. Scholiastes voci الصبر medicamentum i. e. myrrham esse dixit. Hoc praeferendum est, quia حقل de morbo ventris usurpatur. Prov. 417. scrib الرخمة. Prov. 423. Vocem بالحاء prioris versus in versione non expressi. Ad verbum est cum vituperatione. Ut arbor illa quodammodo laudari et simul vituperari potest, sic vestra laus cum vituperatione conjuncta est. Tum quoque

vos eum aggredi non audetis, quomodo illa arbor non aditur. Prov. 424. In versu primo leg. تجانف; in versu secundo مضر. Corrigas quoque Reiskii adnotationem in lexico meo, qui sine dubio falsa hujus versus lectione deceptus voci مضر opulenti significationem tribuit. Prov. 427. In codice Berol. عنز legitur; sed nil inveni, quod hunc legendi modum probaret. Pag. 715. l. 1. pro: Djarwus in codice B. جزء بن أساف. Djosus b. Osaf legitur. Prov. 433. loco verborum من اللسان legas من السنان et pro القُدْر leg. القَدَر. Prov. 438. leg. بُكاء. Prov. 446. scr. نَظْر et مُثْل. Prov. 446. Ad metrum Camil pertinet. Prov. 448. scrib. Nulla re stulto tam bene medicamur, quam si ab eo declinamus. Prov. 471. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 483. Ad metrum Chafif referri potest. Prov. 483. Ahnafo tribuitur conf. C. 6, 164. adnot. Prov. 486. conf. prov. 602. Prov. 487. Pro يصلمه leg. يُصْلحه. Prov. 490. leg. بُكاء. Prov. 500. Ad metrum Redjes referri potest. In versione scr. pectinen. Prov. 503. In Burckh. Nr. 675. sic legitur: ردها له بقرة من اكل للسلطان فرخة „Qui principis pullum gallinae edit, reddet ei vaccam. Prov. 512. In Abu-Ohbaidi opere hoc Actsamo b. Zaifi tribuitur. Prov. 523. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 529. In hoc proverbio voci استغنى sighificatio contentus est tribuenda videtur, nam veterum quidam dixit: عز الرجل استغناوه عن الناس: Dignitas viri eo consistit, quod hominibus carere potest“ et Mohammedi in traditione haec verba tribuuntur; استغنوا عن الناس ولو عن قصمة السواك „Hominibus carete et si esset fragmento dentifricii.“ Prov. 534. Clarius sic vertissem: Qui leniter agit, reparat et qui non dexter est, lacerat. Prov. 537. Ad metrum Basith referri potest.

Prov. 538. Conf. C. 18, 283. Prov. 547. Ad metrum Sarih referendum est. Prov. 550. Scrib. الموتَ. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 552. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 556. Re diligentius perpensa codicis Lugd. legendi modum praeferendum esse puto; sed sic vertendum: Nulla re amor tanta ira accenditur, quanta reprehensione conf. prov. 448. Prov. 561. Hoc proverbium in libro Fakih. Alcholafa p. 40. l. 2. sic legitur: ما بى دخول جهنم ولكن بى شماتة اليهود Proverbii autem sensus esse videtur: Non me adficit introitus ignis inferni; sed me adficit ludribrium Malici. Prov. 571. In Burckh. libro Nr. 682. تفرزنت legitur. Prov. 573. leg. Pecten, quem. Prov. 582. leg. مغضب. Prov. 596. Leg. praevertant. Prov. 602. conf. prov. 486. Prov. 612. Scrib. غالب.

C. XXV. Prov. 4. Scrib. عَلَق. Prov. 7. Ad metrum Camil referri potest. Prov. 12 Ad metrum Ramal referri potest. Prov. 13. Ad metrum Redjes pertinere potest. Pag. 750. l. 13. Pro نميما leg. نميما l. 1. infr. pro لتقررين leg. لتقهرين. Pag. 751. l. 14. pro: turpis leg. foedus et l. 23. Pro: tu cognosces etc. scribas: Tu scis, te, si timore impletus esses, ad auxilium me cito vocaturum esse. Alium autem quam me non desiderares et profecto! strenuum me esse videres; magnam enim ego rem aggredior, nobilem defendo et uxores tueor. Prov. 16. In codice Abu-Ohbaidi et B. الفرارا legitur, quod metri causa probandum est. Prov. 19. In Hamasa p. ٩٩٤ l. 8. proverbium sic legitur: نعيم كلب فى بوس اهله. In versu in codice B. يفدّى i. e. ei dicitur „libereris“ (non male); sed in meo codice يغدّى est. In priore

versus hemistichio status belli, in posteriore status penuriae describitur. Prov. 21. In versu primo et secundo رَخْم legas. Prov. 24. In opere Ebn-Challikani VIII., 129. legimus, Hadhanum montem magnum esse inter regionem Nedjdj et Tehamah, a regione Tehamah unius diei itinere remotum. Prov. 25. Proverbium ad metrum Camil referri potest. Prov. 27. Est pars versus metri Wafir. Proverbii sensus est, servum nonnisi rebus ignobilibus studere. Prov. 32. leg· in initio. Prov. 33. Scribas: المطى. Proverbium autem ad metrum Redjes referri potest. Sensus est: Quum in tali via pedes lapsent, inde cognosci potest, num jumentis fatigatis vires supersint. Prov. 36 et 37. Ad metrum Camil referri possunt. Prov. 39. Ad metrum Camil referri potest. Prov. 49. leg. أنسب. Prov. 50. In schol. 2. Pro: audire scrib. adire. Prov. 60. In Abu-Ohbaidi codice et B. legitur: أقلا et sic legendum videtur, quamquam et alterum ferri potest. Prov. 61. Nil obstare videtur, quin voci خَلِفَة in proverbio praegnantis camelae significatio tribuatur. Prov. 64 et 65. Ad metrum Redjes referri possunt. Prov. 74. In codice Abu-Ohbaidi legimus, انتزاع العادة etc. sapientis effatum esse. In scholio l. 4. leg. الفطام شديد „Ablactatio difficilis est“ conf. C. 20, 130. Prov. 76. et 77. Ad metrum Redjes referri possunt. Scribas vero: Praeda in via obtingens, in qua duci lucrum est. Prov. 78. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 79. Ad metrum Redjes pertinet. Prov. 80. Ad metrum Sarih referri potest. scrib. حفاك. Prov. 81. et 82. Ad metrum Sarih referri possunt. Prov. 83. Ad metrum Redjes pertinet. Prov. 84 et 85. Ad metrum Sarih referri possunt. Prov. 87. In codice Abu-Ohbaidi legimus,

proverbium a vulgo adhiberi, quum unus alterum vituperet. Prov. 88. Ad metrum Camil referri potest. Prov. 93. Pro voce العقل in codice B. العقول legitur. Prov. 97. Schol. l. 2. In meo codice viri nomen وقا Waka in B. ورقا Warka est. Prov. 98. Nomen illius poeta maxime Cotsajjir enunciatur; sed quum in versu citato sine Teschdido enunciandum sit, Cotsajjir ex voce Catsir mutatum nomen videtur, nisi potius admittere vis, in versu ob licentiam poeticam mutatum esse nomen. Tum Cotsair in versu enunciandum videtur. Amata, quam carminibus celebrare solebat, Assah nomen gerebat. Scribendum igitur est in versione Assahae. Pro multum donaret magis ad verbum multum loqueretur vertendum est et addendum „et Laila Alachjalijja mortuum defleret.“ Prov. 104. In libro Citab Alaghani illa Fathimah filia Alschabi, cui nomen erat Ahmru b. Nazr b. Harithsah b. Anmar b. Baghid, appellatur. In scholio l. 7. leg. Ohmarahum Alwahhab et Anas Alfawaris. Prov. 107. conf. C. 21, 132. Patris nomen C. 12, 109. diverso modo adnotatum est. Prov. 108. scrib. مِرْقات, quamvis in meo codice مَرَق scriptum est. Prov. 109. l. 15. Dixit in versu: „Si fuissem princeps gentis Savat“, quia gens Savat b. Solaim ad tribum Aschdjah pertinebat. Prov. 112. In codice B. pro ابنى جناب filii Djenabi legitur: ابنى خباب filii Chebabi. Pag. 782. h 9. leg. للفضة. l. 17. leg. وربما. Prov. 113. schol. 3. Vox ضيقة in versu, quam mansio lunae vertimus, proprie significat „locum vacuum inter duas stellas, qui infelix habetur“. l. 12. leg. ففارقتها. Prov. 132. In scholio pro: Cap. XII, 98. leg. C. VII, 98. Prov. 137. Ex proverbio C. 13, 117. videre licet, vocem انكد infelicior vertendam esse. Prov. 145. Leg. قُس Kossus.

Prov. 153. In meo codice scriptum est نِكْ, in Berol. نِكْ. Vocem واتكى ad verbum „nitere!“ vertendum est. Prov. 158. leg. ذُلْه. Prov. 159. Referri potest ad metrum Basith. conf. Burckh. 690. Prov. 160. Verti quoque potest: Adspectu avari, ut verbum omissum sit. conf. Burckh. 694. Proverbium vero ad metrum Camil referri potest.

C. XXVI. Prov. 1. Ad metrum Redjes referri potest. In codice Abu-Ohbaidi legimus, Ibrahimum b. Ahbd-Allah Alherewi audivisse Schannum et Thabakam hariolos duos ante Islamismi tempus fuisse, qui in hariolando eadem de re interrogati consensissent. Prov. 4. legitur quoque خدبات, quod de morsu serpentum intelligendum est. Pag. 806. Pro verbis „Te ab ejus opere (Deus) defendat“ nunc scribendum puto: Tibi ejus opus suffecit Prov. 15. In codice Diez. additur طيبة, dicitur quoque وجد عنده تمرة الغراب „Invenit apud eum dactylum corvi“. Pag. 807. l. 16. Pro verbis: quod adspicit scr. in quo summum diligentiam adhibet. Prov. 17. l. 5 et 6. scrib. matri suae durum se praeberet, ut mater eum verberaret, Cabscham autem eam retinuisse, dum verbis: filium meum, filium meum! uteretur. Prov. 18. In codice Abu-Ohbaidi legimus, Almotharresum in opere كتاب اليواقيت dixisse: اخبرْ يَقْلِه et تقلّه, ut utroque modo enunciari possit. Prov. 20. In codice B. المخدّش legitur. Ad metrum Camil referri potest. Prov. 21. Proverbium ad metrum Redjes aut Camil referri potest. Legi quoque potest: اوسعتهم „dixisti“. Quod si Cahbo b. Sohair verba

tribuuntur, sic legatur, necesse est. Prov. 22. Proverbium ab Alazmäiho in Hamas. p. 1f· citatum est. Ibi ضرطة est, ut posterior pars versus Redjes sit. Prov. 23. Alazmäihus paulo diversam explicandi rationem adtulit. يعنى انه اورد ابله شريعة الماء ولم يوردها على بئر يحتاج فيها الى الاستقاء لها فيتعنى فيها ويتعب ولكنه اشتمل بكسايه ونام وابله فى الورد „Significat, cum camelos adduxisse ad aquae accessum, neque eos duxisse ad puteum, ubi ipsis aqua hauriendа fuisset, qua re fatigaretur; sed eum vestimento involutum dormivisse, dum cameli ad aquam accederent.“ Prov. 24. In codice B. legitur بعكمى; sed hoc non rectum puto. De duobus aequalibus quoque هما عكما عير dicitur. conf. C. 27, 50. Prov. 29. In codice Abu-Ohbaidi et B. اودت legitur. Prov. 31. In proverbio vituperium pravorum hominum consortii est, ut prudenter agat, qui iis se non immisceat. Prov. 32. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 36. leg. *Chollah*. Prov. 38. *In* Kamusi opere voci الرّقين significatio drachmae tributa; sed fieri potest, ut hoc e falso enunciandi modo ortum sit, nam usitatius est dicere الرِقين tanquam pluralis vocis الرِقّة. Prov. 39. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 40. conf. prov. 54. Prov. 44. Actsami filius, in codice Lugd. حبيسا Hobaisch, in codice B. حبشى Hobschijj, in meo حبيشى Hobaischijj scribitur. Prov. 45. Ad metrum Camil referri potest. Prov. 47. Ad metrum Sarih referri potest. Legas vero وَرِثته. Prov. 51. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 54. conf. prov. 40. Prov. 55. Ad metrum Motakarib referri potest. Verba وليس لشى مرد non clare vertisse mihi videor; sic fortasse melius „et nulli rei est concessio“. Prov. 66. Ad metrum

Wafir referri potest producta syllaba postrema. Prov. 70. Loquendi modus in versu وقعت بقر „incidit in locum, ubi manet“ de infortunio, e quo egredi non potest, adhibetur. Prov. 75. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 77. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 78. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 79. leg. تتمرأمي. Prov. 91. Nomen in Hamasa Iherimah enunciatur. Prov. 96. Nomen جميل vario modo enunciari potest. Num noster enunciandi modus rectus sit, affirmare non ausus sim. Vixit illa mulier circa Islamismi tempus, quum Ohmarum chalifam adierit putans eum fratrem Dhirari esse. In scholio l. 6. leg. Alsorat. Pag. 833. l. 11. Verba هما سة غادر شر adhibentur de vituperato, in quo virtutes sunt. conf. Hamas. ۱۴۷. l. 7. infr. conf. C. 27, 9. Prov. 98. Nomen viri in meo codice Alharits ben-Ahbbad in Berol. ben-Ohbad scriptum est. Ahdijjus die قصّة vel قصّة, quo pugna erat inter Becritas et Taghlebitas, captivus factus erat. Kam. Prov. 100. In tertio versu citato legas تفضح et vertas: E numero multum pudibundarum fratrem suum ignominia etc. Prov. 106. In Kamusi opere vir Thofail ben-Solal (ذلال) Cufensis appellatur. Prov. 110. In scholio l. 2. leg. تلفة. Pag. 840. pro: quum leg. quam. Prov. 112. In codice B. اجبي تموضع legitur. Prov. 131. Verbis lqcum tectum latrina significatur.

C. XXVII. Prov. 1. In Kamuso legimus, proverbium significare, quendam lenem et tranquillum esse, quod victus sit, non quod pacem fecerit i. e. lenem se praebet, quamquam in animo odium fovet. Prov. 4. In scholio l. 13. leg. perferenda erant. Pag. 848. l. 11. leg. XXVI, 97. Prov. 12. In codice Abu-Ohbaidi legitur quoque حنكبرة. Pag. 853. l. 4. leg. factura. Prov. 26. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 27. Ad metrum Redjes

referri potest. Prov. 31. schol. l. 10. pro: in errorem inducimur scrib. erratum est. i. e. Nomen amoris non هوى; sed هوان esse debuisset. Prov. 32. *In codice* B. leg. يترك; *sed non bene.* Prov. 34. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 37. In Kamuso legitur هم مثل المعى والكرش. Prov. 38. In Kamuso mulieris nomeu مارخة „Marichah" appellatur et sic in codice B. Prov. 49. In Djeuharii opere هُنِّثْت ولا تُنَكَّأ legimus. In eodem opere تنكه ad radicem نكه refertur. Tum quoque تَنْكَهْ admittunt a verbo نَكَى derivatum; cui significationem fugatus fuit tribuunt. Prov. 50. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium inde desumtum esse, quod mulier magna molestia pressa puerum suum vocare negligat. Djeuharius autem hoc a cursu equorum derivatum esse dixit, quod in equo generoso ad excitandum clamor opus non esset. Prov. 52. Quod si proverbium ad metrum Sarih revocatur, posterior pars manca est, ut fortasse وان scribendum sit. Nec vero dubito, quin مبزولَةْ et احلابَةْ enuncietur. Prov. 53. Legitur المشعل „Vas in quo dactylorum vinum paratur", pro المحلب. Prov. 54. Hisce verbis ad Schoraihum b. Dhobaiah directis ad incitandum usus est Roschaidus b. Wamidh; incursione enim in hostes facta camelis potitus erat. Rem describens dixit:

هذ اوان الشد فاشتدى زيم قد لفها الليل بسواق حُطَمْ

„Hoc tempus est currendi; curre igitur, o Sijame! jam eos (camelos) nocte quasi involutos Hothamus abegit"! Hothamus autem cognomen Schoraihi est. Pag. 862. l. 4. leg. ساجٍ et vertas „dum mare tuum tranquillum est".

Prov. 58. leg. قِدْرى. In codice Ber. يتقى, in codice

Poc. يبقى reperitur. Prov. 63. Conferas versus in libro Fakih. Alchol. p. 11 infr., ubi عير لحى legendum est. Prov. 64. E codice Abu-Ohbaidi videmus, proverbium designare avidum in inopia. Prov. 68. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium in calamitate quoque adhiberi. Eum negligi ob vehementiam calamitatis. Prov. 69. De hoc conf. C. 1, 109. Prov. 74. Ad metrum Basith referri potest. Prov. 78. Tertium ollae sustentaculum est petrae pars, ad quam olla adponitur. Tripodibus autem patientia adscribitur. conf. C. 14, 112. Prov. 87. Mihran nomen viri virtute et sapientia insignis est. Fluvius quoque hoc nomen habet. Prov. 89. Verbo خصف hoc in proverbio significatio tribuenda videtur „addidit corii partem (خصفة), qua solea duplicatur.“ In codice B. خصف legitur. In scholio legas non pertinent. Prov. 90. Fortasse proverbio prima persona perdidi et adduxi tribuenda est. Sic in codice B. enunciatur. Sed pro بسايرها in cod. B. تسمرها, quod vitiosum videtur. Prov. 92. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 93. Vocis طلية enunciandi modum in codice de Sacyano reperi; at vero in codice B. طَلْيَة habet. Golius طَلَّيَة nescio qua auctoritate nixus recepit. Prov. 97. In versione lectionem alteram يقلك reddidi. Prov. 99. Ad metrum Ramal referri potest. Prov. 100. Ad metrum Sarih referri potest. Prov. 106. In scholio l. 7. Pro: multum doni legas multum boni. Prov. 109. Leg. يحطب. Dicitur quoque فلان يحطب فى حبل غيره conf. Hamas. 9v. Prov. 112. In priore versu الاغضن scribas. Prov. 118. Si فَرِّق Effunde legitur, proverbium ad metrum Sarih referri potest. Prov. 121. In Djeuharii codice Ahbid b. Alabraz enunciatum in-

venimus; in aliis libris Ohbaid. Prov. 125. In codice Abu-Ohbaidi legitur: هَمُّك ما هَمُّك „Sollicitudo tua sollicitudo tua est“, ut ما expletivum sit. l. 7. schol. اذابك in codice B. tanquam duae voces اذى بك. Pag. 881. l. 4. infr. leg. ذُعْرا. Pag. 882. l. 2. leg. ويُزاد. Prov. 127. schol. l. 3. leg. الثواء. Prov. 130. Nisi in codice de Sacyano وذَرّ scriptum fuisset et scholii verba tertiam praeteriti personam indicare viderentur, هيّجْ et وذَرْ scripsissem et vertissem: „Concita ad errorem et relinque! Tum quoque, quia voci ذرار aversionis الاعراض et irae significatio a Firuzabadio tribuitur, nil obstat, quin verbo ذر recedendi et se avertendi significatio sit. Prov. 131. leg. هَلّا. Prov. 132. leg. مغرِبة. Prov. 134. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium tum in eo adhiberi, qui scientiam sibi arroget instrumentis deficientibus, tum in eo, cui multi adjutores non sint. Prov. 135. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbium ab Abu-Ohbaidaho relatum esse, dum nil praeterea additur; legas vero تُولع. Prov. 136. In codice Abu-Ohbaidi legimus versus citati auctorem esse Jasidum ben-Chadsdsak, qui eum inter plures versus Ebn-Alahlao recitaverit. Prov. 141. leg. هَبِلَتْه. Prov. 142. In Kamuso هَبَلَك legitur; sed, ni fallor, quoque هَبْلَك enunciari potest, ut astutiae significatio admittatur. Prov. 146. Meidanio proverbium in virum, qui nocet et inutilis est, adhibetur. Prov. 154. In Hamasa p. 521. l. 16. sic legitur: اول الورد التشريع. In codice Abu-Ohbaidi legimus, esse, qui proverbium alio, quam modo a nobis adnotato interpretentur. p. 890. l. 3. leg. تردى

Prov. 156. l. 2. infr. sic legas: Quod si vero talis pellis a coriario concinnatur, aptari non potest; sed ceterae pelles circa eam corrumpuntur. Prov. 165. Dicitur quoque: هو دعيميص هذا الامر. „Is Doaihmizus hujusce rei est“ i. e. hujusce rei maxime gnarus. Prov. 171. Tribui quoque potest voci اهدى significatio bene ducti; quae forma comparativi raro a participio passivi deducitur. conf. Hamas. 44. l. 3. Prov. 172. Ad metrum Camil referri potest. Prov. 186. In codice B. كجرعة legitur. Prov. 187. leg.: pallii. Prov. 188. leg. نَبَأً. Pag. 900. l. 3. „Hassanus laudis ejus.“ significatur poeta Hassan ben-Tsabet tempore Mohammedis vivens. Prov. 194. scrib. اهتك, ut in codice B. est. Proverbium ad metrum Sarih referri potest.

C. XXVIII. Prov. 2. Si legendi modus حامل admittitur, voci حل significatio vocis حلول divertendi tribuenda est. In Kamusi opere sub radice حبل adnotatus est legendi modus حابل. Prov. 4. Legitur quoque in codico Abu-Ohbaidi: يا ماء لو غصصت بغيرك اجزت فاذا غصصت بالماء فليس لى حيلة. O aqua! si per aliam rem quam per te suffocatus fuissem, id transmitterem; sed quum aqua suffocor, remedium mihi non est.“ In Samahscharii loco ante غصصت addendum est لو. Prov. 5. In codice Abu-Ohbaidi sic legitur: تا عَبْرَى مُقْبِلَةً ويا سَهْرَى مُدْبِرَةً. Adnotatus quoque est alter modus يا عَبْرَى et يا صَهْرَى. Prov. 6. legendum est ضُلَّ aut ضَلَّ. Prov. 7. leg. لَلْأُفَيْكَة. Prov. 14. In hoc proverbio Schann gentis nomen est. conf. C. 16, 1. 26, 102. Prov. 15. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 16. In omnibus codicibus vox مانعا tanquam proverbii pars scripta est; at vero si omittitur, est homoioteleuton, metrum Mon-

sarih --∪- | --- et sensus perfectus „A paupertate praetextum petit et in opulentia est.“ In codice B. الايسار legitur. Prov. 19. Ad metrum Thawil pertinet. Pag. 909. l. 7. leg. شَغَّارة l. 9. deleas: in mingendo. Prov. 93. Admisso legendi modo مبارکک versus metri Redjes est. Prov. 31. De vico Tsamanin. conf. Abulf. Geogr. p. ٩٩. ٣٧٥. Prov. 38. conf: C. 24, 342. Prov. 40. conf. C. 12, 72. Prov. 41. In codice Lugd. optimo يغدى nutrit; in meo et B. يفدى liberat. Hoc fortasse praeferendum est. Prov. 42. scr. أَرْتغاء. In codice B. يُشرب scriptum est. Proverbium ad metrum Sarih aut Redjes referri potest. Prov. 46. schol. l. 10. leg. الليلَ. Prov. 47. Fortasse ad metrum Monsarih referri potest. conf. libr. meum p. 256. Prov. 48. Ad metrum Sarih aut Redjes referri potest. Pag. 919. l. 14. leg. Assecutus sum id, quod volui; majora igitur peto. l. 22. leg. Kesre evitasse et ad vocalem Fatha, quae levis esset, transiise, quemadmodum... Prov. 53. In codice Abu-Ohbaidi قد يركب est. Prov. 58. In codice B. يصى legitur. Prov. 59. Ad metrum Redjes referri potest. Prov. 64. Fortasse ad metrum Monsarih referri potest. conf. prov. 47. Prov. 78. Vox الجزة mihi non placet, quippe cujus significationes sensui convenire non videantur. In codice B. الحزة est, id quod non magis aptum est; dubitabam igitur, num الجرة cum significatione trabis (ut الجر) admittatur, ut cum illo in novo testamento consentiat conf. Hamas. p. ٦٥٩, vers. 3. Prov. 91. schol. l. 5. Pro قايبة et قاب ovi legas: قايبة et قابة ovi. Prov. 101. leg. يَلَذ. Prov. 103. Proverbium ad metrum Sarih potius referendum est, ut enuncietur الزِبَبْ. Prov. 105. Pro: domus vacuae verti quoque potest: regiones desertae. Prov. 106. In codice Abu-Ohbaidi

[redacted] legimus; proverbium autem significare malum in auctorem suum redire. Prov. 107. In codice B. لم يخلف Clarius fortasse vertissem „non attritus est“ i. e. factum peragit, e quo ipse nullum incommodum percepit, ut laudem non mereatur. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Prov. 110. In codice Abu-Ohbaidi legimus, proverbii verba in traditione Moahwijjaho adscribi. Altera autem lectio est: يملكن الكرام ويملكهن اللئام. Prov. 119. In codice Abu-Ohbaidi legimus, vetus esse proverbium, quod jam Mohammedes adhibuerit. Prov. 157. Pro verbis: in angustiam redigitur magis ad verbum verti potest: suffocatur. Prov. 170. Sic ut impressi; voces يفضل in meo codice scriptae erant. Leg. alios.

Corrigenda ad Tomum tertium.

Pars prior.

Pag. 185. l. 12. leg. in regione. p. 369. l. 12. pro: aegrotus leg. ob paupertatem p. 435. l. 10. leg. locustarum p. 471 l. 11. leg. injustitiae p. 535. l. 20. leg. reddat.

Pars posterior.

Pag. 5. l. 27. leg. proverbia p. 8. l. 3. Addas: C. 23, 217. 508. 516. 24, 244. 26, 103. 27, 162. 164. p. 134. l. 12. leg. proverbiorum p. 136. l. 30. leg. paene p. 142. l. 20. leg. C. I. p. 143. l. 1. leg. C. II. l. 22. leg. C. III. p. 150. l. 18. leg. Sect. 4. p. 236. Post lineam 19 addas: Ahmru b. Alahlba b. Alhaitsum Sadusita 23, 29. p. 241. l. 13. post: necatus est addas: Hamas. 67. l. 12. infr. p. 248. l. 23. Post: occisus est addas: die Alschaki p. 293. l. 3. leg. Almohadjdjal p. 308. post lineam 35 addas: Säidah زايدة (scriptor) 24, 57.

necavit. Tum interim expergefacto Ohtbaho dixit: Si loquens te commoves, te quoque occidam! His peractis equum conscendit et fuga salutem petiit. Ohtbahus autem clamore sublato ad regis aulam tetendit dicens, Alharitsum regis fidem datam occiso Chalido irritam fecisse. Alnohmanus statim ad persequendum equites misit. Primo diluculo eum assecuti sunt. Alharitsus cum iis pugnans singulos cum eo dimicantes occidit, agmina dispersit, dum pugnabat, hunc versum canens:

أَنَا أَبُو لَيْلَى وَسَيْفِي ٱلْمَعْلُوبْ مَنْ يَشْتَرِي سَيْفِي وَهٰذَا أَثَرُهْ

„Ego sum Abu-Laila et gladius meus in capulo nervo obligatus est. Quis emit gladium meum et hoc eius fulgor est?“ Metrum Sarih est. p. 245.

Eum persequentes infecta re recesserunt. Proverbium autem adhibetur in cautione, si ex eiusmodi re damnum percepimus. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de viro, qui rem aggrediatur, quam iam expertus sit.

Alaghlabus Ihdjlita proverbium versui inseruit dicens:

قَالَتْ لَهُ فِي بَعْضِ مَا تُسَطِّرُهْ مَنِ ٱشْتَرَى سَيْفًا وَهٰذَا أَثَرُهْ

„Dixit (mulier) ei, inter ea, quae composuit. Quis gladium emit et hic eius fulgor est?“ Metrum Redjes est. p. 231.

مَنْ عَزَّ بَزَّ ٢٩٩

299. Qui vincit, praeda potitur.

Dixit Almofadhdhelus, virum e gente Thai ad familiam Banu-Tsoahl pertinentem, cui Djabir ben-Ralan nomen esset, primum ista verba dixisse. Vir iste cum duobus sociis iter faciens in loco Alts[illegible]jjah, qui pone Hiram prope ad Cufam situs erat, Alnohmani ben-Mäi-ssemäi equitibus die infausto occurrit, quo Alnohmanus quemlibet in ipsum incidentem occidere solebat. Causa hujusce diei in libro Cit. Alagh. descripta est. Verba autem ibi Ohbaido b. Alabraz adscribuntur. Alnohmanus autem, quum adducerentur, sortes ducere eos iussit dicens, se eum, qui sorte vicisset, liberum dimissurum esse, duos reliquos occisurum. Accidit, ut Djabiro bona sors contingeret. Qua-

[redacted] sociis, quos ad mortem abduci videret, ista verba, quae postea in proverbium venerunt, dixit.

٣٠٠ مَنْ يَأْكُلْ خَضْمًا لَا يَأْكُلْ قَضْمًا وَمَنْ يَأْكُلْ قَضْمًا يَأْكُلْ خَضْمًا

300. Qui edit toto ore, is non edet extremis dentibus et qui extremis dentibus edit, toto ore edet.

Monet proverbium, ut vitae nostrae rationem habentes res prudenter disponamus, ne perditis opibus penuria oriatur.

٣٠١ مَنْ بَرَ الزُّبْدَ بَخَلَهُ مِنْ لَبَنْ

301. Qui vidit cremorem lactis, eum a lacte desumtum putat.

Narrant, virum interrogasse mulierem, num oves eius lacte abundarent. Quae quum, minime! respondisset, virum, qui cremorem lactis apud ipsam conspiceret, ista verba dixisse. De viro dicitur, qui rem haud occultam occultare cupit. Abu-l'Haitsamus vocem الزبد cum duabus vocalibus Fatha enunciavit. In Samachscharii opere loco vocis بخله legitur: انه يعلم „scit eum esse“. Ad metrum Ramal pertinet.

٣٠٢ مَنْ اشْتَرَى اشْتَوَى

302. Qui emit, assat.

In codice Abu-Ohbaidi et sic: من اشترى بماله اشتوى Proverbium hoc Alahmarus retulit. Opibus utendum esse, ut res nobis necessa[redacted] acquiramus, dicit.

٣٠٣ مَنْ فَازَ بِفُلَانٍ فَقَدْ فَازَ بِالسَّهْمِ الْأَخْيَبِ

303. Qui quodam potitus est, is sorte frustrata potitus est.

Legitur quoque بقدح الاخيب, ut الاخيب significationem vocis الخيبة habeat. Abu-Ohbaid. De homine, qui utilitatem non praestat, adhibetur.

١٣٤ أَسْرَى مِنْ جَرَادٍ

134. Magis noctu proficiscens, quam locustae.

Vocabulum اسرى a voce سرى iter nocturnum derivandum esse dicenti Hamsaho Scharaf-Aldinus adsensit; sed eodem iure a verbo سرا „ova excrevit locusta" derivari potest, ut „plura ova excernens quam locustae" proverbii sensus sit et hoc mihi magis placet.

١٣٥ أَسْرَى مِنْ أَنْقَدَ

135. Magis noctu incedens, quam herinaceus.

Eodem sensu dicitur اسرى من قنفذ Scharaf-Aldin. Et dicitur: بات فلان اسراء القنفذ „Per noctem quidam modo herinacei incessit." i. e. Scortando et furando noctem consumsit. Herinaceus per totam noctem circumvagari dicitur.

١٣٦ أَسْعَى مِنْ رِجْلٍ

136. Magis incedens, quam pes.

Hamsahus dixit, se nescire, in proverbio hominis an locustae pes significetur.

١٣٧ أَسْهَرُ مِنْ قُطْرُبٍ

137. Vigilantior, quam animalculum Kothrob appellatum.

Animalculum sic appellatum noctu non dormit. Sic Abu-Ahmruus proverbium adnotavit. Alii loco vocis اسهر legunt اسعى magis incedens, animalculum enim illud noctu multum vagatur. Scharaf-Aldinus et Samachscharius utrumque proverbium adnotaverunt.

١٣٨ أَسْهَرُ مِنَ ٱلنَّجْمِ

138. Vigilantior, quam stella.

١٣٩ أَسْرَى مِنَ ٱلْخَيَالِ

139. Magis noctu incedens, quam phantasma.

١٤٠ أَسْهَرُ مِنْ جُدْجُد

140. Vigilantior, quam gryllus.

١٤١ أَسْمَنُ مِنْ يَعْرُو

141. Pinguior, quam animal Jahru appellatum.

Codices in scriptione vocabuli يعرو non consentiunt. In proverbii textu meo يعرو; quocum Scharaf-Aldinus consentit; in scholiis يغزو legitur. Codex Berol. يغر, cod. Lugd. يعرود et codex Pocock. يغرو habet. Unus in scholiis يغزود. Animal illud in Chorasana vivens, dum molestiam fert, pinguescere dicitur.

١٤٢ أَسْرَعُ مِنَ الرِّيحِ وَمِنَ البَرْقِ وَمِنَ الجَوَابِ وَمِنَ
الإِشَارَةِ وَمِنَ البَيْنِ وَمِنَ اللَّمْحِ وَمِنَ الطَّرْفِ
وَمِنْ لَمْحِ البَصَرِ وَمِنْ طَرْفِ العَيْنِ وَمِنْ رَجْعِ
الصَّدَى وَمِنْ رَجْعِ العُطَاسِ وَمِنْ حَلْبِ شَاةٍ وَمِنْ
مَضْغِ تَمْرَةٍ وَمِنْ لَمْعِ الكَفِّ وَمِنَ السَّمِّ الوَحِيِّ
وَمِنَ المَاءِ الى قَرَارَةٍ وَمِنْ كَلْبٍ الَى وُلُوغِهِ وَمِنْ
لَحْسَةِ الكَلْبِ أَنْفَهُ وَمِنْ لَفْتِ رِدَاءِ المُرْتَدِي
وَمِنَ السَّيْلِ الَى الحُدُورِ وَمِنَ النَّارِ فِي يَبِيسِ
العَرْفَجِ وَمِنْ شَرَارَةٍ فِي قَصْبَاءَ وَمِنَ النَّارِ تُدْنَى مِنَ
الخِلْفَاءِ وَأَسْرَعُ مِنْ دَمْعَةِ الخَصِيِّ وَمِنْ قَوْلِ قَطَاةَ قَطَا

١٠٣ شَرُّ إِخْوَانِكَ مَنْ لَا تُعَاتِبُ

103. Pessimus fratrum tuorum est, quem non obiurgas.

Horum verborum eadem ratio est, quae in sequentibus: معاتبة الاخ خير من فقده „Obiurgare fratrem melius est, quam eum desiderare.“ Vocabulum تعاذب est pro تعاتبه. Qui autem legit يعاقب, ei hoc est pro يعاتبك „te obiurgat.“

١٠٤ اَلشَّمْسُ أَرْحَمُ بِنَا

104. Sol in nos misericordior est.

Quod hieme nos calefacit. Pauper istis verbis uti solet.

١٠٥ شِدَّةُ الْحَذَرِ مُتْهِمَةٌ

105. Vehementia cautionis suspicionem parit.

١٠٦ شَنِئْتُهَا فِي أَهْلِهَا مِنْ قَبْلِ أَنْ تُزَاى إِلَيَّ

106. Odio eam habui in gente sua, antequam ad me deducta erat.

Ab uxore desumtus loquendi modus in exosum adhibetur. In proverbio legitur تزاى; sed Meidanio تزوى „colligitur, congregatur“ rectum videtur, quum in lexicis verbo زاى illa significatio tributa non sit. Admitti quoque posse videtur, تزاى esse pro تزهى „tolleretur,“ quemadmodum dicatur: زهى السراب الشى „Vapor meridianus rem sustulit.“ Ad metrum Redjes referri potest.

١٠٧ شَغَرَتْ لَهُ اَلدُّنْيَا بِرِجْلِهَا

107. Sustulit ei mundus pedem suum.

١٠٧ b. شَرُّ الْأَخِلَّاءِ خَلِيلٌ يُصَرِّفُهُ وَاشٍ

107 b. Pessimus amicorum est amicus, quem delator mutat.

in eum dicitur, qui in amore multum mutabilis est.

١٠٨ اِشْرَبْ تَشْبَعْ وَاحْذَرْ تَسْلَمْ وَاتَّقِ تُوقَهْ

108. Bibe! satiatus eris; cave! salvus eris; te custodi! custoditus eris.

Abu-Ohbaidus dixit, proverbium monere, ut in rebus cauti simus. Littera autem ه in voce توقه aut nil ad sensum faciens otiosa est, aut pronomen ad vocabulum supplendum الشر (malum) referatur oportet.

١٠٩ شَاوِرْ فِي أَمْرِكَ الَّذِينَ يَخْشَوْنَ اللَّهَ

109. In re tua eos consule, qui Deum timent!

Proverbium hoc Ohmaro adscribitur.

١١٠ شِدَّةُ الْحِرْصِ مِنْ سُبُلِ الْمُتَأَلِّفِ

110. Vehementia cupiditatis est una viarum eius, qui societatem colit.

Adhibetur in eum, qui cibi aliarumque rerum cupidus est, et hanc ob causam nobiscum societatem colit.

١١١ شَوَى زَعَمَ وَلَمْ يَأْكُلْ

111. Se carnes assavisse dixit, et non edit.

Id est: Dixit, se assandae carni praefuisse, tum non edit. De eo adhibetur, qui rei praefectus eam reliquit.

١١٢ شَغَلَ الْحُلِيُّ أَهْلَهُ أَنْ يُعَارَ

112. Possessores suos ornamentum occupat, ut mutuum non detur.

Id est: Necesse est, possessores ornamenti se ornare; et haec est causa, cur id mutuum non dent. Conf. prov. 2. De eo dicitur, qui rogatur, ut rem det, qua carere non potest. Ad metrum Chafif referri potest. Conf libr. m. p. 262. In codice B. يعارا legitur, quod metro magis convenit.

اظنه اضطره السيل الى جرثومة فمات من العطش „Puto eum fluctus coegisse, ut ad collem confugeret, ubi siti perierit.“ Proverbium adhibetur de iudicio, quod nonnisi opinione nititur.

١٠ ظَنُّ ٱلرَّجُلِ قِطْعَةٌ مِنْ عَقْلِهِ

10. Opinio viri est pars ingenii (prudentiae) eiusdem.

Alazmāihus dixit: Cauda lumbi vertebra est; uber ventriculi nodus (ابنة) est et opinio viri est pars ingenii (prudentiae) eiusdem. Ohmarus dixit: لا يعيش احد بعقله حتى يعيش بظنه „Non vivit unus per ingenium (prudentiam) suum, donec vivat per opinionem suam.“ Solaimus ben-Ahbd-Almalic dixit: جودة اللسان بلا عقل خدعة وجودة العقل بلا لسان هجنة ولكن بين ذلك. „Praestantia linguae sine ingenio (prudentia) est deceptio et praestantia ingenii (prudentiae) sine lingua est vitium; sed (rectum) est inter illud.“

١١ ظِلُّ سَيَالٍ رِيحُهُ حَرُورٌ

11. Umbra arboris Sajal appellatae, cujus ventus fervidus est.

Ad metrum Sarih referri potest. Sajal arboris nomen est ad genus عضاه appellatum pertinentis, quae rosam pulchri odoris profert. In virum dicitur, in quo nil boni est, quamquam pulchrâ formâ gaudet.

١٢ ظَالِعٌ يَعُودُ كَسِيرًا

12. Claudicans visitat eum, qui fractum pedem habet.

Proverbium significat, virum debilem ipso debiliori opem ferre.

١٣ ظُفْرُهُ يَكِلُّ عَنْ حَكِّ مِثْلِي

13. Ungula eius nimis obtusa est, quam ut similem mei scabat.

Mihi adversatur, sed noxam inferre mihi non potest.

١٤ ظَلَالُ صَيْفٍ مَا لَهَا قِطَارُ

14. Nubes aestatis, cui guttae non sunt.

In eum dicitur, qui quamquam divitias possidet, in alios beneficus non est. Ad metrum Sarih referri potest.

١٥ ظِئْرٌ رَؤُومٌ خَيْرٌ مِنْ أُمٍّ سَؤُومٍ

15. Nutrix amans melior est, quam mater taedium capiens.

In defectu amoris et curae proverbium adhibetur.

١٦ ظَاهِرُ ٱلْعِتَابِ خَيْرٌ مِنْ بَاطِنِ ٱلْحِقْدِ

16. Manifesta obiurgatio melior est quam clandestinum odium.

Meidanius loquendi modum confert: يبقى الود مع بقى العتاب „Amor manet quamdiu objurgatio manet.“

١٧ ظِلُّ ٱلسُّلْطَانِ سَرِيعُ ٱلزَّوَالِ

17. Umbra regis citius cessat.

١٨ ٱلظَّفَرُ بِٱلضَّعِيفِ هَزِيمَةٌ

18. Victoria de debili reportata fuga est.

De eo dicitur, qui debilis habetur.

١٩ ظَنُّ ٱلْعَاقِلِ خَيْرٌ مِنْ يَقِينِ ٱلْجَاهِلِ

19. Opinio intelligentis melior est quam certitudo ignorantis.

واحوج الناس الى الغنى من لم يصلحه الا الغنى وكذلك الملوك وان التغرير مفتاح البوس يريد ان من كان فى شدة وفقر اذا غرر بنفسه بان يوقعها فى الاخطار وتحمل عليها اعباء الاسفار يوشك ان يفتح عنه اقفال البوس ويرفل من حسن الحال فى اصفى اللبوس ومثل ما حكى من كلام صيفى ما حكاه المورج بن عمرو قال سأل الحجاج رجلا من العرب عن عشيرته فقال اى عشيرتك افضل قال الفاتم ذلة بالرغبة فى الاخرة والزهد فى الدنيا فيهم اسود قال الرئيس حلما حين يستجهل والسخاء حين يسأل قال فيهم الدهى

قال من كتم سره ممن احب مخافة ان يشر الله يوم قال فيهم الناس قال من يتملق عنه ويقتعد فى مجلسه قال فيهم الرفق قال من يعطى بشر وجهه اصدقاءه ويتطلف فى مسئلة ويتعاهد حقوق اخوانه فى اجابة دعوتهم وقبول هداياهم والتسليم عليهم والمشى مع جنائزهم والتمتع بهم بالعيش قال فيهم افضل قال من عرف مواقف الرجال من المجلس حسن مجالسهم قال فيهم الطف قال من استقال عارضته فى المقسم وحزم فى التوسل ومنع جاره من الظلم

„Verba haec Aetsami ben-Zaifi sunt, quum diceret: Vitae ratio eo consistit, quod vir non laxus est in bene administrandis opibus easque recte disponit. Is autem opibus maxime eget, qui in rebus suis bene administrandis opibus carere non potest. Haec est regum ratio. Semet autem periculo exponere est clavis calamitatis, quibus verbis significare vult, fieri posse, ut, qui penuria et paupertate laboret, si se ipsum periculo exponat, ita ut pericula subeat et onera dimerum sibi imponat, calamitatum claustra ab eo removeantur et candidissimis vestimentis pulcherrimae conditionis indutus incedat. His autem verbis simila sunt, quae Almoarredjus ben-Ahmru retulit. Dixit, interrogasse Alhadjdjadum quendam ex Arabibus campestribus: Quisnam in familia tua praestantissimus est? Alterum respondisse: Qui Deum maxime timet cum desiderio alterius mundi, et abstinentia in hoc mundo. Tum interrogasse: Quisnam eorum potentissimus est? Respondisse alterum: Humanissima

mausuetudine et intelligentia praeditus, quum ignorantiae accusatur et liberalissimus eorum, quum rogatur. Porro: Quisnam eorum subtilissimus ingenio est: Respondisse alterum: Qui secretum suum ab eo, quem amat, occultat timens, ne aliquando ei adversarius fiat. Porro: Quisnam eorum astutissimus est? Respondisse alterum: Qui opes suas bene administrat et in vitae ratione modum rectum tenet. Porro: Quisnam benignissimus eorum est? Respondisse alterum: Qui hilari vultu amicos excipit, in rogando comitatem ostendit, qui fratrum suorum iura observat in eo concedendo, quod sibi adsumunt, in visitandis aegrotis, in salute dicendo, in comitandis funeribus et in sincero monito de eo, quod ipsos latet. Quis autem eorum maxime intelligens est? respondit: is, qui in colloquio id cognoscit, quod viris, quibuscum convenit, maxime conveniens est. Denique: Quisnam eorum firmissimus est: Respondisse alterum: Is, cuius latus in re certa durum est, qui prudenter cavet simul fiduciam in Deo ponens et vicinum suum ab iniuria defendit."

٣٣٦ مَوْتٌ لَا بُدَّ مِنْهُ خَيْرٌ مِنْ عَيْشٍ فِي رَمَقٍ

336. Mors, quae dedecoris causa non est, melior est, quam vita in summa penuria.

Proprie: vita, in qua tantum victus nobis est, quantum ad extremum vitae spiritum ducendum sufficit. Hortatur proverbium, ut mortem nobilem vitae ignobili praeferamus.

٣٣٧ مَأْرُبَةٌ لَا حَفَاوَةٌ

337. Necessitas, non rerum tuarum cura.

Id est: To honore adficit, quod tu ei necessarius es, non quod te amat. De viro adhibetur, qui nonnisi ob rem ipsi necessariam te visitat. Samachsch. Aut nominativi aut accusativi casus vocibus tribuitur. Si nominativi casum admittis, supplendum est هٰذِهِ hacc est necessitas